M 6
13-e

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 B
23

~~Iu 23 f c P~~

6 - 13 - e - 8

M 6
13-e
8

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 B
23

~~I a 23 f a P 1~~

6 - 13 - e - 8

IOAN. FRANCISCI QVINTIANI STOAE

Brixiani Poetæ Laureati,

DE SYLLABARVM QVANTITATE EPOGRAPHIAE SEX.

Epographia I. De literis.
Epographia II. De ſyllabæ accidentibus.
Epographia III. De primis ſyllabis.
Epographia IIII. De mediis ſyllabis.
Epographia V. De vltimis ſyllabis.
Epographia VI. De ambiguis dictionibus.

EIVSDEM ARS DE ALIQVIBVS METRORVM Generibus, ac de omnibus Heroici carminis ſpeciebus.



VENETIIS, Apud Hieronymum Scotum.


M D LXVIII.

IOAN· FRANCISCI QVINTIANI STOAE POETAE LAVREATI,

De ſyllabarum quantitate, Epographia I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROOEMIVM.



VM multiiugam, ac variegatam maiorum ſæpius cogitaſſem ſententiam: quorum alij vt refert Gellius, Pandectas, alij miſcellanea, alij noctes, quidam antiquarum rerum, alij Cornucopiæ, alij memorabilium, alij obſeruationum, quidam dubitationum, alij adnotationum, nonnulli diatribas, alius rerum non vulgarium, iſte ſyluarum, quidam polyhiſtoris libros inſcripſerunt, viſum eſt hoc opus Epographiarum, non minus ſcite, quàm idonee, ne abſq; titulo in omnium prodiret manus, appellare. Ea potiſſimum ductus cauſa, quod huiuſce libri ſtudioſos ad camœnalem menſum, & ad Muſarum compagem aditu facili tranſituros opinarer. Præſertim cum apud cęteros hæc ars aut confuſanea, aut fallax, vel claudicans haberetur metrica. Vnde difficulter, ac inteſtino, intercutaneoúe ſudore adoleſcentes ſu-

Titulus [illegible]

croſanctam ſyllabarum potuiſſent excerpere frugem. Quocirca vt quærentibus deſit labor, ſtudioſis flaceſcat tædium, curioſis abſit ſcopulus, in hoc opus, quicquid ad artem pertinere rebar metricam, tranſtuli. primitus nanque quorundam triuialium labeculis, & fece mucida ita effundebantur ſyllabæ, vt ſatius, digniusue perpenderem, ſi eorum ſolifugæ niues fuiſſent atramentum. Nam & errores ad ſe trahebant veluti ferrum magnes, & (vt in adagio eſt) κείκιασ νέφοσ, id eſt Cæcias nubes, & ſi cui mox tituli ampullata, anſataq; videbitur oſtētatio, vt totius operis concinnē perſeuerantia inſpiciat exhortor. In receſſu enim magis, quàm in fronte recipiendu exiſtimabit. Iccirco ut res dictis, et dicta rebus inter ſe luculēter concordēt, aliquid de poetica primu exordiemur, vt mox quicquid liminaris pollicetur pagina, id poſticum operis comprobet calciſpicium.

Niues atra[illegible]

DE POETICA. CAP. I.

Poeticam artem apud priſcos philoſophiam appellitatam auctores referūt. qua ab ineunte ętate (vt Strabo ait) viuendi modus, vitæ diſpoſitio, affectuum ſeries, ac viciſſitudines phiſiologicæ diſponebantur. Hac enim rectè viuendi viæ, ſalubres animę rationes, gerendę adminiſtrandæq; res, culti & elegantes mores, inſtinctus, affectiones, rerū ordo, ordinis gradus, graduum venuſtates dignoſci conſueuerunt, vt quæ cum delectatione fieri poſſent, ac iucunditate, adgredi non adlucinarentur. Quapropter non abſque cauſa poetas morum magiſtros nominauit antiquitas. Antiquitas inquam, cum ſemper poeticam fuiſſe arbitrer, aſtipulante philoſophorum philoſopho

Poetica. Philoſophy. Poetę morum magiſtri. Philoſophorum philoſophus.

loſopho Ariſtotele, cui, quo ſub tempore poetica habue rit principium, neceſſe fuit addubitare. Ex quo nec im merito qui huic arti incubuerint cæteris antiquiores extitiſſe legimus, quandoquidem ſummus omniũ machinarum motor, & rerum non inficiandus Opifex ab ipſis mundi (vt ita dicam) vnguiculis myſtica ſua per poetas recenſenda, decantandaq; demandauit. Quo circa, vt Geographus ait Strabo, græcanicos adoleſcẽtes poeticis cognitum initiari diſciplinis, vtpote quæ tanquam theologiæ non meram voluptatem, ſed defectam, ac illmen moderationis gratiam continerent.

Poetæ omnibus antiquiores.

Vnde poetica. Cap. 2.

Poetica autem à furore cælico, & diuino, [illegible] ſuffimine prouenire dicitur, quem à muſis, & [illegible] ſas ab altitonanti Ioue oriri [illegible], quo annuente omnes cælorum voluuntur [illegible], [illegible] mutuo nexu ſolidantur. Vnde non ab re [illegible] m m ab aliquibus dici vtiq; mirab[illegible] dus [illegible] bus auxilians in paſtorio l[illegible]ro Mantuanus Homerus concinnit. Ab Ioue principi[illegible] muſæ, [illegible] na, quod latius nos Orpheos libro primo diximus. Sed & Theocritus in Theog. Ab Ioue ſunt vates felix [illegible] denique muſę, Obſeruant &c. Q[illegible] Peripatheticus ille inquit Iouem cælum [illegible] tenẽtem cæleſtem efficere Harmoniam. Præterea [illegible] dum eſt à Cenſorino cognominari melicam, [illegible] timam muſicam, [illegible] modulatam, vnde omnes [illegible] melicos accommodo dicemus ephiteto, quod Cicero, & Stephanus, & Auſonius, & Gellius teſtantur, vnde etiam melicum vel melodicum poetam græci m[illegible] nuncupant, & poetriam Sappho meloden, & Simonides ob amenitatem a Græcis dicitur γλυκιμελης, quod

[illegible] à [illegible]

Aratus [illegible]

Homerus

Cicero.

Cenſorinus.

Cicero [illegible]

Stephanus.

Sappho. Simonides.

dulcia canebat, hæc ex Pio noſtro: Et ne aliquos imiter, hæc dixiſſe volui, qui tanquam plagiarij ſurripiunt, nec illis tribuunt per quos profecerint.

Poetices origo.

Poetices origo. Cap. 3.

HAnc autem à Thracibus cum muſica veniſſe in x. teſtatur Strabo: cuius originem apud Babylonios aliqui primo ſuis mandarunt monimẽtis. Gręci apud ſe prius fuiſſe indubitato autumant iudicio. Non deeſſe auctores a Nembrotho exortam affirmantes vidimus: quorum opinionem non tantum taxamus vt nugatoriam, quantum minus vere locutos fuiſſe contendimus. Parcant Babilonij, cedant Græci, ingenijs ſuopte floreant, tamen quod eorum pace dixerim) ad excogitandam hanc diuinam, ac gemmaſcentẽ Poeticam aptiſſimum idoneumúe non protulerint ingenium. Et ſi ab ijs minime, quanto minus, a Gigante barbaro, infido cœleſtis curiæ contemptore inuentam exiſtimauero? Nos vero potius omnipotenti rerum artifici auctorem referemus, qui moderatam mundi machinam certa ratione, & metri harmonica diſpoſitione regit, & ordinat. Quod edocens Pithagoras in cęleſtibus, terrenisque rebus ait eſſe Harmoniam. Verba inſuper Diodori bibliotheces ſuę. 6. ijſce aſtipulantur, dicentis. Muſis à patre conceſſam literarum inuentionem, carminumq;, quam poetices dicemus rationem. Hanc exercuiſſe primum Hebræos, qui multo ante Græcorum poetas fuere, ſacræ teſtantur literæ. A quibus Phemonoen exercuiſſe dixerim, mox poſt phemenoen. 27. annis floruerunt Orpheus, Linus, Herculis magiſtri. Homerus, Heſiodus multo iuniores bello Troiano, ante Homerum Philemon, Thamyris, Amphion, Demodocus, Phęnus, Sibylla, Epimenides Cretẽſis. Ari-

ſteus

ſteus Proconeſſus, Asboleus centaurus, Iſans, Euclius Cyprius, Orius Samius, Prouethida Athenienſis, apud Romanos vero tardius Poetica exculta eſt. Nam (referente M. Catone) ab Vrbis principio Poetæ contemptui habebantur, & vulgo craſſatores nominabantur. Vnde mirari nõ eſt, ſi M. Fuluio nobiliori vitio datũ eſt, quòd is cõſul cum eſſet in prouinciam Aetholiam Q. Ennium ſecum duxiſſet. Sed primum, qui Romę Poetices ſtudium intulerit, fuiſſe Liuium Andronicum conſono ore, cõſpiranterq; omnes teſtantur quam auxerũt Qu. Ennius, M. Plautus, Næuius, Pacuuius, Accius, & Lucillius. Et notandum eſt (Pauſania teſte) quandam Beo vatem pythiam profeſſam fuiſſe primitus poetam quendam Olenum extitiſſe.

Liuius Andronicus. Poeticam qui auxerunt.

Beo vates pythia. Olenus primus poeta.

Quid ſit poetica, & quid differat à poeſi, & poemate. Cap. 4.

Poetices diffinitio. Poetica.

POeticæ artis fictæ, veræq; narrationis congruenti rhythmo vel pedemetrica ſtructura compoſitam diffinitionem eſſe Diomedes ſcribit, quod & Varro dixit. Diſtat autem à poeſi & poemate, quòd poetica eſt ipſa ars. Vnde delyrant, dicentes, poetriam Horatij, cum poetria ſit fœmina, ſicut pſaltria, vt apud Terentianum Dicitur hæc eadem præclara poetria Sappho. Poeſis eſt ſignificatiuum, & contextus corporis locius peracti operis, vt Aeneis, Metamorphoſis. Cuius tria genera Fortunatianus ſcribit. ſ. actiuum, narratiuum, & coniunctiuum, de quibus ipſum legito. Poema (vt ait Poſſidonius) eſt dictio numeroſa, ſeu metrica, ſiue aptiſſima operoſę orationis ſpeciem excedens, vt Maxima tellus, Iouis æther, vel poema diuinarum, humanarumq; rerum inuentionem complectens. præterea memoriæ mandandũ eſt, poema eſſe narrationem

Autores citati.

poetria.

poeſis genera.

poema.

Laus in uerſificatione. vituperiũ in verſificatione.

numeris, & verſibus connexam, poeticam autem facultatem in verſificationibus fingendis dici, ſuper qua re legito etiam Nonium Marcellum. poematum mox verſificationes laudantur, grauis, plena, æqualis, temperata, ſubtilis, circunſpecta, florida, & venuſta, quibus contrariæ ſunt, tumida, diſſoluta, exilis, fucoſa. hęc ex Fortunatiano. Præterea auctore Caſ. Baſſo, ſpecies poetices latinæ ſunt hæ, Dactylica, Epigramma, Iambica, Lyrica, Tragœdia, Satyra, prætextata, Comœdia, Tabernaria, Attellana, Rhythmonica, Mimi, licet inferius latius diſceptauerimus. De tribus poetices characteribus Seruium legito, & Lancilotum Curium libro ſecundo quanquam paulo inferius aliqua nec ſpernenda con[illegible]ſcibuntur.

Species poetices latinę.

Quid inter poeticam, & cęteras diſciplinas. Cap. 5.

Cum litterarum quoq; diſciplinarum, quod & Cicero pro Archia innuit, humana diligentia, doctrina, præceptis, & arte, cognitiones adquiri in[illegible] [illegible] dignoſcitur. poeticam vero [illegible] diuinitus inſpiret furor, quenquam nõ poſſe [illegible] eſt opinio, aut quòd ſcientias ſe[illegible] (ut Strabo Geograph. primo auctor eſt) in ſe omnes [illegible] ſi quis inſudauerit, aut diuini, & [illegible] particeps fuerit non nanciſcimur. Quod [illegible], Plato, ait multa poetas myſtica [illegible], quæ quidem & ipſi decedente furore vix intelligant. Inſuper melliſluus oſtendit ille quoſdã ineptio[illegible] à furore corripi. inſinuans fere præclarum opus ac poema non hominis inuentum, ſed deorum eſſe immortalium. Mox (teſte Ariſtotele) poetica magis vniuerſalia, Hiſtoria vero ſingularia pertractat.

De

De poeticę artis ſpeciebus. Cap. 6.

POeticæ artis ſpecies tres eſſe docti referunt: Actiuam, ſiue imitatiuam, a Græcis δραματικὴν vel μιμητικὴν dictam. Enarratiuam, ſiue enunciatiuam, quæ Græcorum ἐξηγηματικὴ [illegible] dicitur vocabulo. Tertiã communem, vel mixtam, quam Græci κοινὴν vel μικτὴν nominant. Dramatice eſt, in qua ſolæ agunt perſonæ nulla auctoris interlocutione, vt in tragœdijs, comœdijsue. Exegematice eſt in qua ſolus poeta loquitur citrà perſonarum elocutionem, vt [illegible] nibus Lucretij. Micte eſt in qua & poeta, & perſonæ eloquuntur, vt in Ouidij Metamorphoſi, [illegible] catenatum appello, quia perpetua, ac recta [illegible] cõcatenatæ ſunt fabulæ, ſuper quibus [illegible] editum extat Opuſculum. Et quia ſub [illegible] ant ſpecies, idoneum duxi eas breuiter [illegible]

poeticæ ſpecies.

Dramatice

Exegematice

Mixta. [illegible]

De ſpeciebus dramatices. Cap. [illegible]

DRamaticen multas habere ſpecies [illegible] haud ignotum eſt. ſ. Tragicam, [illegible] tyricam, Mimicam. apud nos [illegible] tam, Prætextam, Tabernariam, Atellanam, [illegible] dem. Tragœdia eſt heroicæ conditionis [illegible] comprehenſio, cuius ſubiectum & materia [illegible] res, lachrymæ, odium, cædes, vene[illegible] ritudines, ærumnæ, cordolia, ſingultu[illegible] diſiecta membra, domorũ infortunia, [illegible] tiones, & (vt hoc noſtro concludam pe[illegible]) inſidiæ, arma, doli, vis, furor, ira, neces. Pr[illegible] bica rabie ferueſcit carmen tragicum. Ideo A[illegible] petenti vt Euripides de ſe Tragœdiam ſcriberet, Euripidem reſpondiſſe aiunt ab eo exorandum, ne quid accideret, quod dignum tragico eſſet carmine. & dicitur

Dramat. [illegible]

Tragœdia.

Tragœdia [illegible]

Archelaus. Euripides. [illegible]

[illegible]

ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς, hoc eſt ab hirco, eo quod donaretur eo animali tragici carminis Poeta. vnde irrefragabilis vates Horatius, Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. vel quia (vt alij referunt) quod hircus vinearum hoſtis eſt, & ob hoc alterno hoc carminis genere decantato Libero patri ſacrificabant. vel a τρύγα, ideſt fece, inungebāt enim hora fecibus ante vſum perſonæ. In hac autē floruere apud Græcos Aeſchylus, Sophocles, Euripides, Arion, Phrinicus, Ion, Acheus; & Philadelphi Ptolomæi temporibus ſeptem fuere tragici, quos a ſtellarum conſimili claritate nominarūt pleiadas. ſ. Homerus non ille magnus, ſed cuius Homero vocabatur mater. nam & Homeros octo fuiſſe Archilochus teſtatur græcus auctor. quod & tangit in ęquiuocis Xenophō, Soſitheus, Lycophron, Alexander, Anciades, Soliphanes, Philiſcus. apud Romanos Pacuuius, Ennius, Varrius, Ouidius maxime a Quintiliano, Cornelio Tacito, & Tertuliano laudatus. poſt quos Seneca, in quo genere & nos pręſertim in Chriſti horrendo exitio. Comœdia eſt priuatę, ciuiliſq; conditionis ſine vllo vitæ periculo. & dicta eſt ἀπὸ τοῦ κώμου ſunt enim come ruſticorum conuenticula. Iuuentus enim attica circum pagos progredi ſolebat, & quæſtus cauſa tali vti carminum genere. vel dicitur ἀπὸ τοῦ κωμάζειν: quod eſt comeſſatum ire: nam ſolenni adpoſito die laſciuientibus [illegible] hoc carmen concinebant. huic proprium fuit a 4. adhibere ſaltatores, ſicut Tragœdiæ 15. In Comœdia autem ſunt conceſſi amores, pharetrati Cupidines, ſenum [illegible] aces ac moroſæ tenacitates, iuuenum furtiuæ amationes, meretricum lupatæ fraudes, ſeruorum doloſæ technæ, Lenonum prælibata ſcrutinia, paraſitorum profunda voracitas, ſodalium opportunæ opitulationes,

Margin notes: Irrefragabilis vates Horatius. — tragici vij. pleiades. Homero mater. — comœdia. come. comœdia vnde. — [illegible] comici [illegible] tragici. comœdiarum materiæ.

lationes, militum inſurgentes ac glorioſæ criſtæ, matrum indulgentię, patruorum inhibitiones. Legito etiam Apuleium lib. Floridorum. 3. In hac floruere Suſarion, Nulus, Eupolis, Ariſtophanes, Cratinus, Plato (non Philoſophum dico) Pherecrates, Mænander, Philęmon, Phileſtion, Epicarmus, Magnes, Crates, Phrynicus. apud noſtros Cecilius, Plautus, Næuius, Licinius, Attilius, Terentius, Turpilius, Trabea, Luſcius, Ennius. de quorum palma Sedigyti extant carmina. in Comœdijs primo Romani vſi ſunt galeris, non perſonis. perſonis autem primus vſus eſt precipuus hyſtrio Roſcius Gallus, eo quòd eſſet indecorus, & oculis obuerſis. Sed multa, ac plura in libro de metris diſcurremus. Satyrica apud Græcos fuit fabula, in qua, non vt tragici poetæ reges, heroaſque, ſed Satyros [illegible] induxerunt, res grauitate dignas, [illegible] ſcentes. Satyrarum genuinum fuit tot, [illegible] habere Saltatores, qui luſus, riſusq; cum [illegible] rent. in hac Pratinas excelluit. Apud nos aliud Poematos genus ſatyra eſt, quod Lucilius in[illegible], maledicum ad omnium vitia carpenda. poſt illum [illegible]o Atta cinus, mox Horatius ſecutus eſt inde Perſius, cum Turnus, de quo mentionem Sidonius facit, mox Iuuenalis. de quo Acron ſuper Horatio loquẽs, ait. [illegible] non ſcripſiſſet, nemo iſto eſſet melior. [illegible] quem Satyrographũ appello, nõ immerito palmã docti tribuunt, quorum opinionem in noſtro La[illegible] iudicio affirmamus. Mimus eſt ſermonis, geſtuſq; cuiuslibet imitatio, nulla adhibita reuerentia, vnde mimum quaſi imitatorem dicimus. & cum alia quoq; Poemata idem faciant, tamen quaſi priuilegio quodam nomẽ poſſedit, quia communiter id retineat. [illegible] ſcripſiſ ſe So-

poetæ comici.

Teren[illegible]

perſonarũ vſus.

Roſcius Gallus.

Satyrica.

Saltatores Satyrici.

[illegible]

Satyrographi [illegible] Iuuenalis Satyricus melior.

Mimus.

Mimi vnde.

Sophrōis Poema ſub capite Platonis. Palliata. Togata. Togatæ. Prætextæ Prætextis utuntur. Tabernariæ. Attellanæ Planipedes. Mimi. Mimographi. [illegible]

ſe Sophrona quendam referunt, quem adeo approbauit Plato, vt moriens eius poema ſub capite habuiſſe dicatur. Palliata, quæ à Græcis in Latinum verſa eſt, vſus primum eſt Liuius Andronicus, quem Cęcilius, Plautus, & alij plures ſecuti ſunt. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ perſcriptæ ſunt ſecundū mores, & habitus hominum togatorum, id eſt Romanorum, quia vterentur togis, velut palliatas Græcas dicimus fabulas à Grecorum habitu Togatarum tot, quot palliatarum, ſpecies ſunt. Nā aliæ prætextę, aliæ Tabernariæ, aliæ Attellanæ, aliæ Planipedes nominantur. Prætextæ, quæ & prætextatæ, ſunt, quia fere Regum, aut magiſtratuum, qui prætextæ vtuntur, facta cōprehenduntur. Tabernariæ dicuntur, quia non Regum, ſed vilium perſonarum, et quòd tabulis tegerentur, acta deſignabant. Attellanæ, ab Attella Oſcorum ciuitate, vbi primum cœperunt, dicuntur, argumenta, dictaq́; iocularia continentes. Planipedes Græci dicuntur mimi, Mimographi quoque, & [illegible] ologià Firmico Iulio: horum fuere [illegible], [illegible], Diceliſtæ, & ij plures, ideo à Latinis Planipedes, quia planis, id eſt, nudis, in proſcæniū [illegible] [illegible], non vt tragici cum cothurnis, non [illegible] [illegible] ſoccis. Togata igitur prætexta ſimilis fuit Tragœdiæ, Tabernaria comœdiæ, Attellana ſatyricæ, Planipes mimo ſed de his hactenus, cum apud cæteros [illegible] ſit [illegible]. Tamē etiam Rhyntonicę quædam erant, Donato teſte, à Rhyntone viliſſimo nugatore Ta[illegible] [illegible]. cum Rhyntonicas abiectas, viles, humiles, interpretatur ex ſententia Columellæ, quod [illegible] adulatur auribus.

De ſpeciebus exegematices. Cap. 8.

Exegematice tris ſpecies tantum continet, ſcilicet angel-

angelticen, Hiſtoricen, Didaſcalicen. Angelticæ in qua morales continentur ſententiæ, ut Phocylidis Libellus, Horatij Epiſtolæ: Probi opuſculum, quod vulgo Catoni perperam tribuunt. Hiſtoricæ, qua genealogiæ, & alia deſcribūtur fabulamēta; vt Ouidij Metamorphoſis, Heſiodi Theogonia. Didaſcalice eſt, qua rerū natura aut de ſyderibus ſcribitur, vt Lucretij carmina, Varronis, & Macri, qui duo (ſecundū aliquos) non dicūtur poetæ, ſed Epopæi, ſicuti omnes ſine figmento aliquid explicantes. Angeltice. Hiſtoricæ. Didaſcalicæ.

De ſpeciebus mictes. Cap. 9.

Micte has habet ſpecies, Heroicam, ſiue Epicā, Lyricam, a Cicerone melicam dicta, Elegiacam, Dithyrambicam, Iambographam, Epigrāmatographam, Hymnographam, Aſmatographā, Epithalamographam, Monœdam, Georgicam, Bucolicam, Epos, Thapſodiam. Heroica, ſiue Epica eſt, in qua poetæ magnifico grauiq; dicendi genere ac heroico carmine fabulas allegoricas, nec non hiſtorias, facundiamq; ſingularem, deſcribunt. Præcipui apud Græcos hi. Homerus, Heſiodus, Panyaſis, Antimachus, Piſander. apud Romanos, Vergilius, Cornelius Seuerus, cui ſecundum locum daremus (Quintiliano teſte) ſi ad exemplar primi libri Bellum Siculum perſcripſiſſet. Laſciuus quidem Ouidius in Heroicis, & nimium ſui amator ingenij, ſed ſi quis bene rimetur multiplicem ſtructuram, Naſoni veniā dabimus. Hos ſecuti ſunt Lucanus, Statius, Valerius Flaccus, & alij. Lyrica, ſiue melica, in qua vario carminum genere vtuntur vates. horum chorus quinquaginta viris in circulum ſtantibus conſtabat, poemataq; lyricorum canētibus, & hæc in victorum feſtis, quibus bos dabatur pręmium. vnde quidam eos inceſſens comicus, Taurophagos nominauit. poetæ qui Epopæi qui. heroica Epica. Taurophagi.

Elegiaca. *nit. Elegiaca, in qua poetę lamentationes hexametro,*
pentametroq; verſu decantant. Græcorum hi præcipui,
Callimachus, Philetas, Mimermus. apud nos Tibullus,
Sepulchrũ quale. *Propertius, Ouidius, Gallus. & dicitur Elegus ab ἐλέω*
ideſt miſereor. nam mortuis elego accinebant Romani.
Cicero de Legibus, conſtrui vetat ſepulchrum altius
quam quinque diebus abſoluerint: nec è lapide excita-
ri prius nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui
inciſam: nec plus quatuor verſibus quos elegos Ennius
Nenia. Dithirambica. *appellat. Hoc carminis genus Romani dixerunt Næ-*
niam. Dithyrambica, in qua poetę ferè ijdem ſunt, quod
Lirici, niſi quòd aliquanto plura complectantur. Pri-
mum quod cum tauro tripodem dono accipiebant: mox
Lirici poetæ *quòd eorum poemata ad Dionyſium, non ad eos, qui in*
agonibus vicerant, compoſita canebantur. Fuerunt
Muſici poetæ qui & Lyrici. Cyclici. Pindarus. Iambagrapha. *ſanè Lyrici poetæ. x. Steſichorus, Ibicus, Bacchilides,*
Anacreon, Pindarus, Simonides, Alcman, Alcęus,
Sappho & Corinna [illegible] mulieres. Hos aũt non tantum
Lyricos, ſed etiam Iambicos fuiße dixit Fortunatianus.
Dithyrambici autem, qui & Cyclici dicti, Arion My
themneus, Laſſus, Hermioneus, nec non Philoxenus Cy
therius. at lyricorum principem omnes eſſe referũt Pin
darum, & nulli imitabilem, ſi Horatio credimus. Iam
[illegible] *bographa, in qua poetæ ad comitia proni, iambicis vtũ*
tur carminibus: vt Archilocus, Ananias, Hipponax.
apud nos Catullus poetarum leno, & Horatius. Epi-
[illegible] *grammatographa, in qua vates militant, ſtatuas, co-*
loſſos, donaria, & id genus alia laudantes, & etiam
vituperantes: vt Simonides iunior, Palladeus, Aga-
[illegible] *thias, Homerus, qui plura ſcripſit Epigrammata. apud*
nos Martialis, Claudianus. Auſonius. Sed, vt erudito-
rum iudicium eſt, nullus adhuc Latinorum cultum edi-

dit

dit Epigramma: ideſt præſeferens illam tranſmarinam Venerem tamen legito. A. Gelliũ, lib. xix. c. ix. qui ponit quadam Valerij æditui, Porcij Licinij, & Quinti Catuli carmina, quibus mundius, venuſtius, limatius, preſſius, græcum, latinumue nihil reperiri quicquam putat. Hymnographa, in qua poetę deorum laudes ſcribunt. vt Homerus, Orpheus, Callimachus. Scripſerũt & Chriſtiani hymnos, Deum vnicum, ac uerum σωτῆρα *id eſt Saluatorem laudantes, vt Ambroſius, Sedulius, Prudẽtius. Aſmatographa, in qua vates muſicas odas ad Liram, Barbiton, Cytharam, Sambicam, & ad alia id genus multi iugo carmine, cantionibusq; canebant. vt Demodocon Phaacem Martis, & Veneris fabulam cecinisſe referunt. Automedem Phemium Ithacensem. Floruere ſane, vt nunc vulgo, Cantores qui de quauis re Cantilenas (quas vulgo Cantiones & Lenine dicimus) vernacula lingua fabricarunt, vt Dantes Petrarcha, & noſtra ętate plures, quos, ...ut ...uigeret fama, enumerare contenderem. Epithalamiographa, in qua poetę nuptiarum ſolennitates celebrant. vt Heſiodus de Peleo & Thetide, Theocritus de Menelao & Helena, Ptolemæo & Beronice. apud nos Catullus de peleo, & Thetide, Claudianus de nuptijs Honorij. Monœda. in qua vnicam perſonam inſigunt cum fabulamento poetæ deſcribunt. apud Latinos rara, apud Græcos Theocritum Bionis interitum lugere referunt. Georgica in qua auctores heroico carmine agriculturæ præcepta complectuntur, vt Heſiodus apud Græcos. apud nos Virgilius, quod Geographum opus appello. quod Serium dixit Apuleius. Bucolica, in qua poetæ lingua vtuntur ruſtica. hoc carmen primum Daphnin compoſuiſſe nonnulli arbitrantur, quem ſecuti ſunt Bion, & Theo-*

nullum cultum latinum.] | Hymnographa. | Aſmatographa. | Cantilena ... | Epithalamiographa. | Monœda. | Georgica. | Serium Virgilij opus. | Geographũ virgilij opus.

Theocritus, quem noſter imitatus eſt Maro, cui Calpurnius & Nemeſianus ſucceſſerunt. quis nam Bucolici fuerit inuentor carminis refert Georgius Valla, lib. 38. cap. 4. Epos eſt, quando poetæ heroico verſu diuinas res heroicas humanasq; comprehendunt: in quo genere primus apud nos digne ſcripſit Liuius Andronicus, qui Romanorum geſta octo & decem libris enarrauit, qui & Annales dicti. & dicitur παρὰ τὸ ἐπικὸ λέγω, quoniam hoc verſu verba mutuo reſpondent. Rhapſodia, eſt poema aliqua portiuncula diſcretũ, diuulſumque: & dicitur παρὰ τὸ ῥάπτειν quòd verſus in vnum volumen contexantur. vel quòd olim Homerici partes carminis in [illegible] circulis cum baculo pronunciabant. Et quia circa poeticam verſamur, non abſonum erit, ſi omnes poetas Latinos nominatim, & breuiter ſubyciã, licet in noſtris Triumphis carmine heroico fabricatis, [illegible] etiã [illegible] aliquis Petrus Crinitus in vnũ [illegible]. De poetis vero apud Græcos ſcripſerunt Zeno [illegible] Ariſtoteles. apud nos, M. Varro & Vulca[illegible], quorũ opera temporũ iniuria cõciderũt.

Buccolica. Epus. Annales. Rapſoda. [illegible] Quintili. cõ[illegible]. Quis de Po[illegible].

[illegible] . Cap. 10.

I[illegible] apud Ro. floruerunt poetæ, Liuius Andronicus [illegible] id eſt heroicus, T. Liuius Rom. tra[illegible], quẽ Liuius Salmator libertate donauit, de quo Liui. 7. de bello punico. Q. Ennius (teſte Eutropio) Tarentinus, [illegible] (vt aly) Rudinus heroicus, Plautus [illegible] comicus. Gn. Neuius Campanus comicus, [illegible] Cecilius [illegible]enſis comicus, M. Pacuuius Brundiſinus Tragicus. L. Accius Rom. Tragicus. Te[illegible] Carthaginienſis comicus, Lucilius ex Arunca vrbe Auſoniæ ſatyricus, Titinnius Rom. togatarum ſcriptor, Hoſtilius Rom. annalium fabricator. Q. Fabius

Liu. And. T. Liuius. [illegible]. [illegible]. [illegible]. Cecilius. [illegible]. Accius. Terentius. Lucilius.

bius Lucullus Rom. Epicus, Galbius Baſſus Rom. Satyricus, Sext. Turpilius Rom. comicus. Gn. Matius Roma. Mimographus, Afranius Rom. comicus. Fabius Dorſenus Rom. comicus, M. Attillius Roman. tragicus, Qu. Trabeas Rom. Comicus, G. Aquilius Rom. comicus, Licinius imbres Rom. comicus, Q. Nouius Rom. attellanarum ſcriptor. Lucetius. Charus Rom. heroicus. fuit & alius Lucetius comicus quem Fulgentius citat: qui & quendam Succium nominat comicum, Callimachus, Rom. heroicus antiquus, M. Cornutus Rom. ſatyricus, Egnatius. Rom. heroicus, Vganius Ro. epicus, Pomponius Bononienſis attellanarum [illegible]*, D. Laberius Roma. mimographus, Q. Catullus Rom. epigrammatarius, Q. Atta. Rom. tog*[illegible]*, Publius natione Syrius mimographus,* [illegible] *nius Rom. epigrammatarius, Vale*[illegible] *Rom. Epigrammatarius, Catullus Vero*[illegible] *rius. Cor. Lucinius Caluus ia*[illegible] *ficius Rom. epigrammatarius, C.* [illegible]*, epigrammatarius, M. Furius* [illegible] *iambicus, P. Terentius Varro At*[illegible] *dus ab Attace vico prouinciæ N*[illegible] *A*[illegible] *tace fluuio (vt alijs placuit) he*[illegible] *Ro. epigrammat. Furius An*[illegible] *Rom.* [illegible] *heroicus, L. Iulius Calidius Rom.* [illegible] *rea Rom. epigrammatarius. Poſt hos erud*[illegible] *ti, P. Virgilius Maro. Mãtua. heroicus, Ho*[illegible]*, Venuſinus lyricus, T. Valgius Rom. elegus, Al*[illegible] *Tibul. Rom. elegus, Fulgentius quoque alium Tibullum, Flac. comicus citat, ſic Memorum tragicum, Rutilium geminum tragœdiopium, M. Mallius qui & Manillius, Rom. heroicus, Gn. Cornelius Gallus Forouilienſis*

Afranius.
Attilius.
Aquilius
Lucinius.
Pōponius
Laberius.
Catullus.
Pitacu-
lus.
Antias.
Gallus

Propertius. *lienſis elegus, Sextus Aurelius Propertius Mœuanius elegus, L. Varius Romanus tragicus, C. Mecęnas ethru*
Ouidius. *ſcus elegus, P. Ouidius Naſo Sulmonenſis elegus, Q. Varo Cremonenſis elegus, Iunius Columella Rom. heroicus, Palladius Rom. elegus, Caſſius Seuerus Parmenſis elegus. Domitius Marſus Rom. epigrãmatarius, Iu-*
Mõtanus *lius Montanus Rom. heroicus, C. Germanicus Cæſar heroicus, Cæſius Baſſus Rom. lyricus, Aemillius Macer Veronenſis heroicus, C. Rabirius Rom. ſatyricus L.*
Macer. Seneca. *Annæus Seneca Hiſpan. patria Cordubenſis tragicus, C. Aſinius Gallus Rom. epigrammatarius, A. Per-*
Perſius. *ſius Flaccus Volateranus ſatyricus, Cornelius Seuerus*
Lucanus. *Rom. heroicus, M. Annæus Lucanus Hiſpa. patria Cordubenſis heroicus, Pomponius ſecundus Rom: tragicus, Gneus Getulicus epigrammatarius, Sextilius Hæna Hi-*
Getulicus *ſpañ. patria Cordubenſis heroicus, Saleius Baſſus Rom.*
Sabinus. *heroicus, Clodius Sabinus, Rom. elegus, C. Pedo Albinouanus Rom. epigrammatarius, Gildas Britannus elegus, ſed magis epigrammatarius, Vulcatius Sedigitus Rom. iambicus, Statius Papinius Neapolitanus*
Statius Silius. *heroicus, [illegible] Italicus Hiſpan. heroicus, C. Valerius*
Valerius. Fla. *Fla. [illegible] heroicus, D. Iun. Iuuenalis*
Iuuenalis. *Aquinas ſatyricus, Aruntius Stella Patauinus elegus, M. Valerius Martialis. Hiſp. Bilbili natus epigrã-*
Martialis *mat. Sentius [illegible] Rom. epigrammata. Veſtricius Spurina. Rom. lyricus, Voconius Victor Rom. epigrãmat. L. Paulus Paſſienus Rom. vel Vmbrius eleg. T. Annianus Rom. feſcenninographus, M. Murullus Rom. mimographus Au. Serenus Rom. lyricus, Vergi. Rom.*
Serenus. Ruffus. *Commimiambographus, Ruffus F. Auienus Rom. heroicus. Alphius Auitus Rom. iambicus, Septimius natione Afer hymnographus, T. Calpurnius. Siculus Bu-*
Calpurnius.

colico-

colicographus, alium à Fulgentio Calpurnium comicũ citari inuenio, qui & Sutrium nominat comicum. Pindarus Auſonius heroicus Aurel. Olym. Nemeſſianus Cartagin. Bucolicogr. Mau. Terentianus Carthagin. iãbicus. Cl. Claudianus Alexand. ex Egypto heroicus D. Auſonius Gal. Buldegalen. epigramma. Damaſus Hiſpan. hymnogra. Iuuencus Hiſpan. heroicus Aur. Prudentius Cle. Rom. & (vt docti cenſent) Hiſpan. heroi. Pontius Paulinus Burdega. heroi. Licẽtius Hiponen. heroicus, Venãtius Honorius Fortunatus Rauẽnæ eruditus heroicus, Fauſtus Gal. Vaſſat[illegible], & (vt ali qui) Luduneñ. heroi. C. Sol. Sidonius, App[illegible]linaris Hurdegalem. ſed (vt ipſe ait) Aruern[illegible]s heroi. [illegible] Seuerinus Roma. lyricus Mart. Capella [illegible] gi. Petronius Arbiter Rom. ſatyricus, S[illegible]d[illegible] [illegible] heroi. Aratur Rom. hero[illegible]. Proſper A[illegible] gram. Archinenius Gal. heroi. Lactant[illegible] [illegible] Rhennius Fã. Rom. heroicus, Proba [illegible] centonographa, quæ nou[illegible]m & vet[illegible]s ex [illegible] bus contexuit teſtamentum, Sue[illegible] R[illegible] [illegible]s Neoterici etiam aliqui ſunt: qu[illegible]rum ne[illegible] [illegible]d[illegible] leguntur carmina vt Dantes Florẽt[illegible] [illegible] Petrarcha Floren. heroicus, Io. B[illegible]cc[illegible]cius Ce[illegible]al[illegible]s, heroicus, quem magis oratorem dicend[illegible]m [illegible] v[illegible] naculum, Carolus Aretinus heroicus, Maff[illegible] [illegible] Laudenſis, & (vt latinus loquar) Pompe[illegible] heroicus, Frãc. Philelphus Mediolan. heroicus Io[illegible] Pontanus Neapolitanus heroicus, Michael Mar[illegible]s Conſtantinopolitanus epigrammat. qui duo meo q[illegible] iudicio antiquis comparandi ſunt. Angelus Politianus Florent. heroicus, Ioan. Picus Mirandulanus heroicus. Callimachus Rom. elegus, Anſelmus nepos Parmenſis

Terentianus. Clau. Auſonius. Iuuencus. Prudẽtius Licentius Fortunatus. Sidonius. M[illegible]r. cap. Petronius. N[illegible]oteri[illegible] [illegible]tes flo. Petr[illegible] Io. Bocc[illegible] [illegible]lus [illegible] [illegible] Pontanus. M[illegible] P[illegible] Anſelmus

Aur.Agu. *ſis tragicus, Aurelius Agurellus iambicus. Pacificus Ro. elegus. Io. Babptiſta Carmelita. Mantuanus heroic. Pamphilus Saxus Mutinenſis epigrammatographus: & plures alij, quos poſteritati comēdandos prætermitto dij faxint: vt Brixianæ vrbi ſim honeſtamento: cum & nunc ipſe aliquod toto nomen in orbe geram. ſed de his hactenus.*

Quantum amati poeæ primitus fuerint. Cap. 2.

Poetæ diuini. Ingeniorū fons Homerus. Contra poetas. Pro poetis.

VEre Diuini habendi ſunt poetæ, quos ingeniorū fons homerus apud omnes honoris eſſe demonſtrauit participes. Vnde antiquis ſub ſeculis eos non tantum mu[illegible]ibus, ſed etiam amoris vinculo Reges cond[illegible]corarunt. Pro dedecus, cum aliqui. Platonis more, ex vrbibus eijciendos autument, illud nefandum oſtentantes, Homerum velut inſanientem quinquaginta drachmis ab Athenienſibus mulctatum: & Lacedæmonios Tyr[illegible] mentis imporem dixiſſe: & archilochi verſus [illegible] exportari iuſſiſſe: taceant obſecro, [illegible] edatur Apologia, ſed interim [illegible] antiquitus habiti ſunt. Audite ideo [illegible] poetarum cacomaſtiges. Quis enim tam [illegible] myops eſt, & exoculatus, qui Archelao Macedonum Regi contubernalem fuiße non legerit Euripidem? Anacreonta Polycrati Samiorum tyranno? Hieroni Syracuſanis Aeſchylum, & Simonidem? Nonne (teſte Pli.) Mænander à quibuſdam Regibus per legatos, [illegible]que petitus eſt? L. Plotium Mario, Terentiū Lelio familiares fuiſſe qui ignoret eſt nullus. Nonne Decius Brutus, eo quòd eſſe præclariſſimi vir ingenij adamauit Accium: Nonne Scipioni fuiſſe Enniū chariſſimum in oratione pro Archia teſtatur Cicero? ciui

Archelaus Rex Euripides Anacreon Policrates. Hieroni Aeſchyl. Simonides. Mænāder L. Plotius

tate

tate Theophanem Mitileneum donauit Pompeius. Titum Liuium tragicum ob ingenij meritum à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donauit Cherilum in Alexandri oblectamentis fuiſſe nullus it inficias. Quem coluit Auguſtus, prẹter Virgilium? Horatio quis diuitias obtulit? Mecœnas. Antonius ad diuitias extulit Oppianũ, Statium laurea Domitianus Auſonium conſulatu donauit Gratianus. Dantem Florentinum ſicelidum Rex honorauit Aragonenſis Fe dericus. Franciſcum Petrarcham Ioannes Galliarum Rex coluit munificentiſſimus: & non tantum viuentes ſed etiam fato functos in honore habiti ſunt vates. Alexander, cognomento Magnus (referente Pl.) libros Homeri, quem viaticum dicens, cum enſe noctu ſub puluinari tenebat. Si Plutarcho credimus, Darij ſcrinio continuiſſe legitur, qui & Homerum quanti faceret (Flauio Vopiſco referēte in vita Probi) apud Achillis ſepulchrū demonſtrauit: de quo noſtrum tale carmē eſt, quod non minus delectabit, quàm placebit, lege.

Terentius. Accius. Ennius. Theophanes. T. Liuius. Cherilus. Virgilius. Horatius. Oppianus. Statius, Auſonius. Dantes. Petrarcha. Homerici lib. Alexan. in poetas reuerentia.

Viderat immenſum tumulum armipotentis Achilli.
Magnus Alexander cum ſtetit, & gemuit.
Sic ait: Argolici felix o fama triumphi,
Cui licuit tantæ dicier ore tubę:
Quę tua Dardanios dixit fera bella per hoſtes:
Et tua bellaci tela cruenta manu.
Te tantum Iliaco laudauit dextera bello:
Dixit & in minimum Pelias haſta diem.
Sed grauis alti ſono reſonat tuba Homerica bombo,
Vnde eris in totas viuus Olympiadas.

Epigramma noſtrũ de Alexā.

Re vera poetarum propitius fautor fuit Macedo, qui & euerſis Thebis Pindari vatis parci iuſſit penatibus. Sed ad Homerum reuertar: quo dum careret gramma

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Alcibiades. Grãmaticus percuſſus. Pindarus. Aelius Roma. Imperat. Ingenioſiſſimus poetarum. Plato poetarum. Heſiodi corpus.

ticus quidam, ab Alcibiade pugno percuſſus eſt Athenienſe. Præterea (Spartiano teſte) Aelius verus Rom. Imperator Ouidianos amores noctu continuiſſe repertus eſt: quod niſi cineres poetarum ingenioſſim. amore proſecutus fuiſſet, amatorios libellos pertractaſſet nunquam. Quid de alio dicendum iudicauero? qui Platonem poetarum Mantuanum Homerum appellaruerit. & vt omnibus maiori ſit admirationi, præcipitati in mare Heſiodi corpus ad litus retulerunt delphines, cuius & interfectores tempeſtate obruti fuerunt. & apud Sarmatas gentem barbaram publica impenſa Naſoni Ouidio conſtitutum fuit ſepulchrum. Nonne poetis & ipſos deos propitiabiles beneuolosq́; fuiſſe teſtatur Plinius? ſiquidem ab Oraculo Archilochi interfectores reprehenſi ſunt. mox & tanquam delitias ſuas Sophoclem Liber pater ſepeliri demandauit, qui & bachantes in arbores commutauit Ciconas, eo quòd Orphea vatẽ celeberrimum trucidaſſent. Iam tranſeo Simonidem, qui diuino admonitu bis ab exitio liberatus eſt: ſcilicet & à ruina, & triclinij infortunio. Prætereo quod Antipatri Sidonio poetę dij conceſſerint. Non referã quo amore, honoreue me Iacobus Euraldus Heduẽſium proſequatur Epiſcopus. Quintianum inter familiares ſuos primum nominat, Stoæ fauet velut frater eſſem, Quæ in me contulit enumerarem bona, niſi apud omnes patens eſſet commertium. at iam reſtat, vt quid ſit Poeta recenſeamus.

Ouidij ſepulchrum. Propitiabilis. Archilo. Sophocl. Orpheus. Simonid. Antipater Sidonius. Iacobus Euraldus epiſcopus.

Quid ſit Poeta, & de eius officio. Cap. 12.

Poeta [illegible]. Poeta om[illegible]. Poeta ſanctus.

POetam ſolum ſapientem nominari ſolitum omnis aſſeuerat poſteritas, cui doctrinam omnium ſcaturientem cognitionem multi aſſignant: vt Muſęo Lino, Orpheo, Homero, Pindaro, Heſiodo, attribui vide-

videmus. Quamobrem Diuinum adpellat Plato: quod quaſi aliquo Deorum dono. atq; munere commendatus mortalibus videatur: ſanctum Ennius nominat: quòd non humana, ſed diuina tentare, atq; eo quo niſi ducente Deo, peruenire non eſt copia, pergere cognoſcitur. Vnde Horatius, non minus ſcite, quàm vere aiti, Dices hunc eſſe poetam Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, oſque Magna ſonaturum dic nominis huius honorẽ. Iſtis in primo Tuſcu. germana loquitur oratorum Achilles Cicero, dicens: Poetam graue, plenumque carmen aliquo mentis inſtinctu effundere, Similiter ingenioſſimus vatum Ouidius Naſo Regionalis operis, 4 Impetus: ille ſacer, qui vatum pectora nutrit, Idem amatoriæ doctrinæ. 3. Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli, Sedibus ęthereis ſpiritus ille venit. Qui ſi altius intonaſſet, ferè altitonanti Ioui poetam præſup[illegible]et. & quis melius potuiſſet exprimere? Phineu quid en[illegible]s? te poetam dicis, & proterminas? eo quod vno h[illegible] & ſpiritu vini vas meri ingurgites, vis poeta c[illegible] primo quale ſit poetæ officium diſcito, Poetæ quale officium eſſe debeat non minus eleganter, quam decenter ſcribit Horatius: Aut prodeſſe volunt aut delectare Poetæ: Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ. Aliud poetæ officium ab Iſidoro Aethimol. 8. p[illegible]ritur: vt ſub fabularũ delectabili nube, & iucundo fictionum cortice, aliquid veræ naturæ, ac philoſophiæ deprehendatur: Iccirco ait Ariſtoteles: Fabulam tanquam animam eſſe Poematis. Quod etiã in Genealgo. docet Boccacius: Hic obiter non inſulſum erit, ſi Poetam Proſaicum Apuleiũ, & Hiſtoriopium poetã Lucanum adpellari admonuerim. Hæc dixiſſe volui: vt floridior, magiſque multiplex hæc prima habeatur Epographia.

Poeta diuinus. Poeta ſanctus. Poeta [illegible]. Achilles. Oratorũ Cicero. Regionale Ouidij opus. Amatoria Ouidij doctrina. Cõtra phineum. Poetæ officium. Fictionum cortex. Fabulæ anima Poematis. Poeta proſaicus. Poeta hiſtoricus.

Quid ſit Poetica licentia. Cap. 13.

Poetica licentia.

POeticam licentiam vſurpari à quibuſdam triuialibus, & vmbraticis vidimus. Quorum ſua tanti dementia eſt: vt contra regulas, rationes, artemque progredi conceſſum eſſe opinentur. Poetica autem licentia eſt: vt ſi ſolutionibus vtamur ſępius ſi colliſiones aliquando non admittamus: ſi vnum pro quolibet ponamus ligno: vt eſt apud Macrobium, ſi vocalem longam vocali ſequente breuiemus: ſi derelictis grammaticorum nugis latum iter capeſſamus, quo ad differentias. Non autem eſt licentia poetica in ſyllabis aberrare. ſtylum euertere humilia extollere, ſuperba deprimere, connectenda diſſoluere, diſſoluenda vincire, ſolida exinanire, caſſa roborare, lugubria hilarare, gaudia lugentibus verbis recenſere, alte incipere, depreſſius deſinere: ſed dementiam potius dicam bacchicam. Hei non poſſum quin vices doleam: Scribimus indocti, doctiq; poemata paſſim: vt Venuſinus ait. Quę carmina hodie in lucem prodeunt? in ijs nullus ſenſus, hic nulla carminis ratio, nullus ordo, lepores nulli, nulla [illegible], nil literario dignum commercio omnes licen[illegible]ſi: in omnium ore licentia ſemper, non expers loquor, & carminibus indulgeo, indulgeboq;, ſi viuere nobis Fata diu dederint. Teſtari aſſeueranter Iouem poſſum lapideum, me adhuc carmen non deduxiſſe claudicans niſi impreſſorum ſint labeculæ, an propter carminum paucigraphiam? non certe: cum me & diecula ſola mille verſiculos componere, qui experti ſunt, noue re. Hic ſuperſedeo: cum nihil turpius ſit, quam ſeipſum extollere, me extollant plura edita, ac edenda volumina quibus non ſolum hominum gratiam, ſed adepti ſumus immortalitatem. In poſterum ſcripta non durabũt forte,

Vices doleo.

Iupiter lapideus.

Au[illegible] gratia.

te, edidi tamen tanquam duratura. De poetica licentia in libro de metris latius diximus: & ſcitu nec indignũ eſt, non ſemper Maronem licentię temeritatem amaſſe vt ex Macrobio legimus. Poeticę etiam licẽtiæ Strabo primo Geograp. meminit.

Virgilius non amat licentiam.

Quid inter Poeticam, & metricam artem differat. Cap. 14.

ARtis poeticæ mores ſtylum, iter, affectus ordinem, Poeta vt ſeruet, documentum eſt, vt poteſt videri apud Horatium, non autem penitus carminis rationem, vt male ſenſit Mancinellus alioqui exquiſitiſſimus: vnde vellicatur à Scauro apud Senecam Ouidius Metamorphoſeon. 13. quòd minus præcepta ſeruauerit: eo quòd minorem non eſſe virtutem ſcire deſinere, quàm loqui innuat. Sunt enim Ouidij verba in prææallegato libro: vbi ait de tumulo Polyxenæ, cum Polixena eſſet adducta Achillis imolanda tumulo Hecuba inquit Cinis ipſe ſepulti In genus hoc ſæuit parerat eſſe contentus (ait Scaurus) adiecit. Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem. neq; hoc contentus, adiecit: Aeacidæ fœcunda fui. Vbi ſi vellimus gementis matris naturam rimari, & affectum, potius Ouidio, quàm Scauro adhærebimus, quod latius in noſtris dubitationibus diſputauimus, Veruntamen in affectu vt in triſti, cum videatur ludere, à Seneca damnantur Metamorphoſeon primo vbi de diluuio loquitur quem & in dubitationibus excuſabo, aut excuſare viriliter conabor. Præterea à Donato iu Eunuchum damnatur Maro, & negligens habetur, cum poſt occiſum Mezentium non facta noctis mentione ſtatim intulit: Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit: vtinam Donatus ipſe ſugillator non eſſet negligentior: quis nanq; putet mane veniſſe, aut venturum,

Ars poetica.

Mãcillus male ſenſit.

Ouidius Velicatus

Ouidius defenſus.

Scauro nõ hereo. Ouidius danatus.

Virgilius damnatur

Virgilius defenditur contra donatum.

Ennius ſine arte.

rum, niſi prius nox abierit? Placet ideo vt legas Seruium primo Commentario, vbi Virgilius ait: Et iam finis erat.q.i.e.s. Ideo lector hæc adnotaſſe volui, vt circa hęc, artem verſari cognoſceres poeticam. de qua etiã Seruius Mox quantum in poeſi ars valeat Enniano vel notum eſt defectu: qui ab Ouidio dicitur, Ennius ingenio maximus, arte ludis. Notum inſuper illud Vergilij eſt, cum Ennium præ manibus haberet, interrogatus quid Ennij ſtercus. *faceret, inquit: Se aurum ex Enniano ſtercore colligere.* Ars metrica. *Ars autem metrica eſt, in qua metrorum genera, & ſyllabarum demonſtratur quantitas: vt apud Terentianum, Seruium, Probum, Victorinum, Capellam videri poteſt. Itaque omiſſa arte poetica, metricam exequemur, & primo de pede, ſine quo incedere ars metrica proculdubio impos eſt, quia eo carmine & numeri incedere videntur, ſicut greſſu, pedibuſue animalia ingrediuntur.*

De pede. Cap. 15.

Pedis diffinitio. P*Edem ſubleuationem eſſe, ac poſitionem duarum ampliusúe ſyllabarũ ſpatio comprehenſam Diomedes diffinit, aut, Pes eſt metrica ſyllabarũ conſtructio, & numeri prima congreſſio per legitimos, & neceſſarios ſonos iuncta cum certa temporum obſeruatione: & niſi duæ, aut plures, deueniant ſyllabæ, quæ arſim, & theſim, aut econtrario faciant, pes nullo pacto dici poteſt. Pedum autem alij biſyllabi, alij triſyllabi, alij duplices, vt appellant Donatus, & Cęſius Baſſus: quos tamen aliqui neoterici tetraſyllabos vocant. Non deſinunt inſuper, qui addunt pentaſyllabos, nos vero etiam hexaſyllabos.i.ſex ſyllabarum adponemus, quos lector hic ſubijcio.*

Pedes

Pedes biſyllabi numero quatuor temporum. xii. Cap. 16.

Spondeus
Pōtificius

SPōdeus -- vt muſas, qui & Pontificius dicitur, nomen trahit ἀπὸ τῆς σπονδῆς, hoc eſt a libatione Nam in templis ſpondaica carmina componebant ne libantes ſonum abominoſæ audirent vocis: vel vt duabus longis ſymphonijs propitia Deorũ voluntas ſolidaretur. Ex quo Numa Pompilius Roma. Rex ariolationis potens, dum diuinaret, hunc pedem nominauit Pontificium, qui & ſpondaico melo vtebatur patrios placans indigetes. Trocheus -∪, vt nympha alio nomine Choreus, chordax, canon, rutilius dicitur: ἀπὸ τοῦ τρόχου, hoc eſt à rotatu. Nam volubiliter incedit modulatio trocheis contexta. vel παρὰ τὸ τροχάζειν ideſt à diſcurſu: quia decurrentes in ſacrificijs Deorum vterentur. Aurunci hunc rutilũ appellarunt: quia in bello reducta dextra cum clamore tela iam vibrata iaciebant. Hunc etiam Mercurio dicatum aliqui affirmant: qui impetu longo, & mira feſtinatione in breuem greſſum finire dicitur. Iambus ∪-, vt Ceres, alio nomine Daunius, vel Gradarius dicitur παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, hoc eſt à cunnicijs: quòd maledici hoc vtantur carmine. vel à Iambe puella, quæ hoc verſu lacerata laqueo turpiter ſuum oppetijt diem. vel à Iamba Niobes ancilla, quæ laſſam querēdę Proſerpinæ fatigatione Cererē apud dominā hoſpitio ſuſceptā, hoc carmine laudauit, vel dicitur Iambus, quaſi τρίαμβος à triumphatore Dionyſio, cuius laudes talimelo proſequebantur; dicitur & Gradarius: eo quòd ſit Marti dicatus, quia iniens pugnas telum torquebat: nam ij, qui iaculantur, breui acceſſu in extenſum paſſum progrediuntur. Hunc priſci Apulli Daunium appellarunt à duce ſuo Daunio, quòd

Numa Pō-
pilius
ariolator.

Trocheus

Mercurio
dicatus.

Iambus
Iambe
puella
Daunius
dux.

graduali pugna duos dimicare conſtituit, vt dextero aſſequente paulum; ſiniſtroq́; progrediente pede gradus firmaretur. Pyrrichius ∪∪ *vt Dea, quem Dibrachum, Bibreuem, Tripudiantem, cineſiam, Aegeona Pariambum nominamus. dicitur* ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης, *ideſt à ſaltu militari. vel à Pyrrho Achillis filio: qui citis modulationibus bis breuiter prominentem clypeũ genibus incumbens, & terrore illo in hoſtem ferebatur. vel quia primus victoria potius eo metri genere laudatus eſt. vel dictus eſt Pyrrichius* παρὰ τὸ πυῤῥὸν *hoc eſt à flãma: quòd mobilitatis tripudio acies flammarum imitaretur.*

Pyrrichi⁹

Pyrrhus Achi. filius.

Pedes triſyllabi numero. viij. temporum. xxxvi. Cap. 17.

Dactilus.

DActilus -∪∪, *vt Clodius: cui Herous, & Politicus nomen eſt. dicitur* ἀπὸ τῆς δακτύλου, *ideſt translationem articulorum, qui in digito ſunt. nam vt in digito longum primum articulum ſequentes ſcimus eſſe breues, ſic in Dactylo videmus. vel ab Ideis Phrigiæ populis, qui Iouem puerulum, & eius vagitum ęn a vaſa concutientes, ſimilis pedis compoſitione perſonantes celauerunt: vnde illos populos Dactylos appellamus, à quibus ille pes merito potuerit trahere nomen. Tribracus* ∪∪∪, *vt quoniam: qui & Tribreuis, Brachiſyllabus, pigmon Choreus, Trochichus, Trinocheus, & (vt Cic. in Oratore ait) Trocheus dicitur, quaſi* τρίβραχυς *.i. tribreuis. & dicitur Choreus, quia Correis eius compoſitio conuenit. Amphimacrus* -∪- *vt litere, quem Creticum, phaſceninum, Amphimeron, men ſalem nominamus, dicitur* ὅτι ἔσχει δύο μακρὰ ἀμφὶ τὴν βραχεῖαν, *à binis ſcilicet protenſis, quibus ab vtraque parte correpta continetur. Et mirari non eſt, quòd dicatur*

Tribracus.

Amphimacrus

dicatur creticus pes quia Cretes ſaltantes eo vtebantur verſu. Bacchius ∪ – –, *vt fugabunt: cui etiam Oenotrius, Pariambus, Tripodius, Saltans nomen eſt. dicitur* ἀπὸ τῆς βάκχης, *quia a bacchantibus cōuenienter componebatur. vel quia Dithyrambicorum carmen, quod in honorem Dionyſii magna ex parte talibus conſtabat pedibus, Palymbacchius* – – ∪, *vt orator, qui & Antibacchius, Latius, Saturnius, Altibreuis, Proponticus, Theſſaleus, dicitur:* παρὰ τὸ πάλιν καὶ βάκχιον, *quod illi ſit contrarius. Amphibrachus* ∪ – ∪, *quem etiam Meſſiten, Stolan, Ianium, Scolium, Vtrinq; breuem nominamus. dicitur* ἔχει δύο βραχεῖα ἀμφιμακρὰν *à binis breuibus ſcilicet quibus vtrinq; longa continetur. Moloſſus* – – –, *vt Anchiſes, alio nomine Hippius, Channius, Vertunius, Extenſipes, dicitur, quia Moloſſi ad bellum procedentes, huius concinnata compoſitione vtebantur. vel quia hoc conſtabant pedes Odæ, quas in Iouis delubro canebant in memoriam Moloſſi filij Pyrrhi, & Andromaches: à quo feſta Moloſſia dicta ſunt, dicitur quoque Hippus* ἀπὸ τοῦ ἵππου, *hoc eſt ab equis, quia equeſtri pugnæ conueniens apto modo modulabatur. Anapeſtus* ∪ ∪ –, *vt Curios qui etiam Antidactylus dicitur* πρὸς ἀναπαίνειν. i. ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον, *quia recurrens ſono reciproco Dactylum repercutit.*

Bacchius

Palimbacchius.

Amphibrachius.

Moloſſus.

Anapeſtus.

Pedes duplices, ſeu quadriſyl. numero. xvi. temporum. xcvi. Cap. 18.

D*Iſpondeus* – – – –, *vt oratores dicitur quòd dupli ci Spondeo conſtat. Dijambus* ∪ – ∪ –, *vt opacitas dicitur quòd duplicem Iambum contineat. Antipaſtus* ∪ – – ∪, *vt redemptoris. dicitur* παρὰ τὸ ἀντισπάσθειν, *quia Iambus, & Trocheus, ex quibus cō-ponitur*

Diſpondeus.

Dijambus.

Antipaſtus.

ponitur, contrarij ſunt. Ionicus maior, ideſt ἀπὸ μείζονοσ - - ∪ ∪, vt ſermonibus. Pæan primus - ∪ ∪ ∪, ut imperium. dicitur ab inuentoris nomine: vel quòd hoc metro laudes Appollinis canerētur, quas Pæā vocāt: vnde & Peā aliquādo dicitur Apollo. Pęā ſecūdus ∪ - ∪ ∪, vt imaginis. Pęan tertius ∪ ∪ - ∪, vt Amaryllis. Pæan quartus ∪ ∪ ∪ -, ut alacritas. Epitritus primus ∪ - - -, vt reductores, ab aliquibus etiam Hippius nominatur, & dicitur, quoniam hic pes ex Spondeo conſtat, qui quatuor habet tempora, & Iambo, vel Trocheo tantum tria habentibus, quaternarius vero numerus ad ternarium relatus. ſeſquitertiam proportionem, ſeu rationem facit: quę græcæ. ἐπίτριτωσ, dicitur. Epitritus ſecūdus - - ∪ - ut veſtigijs. Epitritus tertius: - ∪ - -, ut proditores. Epitritus quartus - - - ∪, vt oratoris. Ionicus ἀπὸ ἐλάττονοσ hoc eſt à minore ∪ ∪ - -, vt animoſius. Choriambus - ∪ ∪ - vt hiſtorię & dicitur, quòd ex Choro, & Iambo compoſitus ſit. vel quòd in choris apud veteres celebratiſſimus fuerit. Ditrocheus - ∪ - ∪, vt Quintianus, & dicitur etiam Dichorus, Catatrocheus. Proceleuſmaticus ∪ ∪ ∪ ∪, vt ariete, et dicitur παρὰ τὸ προκελεύσθειν, ideſt ab hortatione, & iuſſu nautico ad quē ob velocitatem aptiſſimum intuemur. Quos ſi quis velit latius, Diomedis, & Donatiani euoluat volumina: ſed de eorum compoſitionibus Cæſium Baſſum legito: & cū Diomedes Pentaſyllabos adiūxit, ſic & nos iungemus: quos in impreſſis Diomedis codicibus non omnes inuenies adſcriptos. Et annotes velim, Pentaſyllabos, & Hexaſyllabos pedes vocari Heteroplicos: eo quòd variorum pedum combinatione naſcuntur. Nā ἑτέροσ dicitur varius ideo ne vario verborum vtamur anfractu, proſequemur.

Ionicus. maior.
Pæan. primus
Pean ſecūdus.
Pean tertius.
Eipetritus primus.
Epitritus ſecundus.
Pean quartus.
Epitritus. tertius.
Epitritus. quartus.
Ionicus minor.
Choriambus.
Ditroc.
Proceleumaticus.
Diomed. reſtitutus.
Heteroplici pedes qui.

Pedes

Pedes Pentaſyllabi numero. 31. temporum. 240. Cap. 19.

Molloſpondeus.	-----,	*vt argumentatores.*
Paraprieros.	-uuuu,	*vt compoſuimus.*
Simplectos.	--uuu,	*vt ætas hominis.*
Moloſſopyrrhichios.	---uu,	*vt frumentaria.*
Calotibos.	----u,	*vt collaudabamus.*
Antiperiodicus.	-u-u-,	*vt multitudines.*
Meſſobraches.	--u--,	*vt exiſtimantes.*
Moloſſoiambos,	---u-,	*vt conſulatus eſt.*
Hippobraches.	-u---,	*vt tela deponunt.*
Bacchichoricus.	--u-u,	*vt deſiderandus.*
Chorodactylus.	-u-uu,	*vt Tullus armiger.*
Chorobachius.	-uu--,	*vt tela capeſſunt.*
Strophus.	-uuu-,	*vt inſtituerant.*
Anticyprios.	-u--u,	*vt exhiberetur.*
Doriſcus.	-uu-u,	*vt imperitabat,*
Amabæos.	--uu-,	*vt colles ſuperi.*
Antamabæos	uu--u,	*vt loca munita.*
Iambocreticus.	u--u-,	*vt reipublicę.*
Cyprios.	u-uu-,	*vt amore Dei.*
Antiſtrophos.	u---u,	*vt recognouere.*
Iambodactylus.	u--uu	*vt is indoctior,*
Pariambodes.	u-u--,	*vt manus reponunt.*
Dochimos.	uu-u-,	*vt humiles Deæ.*

Quia Quintiliano, Ciceronéue conſtare dicitur u--u-, quod Ceſius ait.

Periambus.	u-uuu,	*vt diu ſtetimus.*
Aegeoſcolius.	uuu-u,	*vt bonus Homerus,*
Meſſomacius.	uu-uu,	*vt Deus affuit.*
Periodicus:	u-u-u,	*vt amaritudo,*
Pyrrhichio anapeſtus.	uuuu-,	*vt agilior eſt.*

Doſſios,

Daſſios, ∪∪∪--, *vt per ea præceps.*
Diphios. ∪∪---, *vt podulabundi.*
Probraches. ∪----, *vt in armis mortes*
Hiortius. ∪∪∪∪∪, *vt mulieribus.*

Georgius Valla mãcus. *Hic aduertendum eſt apud Georgium Vallam mancos eſſe pedum ordines: ſcilicet pentaſyllaborum: quem errorem, cui adſcribã, aut impreſſori (quod non faciã) aut ei, qui minus diligens fuit, adfatim dubius ſum. Inſuper Hexaſyllabos pedes numero eſſe 64. nulli inficias eunt: quorum nomina (quod equidem ſcierim) nullus latini, greciq; idiomatis efformauit, præter Frãciſcum nigrum, cuius antequam illius opus vidiſſem, ſcitiſſimo (quoad poterã) appellaueram nomine. quod multi (vt ita dicam) Quintianiſſantes approbare poſſent. Hoc erit maleuolis cordolio, quod noua auſus fuerim effigurare nomina. ſuo iure dirumpantur. Susq; deq; facio, modo doctis, candidiſſimisq; eruditioribus placeam: quos ne ſuccenſeant oratos velim, ſi minus idoneis nomina dederim vocabulis; forte poſt me emergent ingenioſiores aliqui (quod precor) qui idoneiores inuenient dictiones, cum facile ſit inuentis addere. iam noſtro Marte inuenta proſequamur: licet & aliquando Franciſco Nigro in aliquibus concordem, iam lector accipe numero. 64. temporum 576. Cap. 20.*

Dimolloſus. ------, *vt veſtros oratores.*
Epimachrus primus. -∪∪∪∪∪, *vt crede facilius.*
Latiopigmeon --∪∪∪∪, *vt culmis gracilibus.*
Triionicſſos magnus. ---∪∪∪, *vt dixerunt leuia.*
Diſpondigeos, ----∪∪, *vt firmamẽtũ maris.*
Epibraches ſextus. -----∪, *vt oratorum palma.*
Trichoreus. -∪-∪-∪, *vt quintianus auctor*
Didactylus, -∪∪-∪∪, *vt imperitabimus.*

Moſ-

Moſſopyrrhichius.	--uu--,	vt vegrãdis Iaſon.
Antidiſcolios. χ	-u--u-,	vt dardanorũ manus.
Epibraches ſecundus.	-u----,	vt turbines ventoſos.
Chanioanapeſtus.	---uu-,	vt flectẽtes numeros.
Theſſalocreticus.	--u-u-,	vt pellas moleſtias.
Saturnio anapeſtus.	--uuu-,	vt formidine dei.
Dactyloſcolios.	-uuu-u,	vt ilia refecta.
Ditheſſaleus.	--u--u,	vt torpore cedente.
Cretycodactylus.	-u--uu,	vt ſtridet horror niuis
Heroocreticus.	-uu-u-,	vt gratia quintie.
Heroochanius.	-uu---,	vt crimine conflato.
Amphimacrobachius	-u-u--,	vt fama longa forti.
Epibraches quintus.	----u-,	vt firmamẽtum cadẽs
Creticolatius.	-u---u,	vt clara virtus fuget.
Creticochoreus.	-u-uuu,	vt Hercules meruit.
Propontidactylus.	--u-uu,	vt inſida pręlia.
Amphimeroanapeſtus	-u-uu-	vt cura nutrit apes.
Moloſſoſcolius.	---u-u,	vt inſtrumenta cũ[illegible]
Dactylænocrius.	-uuu--,	vt crimina reſ[illegible]
Epibraches quartus.	---u--,	vt terris imperantes.
Meſſoproceleumaticus	-uuuu-,	vt hiſtoria monens
Epibraches tertius.	--u---,	vt feruẽt maris fluctus
Dactylolatius.	-uu--u,	vt thura Deis grata.
Latioſtola.	--uu-u,	vt exercitus omnis.
Anapeſtocritus.	uu--u-,	vt Rutuli milites.
Bacchionapeſtus.	u--uu-,	vt canentes homines.
Epimacrus tertius,	uu-uuu,	vt meruit Libya.
Oenocripropontiucus	u----u,	vt adulantes tolle.
Epimacrus quartus.	uuu-uu,	vt cereris eſt manus.
Pariambodatrylus.	u---uu,	vt bonos tollit deus
Choriofeſcenius.	-uuu-u-,	vt numerat hic boues.
Dijambocordax.	u-u--u,	vt Deo reducente.

Anapeſtobacchius.	u u - u - -,	*vt fugit imperantes.*
Amphibrachoippius.	u - u - - -,	*vt necabit armatos.*
Scolioanapeſtus.	u - u u u -	*vt Iaſonis auos.*
Epimacrus quintus.	u u u u - u,	*vt abiete pugnat*
Imodactylus.	u - u - u u,	*vt cupidinoſior.*
Oenocritrocheus.	u - - u u u,	*vt camilli galea.*
Bacchioſcolius.	u - - u - u,	*vt reformans Iulus.*
Stoloparyambus,	u - u u - -,	*vt meros bibe potus.*
Pyrrhichoriambos.	u u - u u -,	*vt graciles viduæ.*
Parnambãphimeros	u - - - u -,	*vt ferus Cæſar domãs*
Anapeſtolatius.	u u - - - u,	*vt fluuiorũ murmur.*
Anapeſtoſcolius.	u u - u - u	*vt reboans leæna.*
Choriothoſſaleus.	u u u - - u,	*vt agere prębenda.*
Epimacrus ſecundus.	u - u u u u,	*vt mala muliere.*
Diſcolius.	u - u u - u,	*vt Atlantidesq́;.*
Meſſoſpondeus.	u u - - u u,	*vt cacodæmon malus.*
Dibacchius.	u - - u - -,	*vt cothurni nitentes.*
Stolofeſceninus.	u - u - u -,	*vt lebete candido.*
Epimacrus ſextus.	u u u u u -,	*vt arietibus hoc.*
Antilatiopigmeon.	u u u u - -,	*vt pariete lapſo.*
Choriocanius.	u u u - - -,	*vt facilior, perſes.*
Anapeſtochanius.	u u - - - -,	*vt modularunt vates.*
Epibraches primus.	u - - - - -,	*vt inextricoſæ res.*
Ditribrachus.	u u u u u u,	*vt tenuia preme.*

Vltra autem iſtos pedes ſtatim ſoluta ſequetur oratio. Sed iam pedum accidentia adgrediamur.

De pedibus accidentibus. Cap. 21.

Accidentia pedum ſex eſſe pueri non ignorant ſcilicet arſim, theſim, numerum ſyllabarum, tempus, reſolutionem. figuram, metrum addit Diomedes, ego rationem, & ſyzygiam, aliqui etiam baſim

adijciunt

adijciunt. Arſis (vt Priſcianus, Mart. Capella, Sergius, & omnes vniter teſtantur) eſt eleuatio, quæ pedem incipiens inter tres ſyllabas computatur. Theſis eſt poſitio, vel vocis remiſſio, quæ pedem finiens niſi inter duas ſyllabas eſſe non poteſt: quia duobus ictibus arſis: & theſis quærenda eſt: &, vt facilior ſit cognitio, hic quidem omnium conſenſus eſt arſim primam eſſe partem dictionis, theſim vltimam. Vnde Iſidorus Aethimo 3. cap. 19. inquit: Arſim eſſe vocis eleuationem: ideſt initium: theſim poſitionem: ideſt finem. Numerus ſyllabarum, eſt comprehenſio vocum pedem facientium: quia vnuſquiſq; pes proprias habet ſyllabas. Nam pedum alij biſyllabi, alij duplices, vel miſti ſeu tetraſyllabi, alij hetroplici: ideſt pentaſyllabi, & hexaſyllabi: de quibus ſuperius eſt facta mentio. Tempus eſt, cum in pede erit longa ſyllaba, διάχρονος eſt: ideſt bitemporea. ſi autem breuis, μονόχρονος eſt: .i. vnius temporis. Temporũ Græci alia eurythma, alia rhythmeida, alia arythma dicunt. Eurythma, quæ concinnum ordinem cuſtodiunt. Rhythmoida, quæ compoſitionem non reſpuunt, ſed exigui ſunt examinis, Arythma, quæ nullam habent concinnationem. Reſolutio in pede fit: cum pes pro pede ponitur: vt in hoc (teſte Seruio) Aedificant, ſectaq; intexunt abiete coſtas. nã ibi ſolutio eſt Spondei in Proceleumaticum. alias in Anapeſtum: vt Fluuiorum Rex Eridanus, alias in Dactylũ vt Arma virum tabulæq;, & Troia gaza per vndas. vbi aliqui diu queritarunt; vbi nam ſit hæc Spondei ſolutio in Dactilum, cum etiam Dactylus in quacumque hexametri ſede poni poſſit, præterquam in ſexta. Lector intende, lætaberis, Diomedes grammaticorum fulmen inquit: Heroicum hexametrum initio ſex Spon

Arſis. Theſis. Numerus ſyllabarũ Tempus. Reſolutio. Seruij locus.

deis compoſitum texuere: deinde ſoluta Spondei altera ſyllaba ſine temporis damno Dactylum ſumit. hæc ille. Et quia dicat Seruius: Solutiouem in Anapeſtum, aut in Proceleumaticum fieri eſt, cum dicat Diomedes, Heroicum appellari quoties in primo in 3. & 6. Spondeus ponitur ſede, mox Spondeos reſolui in Dactylos. Similiter apud Priſc. de. 12 carminibus inuenies. Sergius quoque ait: Legitimum vix eſſe Dactylum in hero ico: ſed factum ob ſolutionem. Sunt & aliqui qui dicant Reſolutionem eſſe cum vna pro duabus, pro vna duæ ponuntur ſyllabæ: vt auctor eſt Beda. vnde etiam diæreſim, & ſynæreſim dicimus, de quibus late inferius tractabitur. Figura eſt, qua indicamus in pede vnamquãq; ſyllabam: ſi longam hoc modo – ; ſi breuem iſto : ᴗ ſi ancipitem hoc pacto ᴗ – quanquam alij figuram: quod pedes ſint ſimplices, aut duplices. aut heteroplici nominant. Ratio, quam alij conditionem, ſiue proportionem appellant, eſt cum pedem partimur in tria: quod in Oratore ait Cic. vt neceſſe ſit pedis partem, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aue ſeſqui maiorem eſſe ita vt Dactylus ſit æqualis, ideo Dactylica dicitur ratio. duplex Iambus igitur Iambica eſt ratio. ſeſquipæan iccirco pæanica ratio nominatur. Sed exemplo omnem rem patefaciemus. Dicimus igitur Dactylum rationem habere æquam, cum conſtet prima longa, & duabus breuibus: ecce quod bina tempora binis comparantur, ſic in Spondeo, & Pyrrhichio. Exin dicimus Trocheum habere rationem duplam: quia duo tempora vni comparantur, ſic in Iambo. Seſquialtera, vel ſeſcupla ratio, eſt in duobus, & tribus temporibus: vt in Bacchio ex breui, & duabus longis conſtante. Ecce ibi quinque eſſe tempora, in quibus duo tribus comparantur

Grammaticorũ fulmen. Heroicum carmen. Figura. Ratio. Conditio. Proportio Dactylica ratio. Iãbica rõ. Pæanica ratio. Aequa rõ Dupla rõ. Sesquialtera ratio. Seſcupla.

rantur. Seſquitertia, vel epitrita ratio, eſt in tribus, & in quatuor: vt in Epitrito primo ex breui, & tribus conſtante. Ecce ibi ſeptem eſſe tempora, in quibus tria quaternis comparantur: & vt paucis abſoluam: quando in pede aliquo paria videbis eſſe tempora, erit æqua ratio: ſi imparia vſque ad tria, erit dupla, ſi imparia uſque ad ſeptem, erit ſequitertia ratio. Sunt qui triplam adiungant, & ſuperbipartientem tertias, epitetartam, ſeſquiquintam. Tripla ratio eſt, quoties arſis vnum tempus, & theſis tria continet tempora: vt in Amphibraco, quem nonnulli pedem non eſſe autumant: ea ratione, quam in poetica ſua dixit Valla Georgius. Superbipartiens tertia ratio eſt, quoties in pede arſis tria tempora, theſis vero quinque continet: vt in anticiprio. Epitetarta, ſeu Seſquiquarta eſt, quoties in pede arſis quatuor, theſis quinque habet tempora: vt in Meſſomacro. Seſquiquinta ratio eſt, quando in pede arſis ſex tempora, heſis quinque continet: vt in Caniocretico, & hæ ſunt in heteroplicis pedibus. Syzigia autem ex varijs pedibus in vnum collecta concluſio, vel coniugatio dicitur, nam inuenta eſt propter dictiones vltra quatuor ſyllabas, quæ diuiduntur diuidentis arbitrio: vt ſi velimus diuidere ædificatio, oportebit per duos Dactylos, aut per Coriambum, & Pyrrhichium. Et eſt ſciendum cum Syzigia ſimiles iungit pedes, Tautopodiam: ſi diuerſos, Dipodia dici. Vnde Franciſcus Niger minus vere locutus eſt, cum Dipodiam cum ſyzigia inter partes qualitatis pedum enotet Syzigiam tamen inter pedum accidentia non poni Domitius Quintius Phœnix frater meus innuit in ſua Metrobaſi: conferentur duorum fratrum ſigna, licet ipſe vigeſimum & primum ad huc non tetigerit annum, & trutinabuntur doctiores

Seſquitertia ratio. Epitrita ratio.

Tripla rō.

Superbipartiens tertia ratio.

Epitetarta ſeu ſeſquiquarta rō. Seſquiquinta [illegible]

Syzigia.

Tautopodia. Dipodia. Fran. Nigro nō hęreo.

Domitius Quintus frater m.

Quintiani Stoæ ætas

Baſis.

an illi, an mihi, qui nuper quintum & vigeſimum perfeci annum, ſit aſſentiendum. Baſim eſſe pedis Poſitionem ſcimus dici, quæ in Epitritis, Pæanibusq; tantum attenditur, quam potius inter, ſubaccidentia ponerem, nunc de metro dicendum eſt.

De metro, & eius origine. Cap. 22.

Metrũ qd Menſio.

METrum, quid græco idiomate, latino menſionẽ dicimus (vt Diomedi placet) eſt pedum iunctura finita numero, & modo: vel (vt Donatianus ait) eſt conceptio certis, & legitimis pedibus expedita. dicitur etiam verſus, quia concinnis flexibus molliter euoluatur. Verſus autem eſt partium congrua ordinatio, pedum ornata copulatio conſona ſpẽ normam exhibens metricam: vel eſt compoſitio pedum ordine ſtatuto modo, compoſitiones, ſublationesque conſeruans latius, Diomedem legito. Dicitur & Carmen, quod ſit cantibus aptum: non autem à Carmenta, vt aliquorum fuit opinio. nam antequam mulier illa eſſet, erat, & fuiſſe carmen manifeſtum eſt. Metrũ deinde tripliciter auditur. Bioticon, quod eſt in vſibus conuerſationis humanæ: quale eſt carmen Horatij ſeculare. Poeticum, quod à poetis per verba, ac verſus figuratur, quod etiam: ipſum quatuor modis intelligimus. Primo per temporis ſpatium: vt in ſyllaba aut longa, aut breui. ſecondo per ſyllabarum numerum, cum pes aut biſyllabus, aut triſyllabus, aut duplex ponitur. tertio per qualitatem pedum, quia certis conficitur pedibus, vnde dactilica, ſpondaica. quarto per pedũ numerum, quia aut hexametrum, aut pẽtametrum, &c.

Verſus quere. Verſus quid.

Carmen aliquorũ error.

Bioticon metrum.

poeticum metrum.

Cõmune metrum.

Commune quod eſt muſicæ rationis, ſiue diſciplinæ, cuius ſpecies apud Lancilotum Curium poteris legere.

Metri origo.

Metri originem omnipotenti attribuimus Deo. qui (vt

(vt ſuperius diximus) cœleſtem efficit Harmoniam. vſos fuiſſe Hæbreos antiquitus metris legimus. Iis Caimum, Abelumque primos fratres, ac Abrahamum, ſuperatis hoſtibus, Deo ſacrificaſſe nemini dubium eſt. Nonne (auctore Ioſepho) ſiue mauis Ioſippo (antiquitatis Iudaicæ 2.) Moſes Hebreorum Imperator maximus, quòd fatiſcentibus aquis mare Rubrum tranſgreſſus fuiſſet, diuino adflatus numine, Hexametrum carmen in Dei gratiam actione effigiauit, ac edidit, Nonne Dauid (&, vt aliqui, Dauidus) ille Rex (eodem teſte antiquitatum. 7.) à prælijs expeditus vario hymnos metro compoſuit: alios dimetros, alios trimetros, alios quinquemetros? Nonne Solomonis, & Hyſaiæ verſibus edita, & lege poetices condita erant volumina? Nonne Idomęneus Iob (quem Iobum dicerem) volumen, quod admirantur omnes, numeris, intextum poſteris dereliquit? Sed de his hactenus: quia latius in vna quadam noſtra iam impreſſa oratione de poetices laudibus diſſeruimus. iam ad metrorum genera tranſeamus.

Caimus. Abelus. Abrahamus. Moſes. Dauid. Dauidus. Solomon. Hyſaias. Iob. Iobus. Orationes edidit Q[uinti]anus.

De Metrorum generibus. Cap. 23.

Metrorum, quos latinæ (Cenſorino teſte) numeros vocamus, quia in numerum congeſti ſint, pedes plura eſſe dicuntur genera: quæ (vt ait Seruius) vel à rebus, quas ſcribimus, nomina acccepe runt, vt heroicum, quod eſt hexametram, licet Moſes primitus vſurpauerit: & quia Homerus, cæteriq; herorum geſta hoc metro ſcriptitare ſoliti ſunt, heroicum dicimus: quo etiam carmine ante Homerum Appollinis Oracula reddebantur. Tamen ſciendum eſt aliquando Oracula ſoluta oratione (vt in 9. teſtatur Strabo) relata primatas. quocirca, Cicero de Diuinat. ii. Pyrri tē-

Metrorū genera. Numeri. Heroicum vnde. Oracula verſu edita. Oracula ſoluta reddita oratione.

poribus Appollinem deſiiſſe verſus facere ſcribit. Vel à pedibus, ut Iambicum: à frequentatore, ut Aſclepiadeum (fuit enim Aſclepius non inuentor, ſed frequentator, Donatiano teſte) à cultoribus, ut Phalecium, ſi Fortunatiano credimus, à pedum numero, ut Pentametrum: ideo eorum genera. 8. eſſe ait Seruius: cui Donatianus aſtipulatur, dicens: Pæanicum, & proceleumaticum inter generalia non poni. Nouem priſcianus, & Fortunatianus, quos ſequitur Angelus Politianus, eſſe dicunt: ſcilicet Iambicum, Trochaicum, Dactylicum, Anapeſticum, Choriambicum, Ionicum à maiore. Ionicum à minore, Antipaſticum, Peanicum addidit, Seruio omittenti, Priſcianus. Ceſ. uero Baſſus Tonos coniunctis in unum Ionicis adglutinauit, ſed de his plura in libello de metris diximus: in quo mira metrorum genera. enumerauimus: adeo, ut numero ſint quingẽta & ſeptuaginta. ſic lector, quotidie inſudo, ut proſim, & non ſim Hemerobius: quod animal, quo die naſcitur, eo ſuum oppetit diem, ſi Plinio credimus.

Aſclepius Metrorũ genera. Seruis. omittit. Quintianus librũ de metris cõpoſuit. Quingẽta & lxx. metra. Hemerobius.

Quot metro accidant. Cap. 24.

Metro accidere octo ex auctoribus colligitur ſcilicet genus, ſpeciem, compoſitionem: cæſurã ſiſtema, colon, magnitudinem, figuram, & depoſitionum. alij, adulante minime opinione noſtra, ſiſtema omiſerunt: quòs, ſi perpendißent, incurioſitatis non pœniterent. Sunt & aliqui, nec ſpernendi, adiungentes menſuram ordinem, appellationem, ſimphoneſim, modum harmoniam, quæ omnia breuiſſime explicabo. Genus in metro dicimus, cum vniforme eſt, vt Dactylicum, & Iambicũ, pentametrumq; elegiacum: vt apud Capellam, Lampridiumq; leges. vnde Fortunatianum miror dixiſſe: Pentametrum per ſe ſeorſum, ac ſolitarium,

Metri accidentia. Alterum defectus. Genus. Fortunatianum miror.

rium, non poſſe carmen facere: aliquando tamen metra diuerſa videmus copulari: vt Dactylica cum anapeſticis: hexametra cum Pentametris: quod tetigit. Oui. Ponti. 3. Adpoſui ſenis, te duce, quinque pedes. vt etiã dicemus in ſiſtemate inferius, ſed de 18. generis partibus ad Geratim in lib. de metris diximus. Species. *Species metri qualitas eſt, in quam quibuſdam generibus diuerſam videmus: vt ſub anapeſtico pindarica, almanica: ſimonidica. & differt à qualitate: nam qualitas in* Qualitas. *metro eſt: qua intelligimus vtrum principale ſit, an deriuatum. De finita, & infinita triplici qualitate latius in libro de metris: vnde nec videntur aberrare qualitatem inter metri accidentia ponentes.* Compoſitio. Iunctura. *Compoſitionem, quam iuncturam dicunt, referunt eſſe, cum verſus ex diuerſo metrorum genere copulãtur: vt apud Horat. videri eſt: ſcribere verſiculos amore percuſſum graui. eſt enim ſemiquinaria pentememeris heroica cum dimetro Iambico: ſed de compoſitione vniformi, & diformi, & de diadica triſema, triadica tetraſema, & tetradica hexaſema adfatim in lib. de metris diſſeruimus.* Cæſura. Coma. Sectio. *Cæſura in metro eſt, cum in hexametro decoras terminationes facimus: Græci hanc comam latinorum aliqui ſectionem nominant, & dicitur (teſte Donatiano) coma: quaſi trunca pars membri à corpore amputata. Sunt autem quatuor. Primam Pentememerim* Pentememeris. Semiquinaria. *(teſte Priſciano) vel ſemiquinariam dicimus: cum poſt primos duos pedes ſyllaba orationis partem terminans reperitur: vt In noua fert animus mutatas: dicere formas. Secundæ Heptememeris eſt nomen: quæ poſt tres* Heptememeris. *pedes ſuperantem reddit ſyllabam Orationis partem finientem: vt Arma virumq; cano Troiæ, qui primus ab oris Tertia Trochaica nominatur: quæ & catatritõ,* Trochaica Catatritõ.

cum poſt duos pedes Trocheus oratione perficit,ut Dulce meum miſerere domus.l.e.i. Quarta eſt Bucolica: vbi poſt quatuor pedes ſyllaba in partem orationis deſinens inuenitur: vt: Coegere donec oues ſtabulis numerum.q.r.Placuerit forte ſi Pontani verba inſeruerim dicentis apud poetas in tertijs. v.vii. ix. ſyllabis cęſuras inueniri quas Tritimemerim, Pentememerim, Heptememerim, Enneamemerim nominamus. in quibus breuis ſyllaba aliquando ęlongatur, nulla aſpiratione ſequente in. 3. Luca. Dum ſanguis inerat. licet is longum dicemus quinta Epographia.in 5. Tibullus:Te canit agricola magna cum venerit vrbe.in.vii.Vergil. Et furijs agitatur amor,& conſcia virtus.in.ix.Catul. l.u.u.iam dicetur Hymenæus, quanquam ſit hic aſpiratio. Et aduerte in metris dimetiendis duas correptas pro vna producta accipi. quod ſi metitus fueris, in ſuperioribus inuenies exemplis. Hic aduerte lector inſonorum eſſe carmen. cum nullæ ſint cęſurę, vt hoc in noſtro in exempli oſtentationem: Sidera cęlum,meſſes tellus carbaſa pontus Reperiri apud Maronem aliquando non ignoro, vt in. xii. Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile. quod ibi affirmat Seruius nam heptememeris, quam habere creditur, in ſynalipham cadit. de hoc ait Terentianus: Ratum concedam, fieri nō poſſe negabo. Vbi aduerte, ſi Pontani vera ſententia eſt, reperiri Tritimemerim (modo aduertas tempora) ex quo affirmauerim, vel poſito pignore, nullum abſq; cæſuris reperiri carmen:niſi quęlibet dictio ſuum faciat pedem vt eſt in eſſemplo noſtro,quod ſuperius diximus.Et vnum vt admoneam me cogit: ſcilicet apud Seruium commentario. xii. legi Heptememerim in Synalipham cadere, cum ipſe melius dicerem, in Eclyptim. ſed de

Bucolica.

Tritimemeris. Enneamemeris.

Carmen ſine cæſuris

Seruium aduertito.

cæſuræ

cæſuræ partibus quatuor ſartim in libro de metris. Siſtema eſt metrorum collectio, aut duorum, aut plurium ſimilium, vel diſſimilium. diſſimilium autem in elegia. nam poſt heroicum ponimus pentametrum. Similium, vt eſt ſaphicū phaleciū. Colō metro accidit, quia in certas integras orationis partes ſeparatur verſus: vt Defeciſſe iuuat ſua ecce poſt tres pedes nihil remanere, & aliquādo in duobus pedibus liberis (teſte Sergio) vt apud Horatium: Terruit vrbē, & dicitur colon (teſte Donatiano) quaſi à corpore abſciſſum integrum membrū & differt à Commate: quia comma dicitur, quando poſt duos, vel poſt tres pedes ſequitur ſyllaba orationis: partem terminans: vt diximus, latius vbi de cæſuris. Periodus autem plena ſententia eſt, Beda teſte. Vnde ait Probus: ex literis ſyllabas, ex ſyllabis pedem, ex pede comma, ex commate verſum, ex verſu colon, ex colo naſci periodon. Magnitudo in metro dicitur, cū ſyllaba naturaliter breuis longatur: vt Terraſq;, tractuſque maris alij magnitudinem diſinunt, dicentes fieri cauſa finalium. Figura metro accidēs, eſt ordo, & ſeries inter ſe non tantum. pedum, verum etiam dictionum, metrorumq;. Trigintaduas figuras hexametro poſſe recipi Priſcianus, & Diomedes teſtantur: quarum cognitionem multos latentem ſatianter patefaciemus. Hexametro nanq; carmini ſex accidere pedes & infantiſſimis cognitum eſt. in quo propter figuras tantum habentur quinque: quia in ſexto nuſquam reperitur pedis diuerſitas: vt inferius videbitur. ideo quotieſcunq; Hexametrum habebit quinque Spondeos, aut quinque Dactilos, tunc duæ erunt figuræ: quia quinque Dactilos, aut quinque Spondeos recipit. Exemplo apertius demonſtrabitur. Ennianum eſt carmen. Olli reſpōdit Rex Albai

Siſtema.

Colon.

Comma.

Periodus.

Magnitudo.

Figura.

Carmē ex ſex figuris Virgilij. locus.

Albai longai: hoc eſt unius figuræ carmen: quia quinq; ſunt Spondei. Vergil. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Sic enim legiur, non omnipotentis, vt habent paſſim codices: quia ex quinque Dactylis eſt, vnam figuram continet. aut hexametrum ex quatuor Dactilis, & Spondeo, aut ex quatuor Spondeis, & Dactilo conſtabit: & tunc numerabuntur figuræ x. vt, Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. ecce hic quinque figuras. In hoc: Luctantes ventos, tempeſtatesq; ſonoras. ecce huic carmini ineſſe v. figuras propter quatuor Spondeos, & Dactylum. aut hexametrum eſt ex tribus Dactilis cum duobus Spondeis: aut ex tribus Spõdeis cum duobus Dactilis. vbi viginti numerantur figuræ: vt Arma virumq; cano, portentoſosq; cometas ecce quòd duo Spondei inter tres Dactylos decem faciũt figuras. Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant, quod carmen decem figuris conſtat, quia duo inter tres Spondeos ſunt Dactyli, ideo ſi omnes numerabis, triginta duas numero cognoſces. Ille autem verſus, qui vnius eſt figuræ, Monoſchemaſticos dicitur, qui quinque Pentaſchemaſticos, qui decem Decaſchemaſticos appellabitur, vt affatim edocet Diomedes. Preterea earum talis cognitio eſt (teſte Priſciano) opus eſſe hoc lector aduerte: vt quibus, & quot pedibus vnaquæque ſedes ſeruiat diſponamus, & numerum duplicemus, quẽ ſingulæ priores ſedes ad pedum numerum accipiunt. exemplo obſcuram rem angulatim dealbabimus. Heroicum carmen in prima ſede Dactylum, & Spondeum poteſt admittere. Similiter & in ſecunda. ideo bis duo quatuor faciunt, in tertia item ſedes duos accipere poteſt pedes: dupliciter in hoc numerus, bis quatuor octo reddunt. In quarta ſimiliter ſede duos capi: duplicemus-

Monoſchemaſticos. Pẽthaſchemaſticos.

mus numerum, bis octo, faciunt ſedecim in quinta etiã ſede duos poſtulat pedes: duplicetur numerus, bis ſedecim 32. reddunt, & ſcitu dignum eſt per Dactylos maiores, per Spondeos minores figuras (Diomede teste) appellemus. Quare in vi. ſede figuræ non numerentur inferius enotabimus. Depoſitionem eſſe cuiuſcunque metri deſinentiam Syllabographi omnes edocent Sunt igitur quatuor. Acatelectica, cum verſus vnuſquiſq; integer eſt, vt Nec fonte labra prolui caballino. Hipercatelectica eſt, cum vna, aut duę abundant ſyllabæ: vt Omne adeo genus in terris hominum quæ, ferrarumq; Catalectica, cum tantum vna defficit ſyllaba: vt Mea renidet in domo lacunar. Brachicatalectica eſt, cum vt ſit perfectum metrum, pes vnus deficit, apud Plautum ſunt. Hic non immerito quare iu heroico pes vltimus in biſyllabum deſinit, viſum eſt ponere, ne obſit ſequenti quin celeriter currat doctiſſimus ſcribit quidam. Menſura metrorum eſt cum debitum pedum, quod poeticæ regulas damus numerum. nam carminum aliud, monometrum, aliud dimetrum, quoddam trimetrum aliud tetrametrum, aliqua pentametra, alia hexametra, & non mireris apud Plautum ex octo pedibus inueniri carmina, quia metra Iambica Trochaicha, & Anapęſtica duplicibus pedibus, computantur aſcenduntq; vſq; ad terrametrum. vnde monometrum iambicum dicitur, quod duobus: trimetrum, quod ſex conſtat pedibus. Ordo in metro eſt cuiuſcunq; membri diſpoſitio infinita, vel infinitam carminis qualitatem. nã metrorum aliud monocolon, aliud dicolon diſtrophon aliud dicolon tetraſtrophon, aliud tricolon tetraſtrophon, vt apud Horat. ſunt. Appellatio in metro eſt, cum varie nomina ſumat. nam aliud ab accidentibus,

Figuræ maiores. Figuræ minores.

Depoſitio

Acatalectica.

Hypoper-catelectica

Catalectica.

Brachicatalectica.

Quare heroici pes vltimus biſyllabus.

Menſura.

Ordo.

Appellatio.

vt

vt elegiacum. aliud à locis vbi cani conſueuerit: vt at tellana ab inuentoribus: vt ſaphicum à Dijs, quibus di catum ſit: vt Pythium à menſura: vt monometrum, à pedum ſtructura: vt anapeſticum, à ſyllabarum nume ro: vt endecaſyllabum. à poetis frequenter vtentibus: vt ſimonidium. Simphoneſis eſt, cum duę ſyllabæ ſcan dendo in vnum coeunt: cuius quinque partes diſſererem niſi ſparſim in ſecunda Epographia docuiſſem, & latius in libro de metris. Modus in metro eſt, cum pedum in carmine diſpoſitio eius naturam oſtendit: cuius ſex partes ſunt ſcilicet cataſtica, ſchematicha, aſynarche, ſyn chemenos, Zeugmenos, & parragoge de quibus in libro de metris. Adgeratim diſſerui. Harmonia eſt, quia metra muſicæ partem continent: ſed harmoniam ad poetas pertinentem, in duas diuidi ſcimus partes: ſcilicet in inſtrumentalem, & vocalem. Inſtrumentalis eſt. quæ verſatur in cythara, lyra, barbyto, & cæ teris id genus. Vocalis in voce conſiſtit: cuius quinque ſpecies, & omnia præcedentia abundanter in opere me trico diximus. Sed iam Scanſionem aggrediamur.

Symphoneſis. Modus. Harmonia Inſtrumentalis harmonia. Vocalis harmonia

De Scanſione. Cap. 25.

Scanſio quid.

SCanſionem metro inſeri nulli dubium cēſemus quā ſic definio: Scanſio eſt metri propria in pedes ſingulos dimenſio diſiunctioque: qua, veluti per gradus ſcalas aſcendimus, ita per pedes omne metimur car men. Quæ ſcanſioni accidant vberius pinguiusq; paulopoſt narrabimus: quia prius de literis aliqua traden da officio duxi. & primo de earum prolatione verſibus ædita: quos quoad potui, facilimos, vt legeres lector hic appoſui, Hos admodum adoleſcens olim luſi. In libello tamen noſtro monoſyllaborum etiam inuenies vt in fine ſint elementa carminum.

De

De Prolatione literarum. Cap. 26.

A *Sub directo memorabilis oris hiatu eſt.*
B *Simul incluſis profertur vtrinque labellis.*
C *Linguam ad pullos compellit aduſque molares.*
D *Cogit ſuperos linguam contingere dentes.*
E *Paulum preſſa profertur gutture lingua.*
F *Labrum inferius ſuperis cum dentibus vrget.*
G *Damus extremum cum tangit lingua palatum.*
H *Oritur tractis cum uentus faucibus halat.*
I *Linguam impellit collidi dentibus imis.*
K *Fauces formant media cum parte palati.*
L *Facit extremum contingens lingua palatum.*
M *Cum fit preſſum premitur per utrunque labellum.*
N *Lingua appulſa collidit litera dentes.*
O *Venit exoritur cum ſpiritus ore rotundo.*
P *Datur eruptis ter litera quinta labellis,*
Q *Fit in appulſu, cum ſtringimus ora palati.*
R *Facit, ut ſupero criſpetur lingua repulſu.*
S *Cum fit peragit colliſo ſibila dente*
T *Linguam impulſu contactis dentibus exit.*
V *Facit os ſtrictum, ſic promula labra fatigat.*
X *Reddit quicquid c, atq; ſ, formare videmus.*
Y *Apprehenſis labris procedere iuſtum eſt.*
Z *Sepulchrales imitatur concita dentes.*

Literarum numerus. Cap. 27.

Literarum numerus.

LIteræ, quibus vtimur, latinę (ſi Diomedi credimus) ſunt tres & xx. ſi Plinium Papyrianumq; ſequemur. 18. Demptis y, & iii, Græcis K, & q, (y. iiſ. græcæ. K. &. q. ſuperuacaneæ.) *ſuperuacaneis. licet alij referant ad ſcitas eſſe, quia apud Græcos ſequēte vocali ponitur k, & apud nos. Q. vt κοιρανόσ Quirinus. κιντιανὸσ Quintianus. κιντὶλιανὸσ*

K. apud græcos. q. apud nos. λιανὸσ. *Quintil. H. non eſt litera. Alij Donato adhę rentes tantum modo putant eſſe xvij. literas: ſi quidem ex tribus & xx. vna aſpirationis nota eſt h, vna duplex. x. duę ſuperuacaneæ. K. & q. licet in ſecunda arte Donatus q, non ſuperuacaneam dicat quod in prima arte dicit, duæ græcę y, & iii, Priſcia inſuper antiquiſſimorum exemplo ait eſſe xvi. ſed additas à Claudio, & Auguſto duas. ſcilicet f, x, Diomedes tamen vſu communi locutus eſt, Et ſciendum eſt literam ſolam nō habere (Sergio teſte) a quo ſoluatur: & ideo litera à*

Atomos litera. *Philoſophis Atomcs dicitur. & intende Nicoſtratam* Nicoſtrata. *Carmentis Euandri matrem inueniſſe. xvi. mox a Græco admiſſas eſſe aliquas vt K, x, y, Z. Sunt præterea* Elemētum in litera. *aliæ Græcorum duplices: vt ph, ch, th, ſcilicet: φ. χ. θ.* Altitudo. Latitudo. Longitudo. *Scias denique elementum in litera tripartite diuidi: ſcilicet altitudine, latitudine, longitudine. Habet quidem litera altitudinem in pronunciatione: latitudinem in ſpiritu: longitudinem in tempore: hoc eſt: aut alte, aut late, aut longe audiri, dicit Priſcia. vel alius, qui fuerit auctor operis accentuum.*

De earum poteſtate. Cap. 28.

Literarum numerum & vocalibus, & conſonantibus impleri grammatici edocent. Vocales autem quinque ſunt a, e, i, o, u, tamen in vſu quoq; ob Grecarum dictionum ortographiam. y. admittitur vt Lycophron ω, addit Beda. ideo ſeptem ſunt. & antequam vlterius progrediamur, verba Nigidij, quæ Nigidij. verba inarrata. *inenarrata Aulus reliquit Gellius libro xix. cap. vlti. declaranda cenſemus. Nec aberunt maleuoli qui mihi detrahant: quòd quę A. Gellius reliquerit, patefacere enitar, ac audeam. Ille nanquam tanquam ignarus non omiſit, ſed (vt ipſius verbis vtar) ad exercendā legentium*

tium intentionem abiecit, ideo Nigidij verba recitentur A, & O, ſemper principes ſunt I, & V, ſemper, ſubditæ E, & ſubdit, & præit, in Eurippo præit, & ſubdit in Aemilio. Si quis putet V, præire in his verbis, Valeri, Venoni, voluſi, aut.i.in his, iampridem iecur, iocus, iucundus, errabit: quòd eæ literæ, cum præeũt nec vocales quidem ſunt, profectò Nigidij uerba reliquit obſcura Gel. ſed ego (iam agitur quinquennium) primus, tanquam ex Heſperio pomario ſenſum erui, hic appono: Nigidius in Commentarijs ſuis, quos Grammaticos inſcripſit, cum de natura literarum, quas vocales dicunt grammatici, diſſereret, ea (quæ diximus) ſcripſit A, & O, ſemper principes ſunt. ſ. vocalium in diphthongis: vt Ae æ, I, u, ſemper ſubdunt: vt æ i, heu, e, prȩit in heurippo, ſubdit in Aemilio propter diphtongum. nam vides in eu, & in æ, proponi, & poſtponi alioqui, niſi in diphtongis intelligas, Nigidij uerba percipies nunquam. nam in Venus, & Iuno i, & u, præcedunt. ſed (vt inquit ille) conſonantes fiunt. Ideo in diphtongis ſcilicet in vna ſola ſyllaba, vel (poſito pignore) probauerim id fieri: exempla accipe: Aeneas, Oedipus, Dædalus, cæpit: ecce hic præire a, & o, hei, euge, Theſeu: ecce hic ſubdi i, & u, Eurippus, Aemilius ecce hic præit, & ſubdit e. Hic & Donati regulam reponẽdam concinne dijudico, dicentis: Nullam literam uocalem geminatam poſſe ſyllabam, facere. Ergo dicendum eſt antiquorum more: Dauos, ſeruos, ceruos: pro Dauus, ſeruus, ceruus. ſed hoc fieri propter accuſatiui pluralis diſcretionem idem Aelius ſcribit: quem in hac regula arguendum cenſeo. nam in dij, dijs, ijs eſt ſyllaba. licet duplex ſit vocalis. niſi velit dicere ex duabus apud poetas vnam tantum fieri ſyllabam. Conſonantes autẽ, præ

A, & o, principes. I, & u, ſubditæ. E, ſubdit, & præit.

Ex Gellio verba enarrata.

Donati regula.

Donatus arguitur.

Conſonantes.

ter as quinque, omnes alias appellamus, quæ & in mutas, & liquidas, & ſemiuocales diuiduntur. de quibus legito Sergij Commentarium in donati artem primam. Omnis communiter conſonans cum vocali facit ſyllabam preter q, nam antiqui Q, ſtos, cuſtos ſcribebant. reperitur etiam ſyllaba abſque vocali, vt St. apud Comicos de qua in ſecunda Epographia latius dicemus. Et quia vocalis quæque ſequentibus conſonantibus quanta ſit ſcitu difficillimum eſt: vt ita dicam: paret a paro paras a, ante r, breuiatur: a pareo pares longatur, dignum duxi ſi ſuper ſingulis aliqua nec inſipida enarrauero.

Q, ſtos. St. ſyllaba ſine vocali.

De A, Cap. 29.

A Monoſyllaba dictio vbique productionẽ recipit Virg. Titire paſcentes à flumine reijce capellas. ſequentibus conſonantibus anceps: vt labor nomen breuiatur: tabes long. ſequente vocali, corripitur Ouid. Meta. xiij. Portibus inſidis exterruit ales Aelo. quam dictionem per diphtongum Papias falſo ſcribit, niſi in aliquibus nominibus Græcis, quæ in ſecunda. ij. Epograph. inuenies: Communis aliquando eſt muta ſequentibus & liquida. Hilaſius; Docui quis cultus in agris. Vouianus: A ſyluis ad agros, ab agris a, p, u, apud Græcos media eſt: & apud nos in Trodes invi. aſpice Epograph. vbi de ambiguis fit mentio, quo ſit bitemporea apud Grecos vel illo Homeri quinto Illia, patet. ἄρεσ ἄρεσ βρότο λοίγεμιαιφονει τειχέσιπλητα. et Martialis inſinuat. ix. Et quos ares ares decet ſonare. Quod, cum memini, offertur Seruianum illud, qui ſcilicet in nominibus proprijs ſyllabæ poſſint poni ſcribentis arbitrio: cui poetæ claſſici reclamando non aſtipulantur.

Papiæ nõ hæreo.

Ares ares Seruij regula falſa.

Ouidin

Ouidius autem poetarum ingenioſiſſimus vlt. de Ponto ad Tuticanum ſcribens, ait.

Quo minus in noſtris ponaris amice libellis,
Nominis efficitur conditione tui.
Lex pedis officio, fortunaq; nominis obſtat,
Quaque meos adeas eſt via nulla modos.
Et pudeat ſi te qua ſyllaba parte moretur
Arctius appellem, Tuticanumque vocem.
Et potes in verſu Tuticani more venire,
Fiat vt è longa ſyllaba prima breuis.
Aut vt ducatur quæ nunc correptius exit:
Et ſit porrecta longa ſecunda mora.
Non ego, ſi vitijs auſim corrumpere nomen
Ridear, & merito pectus habere neger?

Et alia in Epiſtola ad eundem ait.

Hęc tibi mittuntur, quem ſum modo carmine queſtus
Non aptum numeris nomen habere meis.

Quod ſi vera eſſet Marij (Marium enim non maurum appello Seruium) opinio, Tuticanum ad placitum ponere non timuiſſet ingeniorum ingenium Naſo; legatur inſuper Epigrammatarius. lib.ix. de Earino. Sed tu ſyllaba contumax repugnas. Dicunt Eari non tamen poetæ. Sed Græci, quibus eſt nihil negatum. Et quos ares ares decet ſonare. vnde ſi verus eſſet Seruius, ea Martialis dixiſſet nunquam. Inſuper Terentianus inquit: Nec tanta in metris venia conceditur vti. Icc irco opinionem Bedę pęnitus non admitto, dicentis: auctoritatē, & neceſſitatem aliquando metrum violare. Quod ſi verum eſſet, Ouidius, & Martialis minime exhorruiſſent. Nō eo tamen inficias aliquādo in medijs fieri ſyllabis, quan do quatuor eſſent breues ſyllabæ, & vna longaretur.

Seruius Marius non Maurus. Ingeniorū ingenium Naſo. Ouidius.

D 2 tamen

tamen & hoc raro vt facias admonuerim: quia ſi penitus eſſet Bedæ vera opinio, Horatius ſer. pri. non timuiſſet dicere equitutium. vnde ait. Menſuri oppidulo quod verſu dicere non eſt, ſic & Lucilius Saty. vij. Seruorum eſt feſtus dies hic. Quē planè hexametro verſu non dicere poſſis. Super his vberius legito Epograph. 6. cap. 3.

Bedæ non hæreo.

De E. Cap. 30.

E Monoſyllaba ſimiliter longatione gaudet. Virgi. Vix è conſpectu. ſic in compoſitione: vt enumero. ex quo Prudentium miror erraſſe dicentē. Robur eneruatum g, ſ, l, p, ſequente vocali breuiatur, niſi in aliquibus Græcis, quæ videbimus. ſequentibus conſonantibus anceps ponitur: vt repo longatur repēte breuiatur. In Græcis quando vertimus n, in e, longatur. vt Θήβη Theb. muta cum liquida ſequente ambigua eſt: vt pharetra. aliquando in ſeorſus ſeorſum abijcitur e, Lucre. na. v. Et ſeorſum mare vt ſecreto humore pateret: Idem: Seorſus item pueri ſ, q, æ, i. In deorſum aliquando longatur. Lucre. ij. Pondera quantum, ineſt deorſum cuncta ferantur. Idem in eodem: Atq; atra queq; deorſum ecce hic breuiari quando in hac dictione coit. Idem pri. Quoniam premere omnia deorſum. In verbo ante eo abijcitur. Lucre. iiij. Montibus anteire & Solem, &c. aliquando non. Auſonius: Gangeticus anteit ales. In præpoſitione. De quo pacto e, īueniatur inferius dicemus. In dehinc, deinde, deinceps e in ſcā ſione aliquando nō ſonat: vt apud poetas inuenies. Hoc etiam dignum eſt in quieſco verbo e, correpte proferri: quod innuit Gellius li. vi. cap. xv. Noctium atticarum.

Prudentij error. Seorſum. Deorſum. Ante eo. Dehinc. Deinde. Deinceps. Quieſco e breui profertur.

De I. Cap. 31.

I Monoſyllabæ longatio inhæret. Iuuena. I nunc & ventis a, c, d, ſequente muta cum liquida ambigua eſt

eſt: vt libri. alias anceps: vt bibo, ibo. ſequente vocali breuiatur: vt Iola, exceptis quibuſdã Græcis, quæ inferius dicemus. ſimiliter in uerbo fio longatur. de quo in ſecunda Epogr. diſſeremus. *I, poſitam inter duas uocales eſſe duplicem, conſonantem teſtantur omnes: ut aio, unde errauit Sedulius primo: Hoc Matthæus aiens, hominem generaliter implet. quanquàm alij Sedulio adhærentes, perperam credunt theus eſſe diphthongum & ut Troia, maior licet ſit breuis, primam illam poſitione longam reddi. Iccirco antiquiſſimi uſque ad Ciceronis tempora Maija, Pompeijus ſcribebant, & aduertendum: quòd ſi opus ut fiat poſitio, neceſſe eſt, ut ille duæ uocales inter quas erit i, uim ſuam ſeruent aliter i, non eſſet duplex: ut in uiola, uiolentia. nam in ijs u, non ſeruat uim: pro ſimplici tamen reperitur inter uocales uim ſeruantes: ſex duntaxat in compoſitis: ut bijugæ, quadrijugæ, quod teſtatur Gellius lib. xix. capite. vij. & teſte Priſciano aliquando duo. ij. in j, longum ſoluuntur: ut bigæ, quadrigæ. Quod aliquando i, in compoſitione pro ſimplici habeatur, exemplis approbo. Mart. i. Geſtatus bijugis regulus e, e, Auſon. Vel ciſio trijugi, ſi placet, inſilias. Hic diſcendum eſt in Troia, ſi ſubſtantiuum eſt, ſub regula militare. Ouid. Troia iacet. ſi uero adiectiuum i, uocalis habetur. Vergil. primo: Et Troia gaza per undas. ubi diu ante me incognitum fuit quid dicat Seruius. Seruij uerba ut lector non hæſites oculis obijcienda cenſuimus: ait ille: Cũ prouinciam dicimus, & principale eſt nomen, & breuis eſt tro. quando autẽ non eſt principale, & deriuatiuũ eſt, & longa eſt tro. ut Troius Aeneas. Proculdubio hæc Phœbadum interpretationibus egentia multi exiſtimant. Sed uix amuſos Quintianus reſerabit. ibi Seruium*

I, inter duas vocales.

Sedulius errauit.

Aliquorũ error.

Maiia Põpeius.

Quo modo i, poſitionem faciat.

I, duplex ĩ vnum ij.

Troia in ſyllaba.

Seruij verba enarrata.

I, apud grecos vocalis.

unum interpolatum & eruditi præceptores mei quondã cogitarunt, non aduertentes Seruium de natura ibi diſ-
Scitu dignum. *ſerere. Eſt ſcitu dignum Iota apud Græcos eſſe uocalem ſemper: quod ſi Seruio credimus, Virgi fecit in Troia, cum ait: Arma, uirumque cano, Troię. ubi in iij. ſede Dactylus eſt. ſic Seneca in Troia: miſit in feſtos, Troiæ ruinis. eſt enim carmen Saphicum, trocheo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochei conſtans Pręterea Diomedes etiam in Troia, tro. breuiari edocet, ſimiliter in Achaia.i.uocalis reperitur. Ouid. A,q,d, quàm pauper Achaia noſtra eſt, ideo naturaliter locutũ eſſe Marium aduertito. Inſurgent alij dicentes apud Latinos ſemper longari: taceant obſecro, cum apud nos ſæpius duplex fiat: ut patet in aio aiebas. ubi i, duplex conſonans eſt. Hora. Aiebas mecum. in ait omnino uocalis*
Genitius i duo ii. *eſt, quia non ſequitur uocalis altera. I, in genitiuis in duo ij, terminatis ſcandendo abijcitur. Virgi. E,d,æ, Capitolij immobile ſaxum. & aliquando ſonant duplices, modo carmen patiatur. Ennius: Aſpicite o iuuenes ſenis Ennij imaginis umbram. I, etiam in compoſitis*
I, in compoſitis: *ob ſcanſionem aliquando abijcitur: ut in ſemiuncia, ſemiambuſtus, ſemihominis, ſemianimis. Per ſ, Breuis ut ſemiuncia, recti. Columella. xi. Quamuis ſemihominis ueſano g,f, Silius.ij. Semiambuſta iacet enim d,p. Luca.*
I, modo ſimplex modo duplex *iiij. Semianimes traxere feras. I, modo eſſe ſimplicem modo duplicem ſcribunt. Nigidius, & Curius. nos*
Curius. *quoque in ij. Epogra. ubi de propoſitione exuberanter*
I, duplex in vnum. *dicemus. I, quamque duplex in unum coit: ut dij dijs*
Ouidius emaculatus. *ijſdem. Horati. Dij bene fecerunt. Oui. Meta. xiij. N, u, a, quamquam ijſdem fauerit armis. In aliquibus codicibus eſt mendum: ubi non fauerit, ſed faueat perpe-*
Ei pronomen *ram legitur. Ei pronomen biſyllabũ eſt hei, interiectio*

mo-

monoſyllaba. Aliqui tamen referunt, Ei pronomen aliquando eſſe monoſyllabum, vt apud Lucretium. vi. Scilicet & fluuius, qui vſu maximus ei eſt. licet alij aliter legant. Cui datiuus vnam facit ſyllabã. Virg. Aenei. primo. Cui pater intactam dederat p, q, i, & aliqui hoc merito affirmant fieri: eo quòd Priſcianus, lib. xiij. in ius reddentia: dicat genitiuum nomina datiuum genitiuo vna ſyllaba minorem facere: vt illius illi, nullius nulli, ſic cuius cui. ſed dicat grammaticorum auriga, an ſimilis in nullius, & cuius ſit genitiuus, rei literariæ vel expers diceret nunquam, ſuopte ſcribat. ego fidem meam non obſtrinxerim, cum idem Cæſarienſis apud Albinum dicat, cui biſyllabum reperiri. Albini carmina ne me finxiſſe aliquis credat, vitupero, ac carptor ſubiungam. Hæc ſunt Romanarum Hiſtoriarum primo: ille cui terras Capitolia celſa triumphis Sponte deum patuere, cui freta nulla repoſitis. ex hoc Prudentium erraſſe contendunt: uicentem: Tarraco intexit cui fructuoſus. vbi cui biſyllabum eſt, & i, breuiatur. ſuper quo nec tacuit Ianus parrhaſius noſtri temporis latinitas. Quid obloquuntur iſti cœnipetæ triuiales? an uelint à Prudentio, alia exempla ſubdam? Martialis primo: Sed norunt cui ſeruiunt leones. eſt. n. carmen Phalecum: vbi poſt ſpondeum dactylus eſt. Idem viij. Druſorum cui contigere barbæ. Martia. capella primo de nup. Et compar ſtudio, ſed cui terreus eſt enim Aſclepiademum. vbi, ſed cui dactylus eſt. Præterea apud Terentianum maioris in hoc Martia. (vt credo) fidei tale carmen eſt: verum vt cuique eſt proximitas loci ſoerori. eſt carmen Sotadicũ ex duobus à maiore Ionicis, & tribus Trocheis. Similiter (teſte Beda) ait Paulinus. Conſcia ſeruitij quod geſſeris

El pronomen Hei interiectio

Cui monoſyllabum. Priſciani regula.

Grammaticorũ auriga.

Priſcianũ non admiſſo.

Cui biſyl. Prudentius defenditur Cui vltima breui.

Spondaizare. & cui tandem.ſe poſſet verſus ſpondaizare: ſicut etiam illud Iuuenalis? Cantabat patrijs in montibus, & cui non tunc. mox ait Probus: Cui conſtare, ex duabus breuibus: ergo & Prudentius ſine errore militat. hæc omnia Ianus Parrhaſius alioqui literarum parens digerere debuiſſet. Dicant aliqui in cui monoſyllaba dictione an u, an i, ſit vocalis. quid ſentiam accipe. Crediderim u, eſſe vocalem. Catul. Cui Ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi. in quo carmine ſi i, in cui eſſet vocalis nullo pacto ſcandi poſſet carmen. alij, neoterici tamet, faciunt vt u, & i, ambę elidantur ſequente vocali: vt in hoc. Cui imperium infelix eſt erit ille ſibi. eſt autem carmen à Iulio Capitolino allegatum in vita Opilij Macrini. Huic quoque frequentius monoſyllaba eſt dictio. Ouid. Metamorpho. xiij. Huic date & o, ſ, f, m, Stat. Syl. primo diſyllabam fecit: Lætus huic dono videas d, t, n, ſupereſt igitur: vt Priſciani quam diximus in cuius, & in huius non admittas regulam. Beda vt admirer ciet dicens: Huic biſyllabum reperiri ambabus breuibus apud Paulinum: Cum ſubito aut illis corda hoſtibus, aut huic ora. quod cum poſſet ſpondaizare neutiquā edocuero. In Pompei, Vultei Cai aliquando, i, abſq; ſyneresi facit ſyllabam, aliquando non. I, ſimiliter in Maiades, & Pleiades facit modo triſyllabas, modo quadriſyllabas dictiones, contra Tortellium, dicentem: In Naiades a, in penultima modo elongari, & modo corripi. Virgil. Optima Naiadum. Ouid. Metamorpho. iij. Naiades ideis e, ſ, a, eu, quantum fallitur Arretinus nam vbique ante d, breuiatur. in illo enim Vigilij: Optima Naiadum, Naia, eſt dactylus. & vt firmiori ad probem exemplo, Horatij carmen affero: Mirari Iubeto Naiadum potens, quod

Marginalia: Cui ex duabus breuibus. — Ianus. Parrhaſi' defecit. — Cui monoſyl. quam vocalem habeat. — Huic monoſyl. eſt dictio. — Huic pronomen. — Huic biſyllabum. Beda fruſtratorius. — Tortelli error. — Naiades ī ſyllaba. — Pleiades ī ſyllaba. — Quintianus ī Tortel. annotationes cōpoſuit.

quod carmen recipit ſpondeum Dactylum cum vna ſyllaba, mox duos dactylos. Similiter in Pleiades. Ouidius Pleiades incipiunt h, r, p. Idem: Iungitur (vt fama eſt) Pleiadesq; pari. vbi ſi Pleiades non eſſet quadriſyllabum nomen, pentametrum ſcandi poſſet nunquam. ſic apud Senecam in Med. Et deo ſi latitant Pleiadum, greges. vbi ſi Pleiadum quadriſyllaba non eſſet dictio Aſclepiadeum non ſtaret carmen. Aliqui tamen dicũt poſſe in tertio eſſe ſpondeum pede, quia cũ dactylo temporibus conuenit. referant quicquid velint, me non habebunt municipalem, quia meræ ſunt nugæ. ex quo crediderim, quando Naiades, & Pleiades ſunt triſyllabę dictiones i, eſſe duplex noſtrum: quando ſunt quadriſyllabæ, eſſe Græcorũ iota. de quo ſuperius diximus: contra tamen Tortellium iam adnotationes compoſuimus. ſimiliter in Rhodopeius, Phœbeius, & ſimilibus i, vocalis eſt. I, demum in dictionis principio ſequente alia vocali conſonans eſt: vt Iuno, Iupiter. exceptis quibuſdam nominibus proprijs: vt Iulus, Ieſus Ioannes, Iapetus, Iaſon, Iacobus. dicam quid ſentiã, non quod contendam, crediderim in nominibus proprijs primitiuis vocalem eſſe, in dereuatiuis conſonantem: ut in Iupiter, à iuuando: vel vt recens occurrit opinio. nã ſi apud Græcos erit iota, apud Latinos i, vocalis erit. in dictionibus vero mere latinis ſequente vocali, erit conſonãs. Claudia. nec laceres verſus dux Iacobe meos Ouid. Pagaſeus Iaſon. cuius dictionis, cũ memini, Tortelli ſuccurrit error: cuius infantiſſima hæc verba ſunt ſanè in hac dictione Iaſon ponitur i, litera à poetis modo vocalis, modo conſonans græco more. vt Ouid. in duobus verſibus vtrunq; obſeruauit, cum ait Met. vij. Vt ſine amore licet, quid enim commiſit Iaſon. Quem niſi

L. quando cõſonans.

Tortellij error.

niſi crudelem nō tangit Iaſonis ætas. nam in primo uerſu eſt vocalis, in ſecundo conſonans. ille hactenus. Quo præceptore vſus es Tortelli. in ſecundo enim quam in primo i, vocalis proculdubio eſt. Similiter in dictione iaſpis, eadem myops es erroris nebula. ais autem in iaſpide i, literam aliquando vocalem eſſe Iuuenalis. Prȩclara illic laudatur iaſpis. aliquando conſonantem. Vergilius iiij. Stellatus iaſpide fulua. immo vocalis vbique eſt. forte es ſecutus Romulum illum, qui Aeſopi Apollogos verſo ſtilo in latinum vertit. qui & ipſe errori obnoxius eſt, cum in iaſpide i, fecerit conſonantem: niſi velimus excuſare breuiaſſe tu i, vocali ſequente. Inuenies inſuper alia nomina propria, in quibus i, vocalis erit: quorum lectio auctorum plurima te faciet compotem. Vnum reſtat, adnotem Ceciliū quemdam (referente Papyriano) nanum quendam, ſeu pumilionem iota nominaſſe: quod ex Platonica ratione acceptum eſt. Nam Plato in Cratyllo ait: Iota ad tenuia quæque per omnia maxime penetrantia eſſe. Iccirco iene: ideſt ire progrediq́; per i, literam initiatur. mox rimandum eſt i, vocalem aliquando eſſe conſonantis loco: vt in Iazyges. ſuper quo videto in iij. Epograph. vbi de e, ante t, fit regula.

Tortellij alius error

Romulus quidam. Romuli error.

Iota pumilio.

Iene: ideſt ire.

I, vocalis quando loco conſonantis.

De O. Cap. 32.

O *Monoſyllaba dictio longatur. Ouidius: O vtinam tunc c, l, c, p, aliquando ſequente vocali corripitur. Virg. Te Corydon o, Alexin, m, c, c, ſequente conſonante anceps: vt Doryclus, Doris. ſequente muta, & liquida ambigua. vt probum In cooperio duo oo, in vnum coniungi, non deſunt qui autumēt vt apud Lucretium. v. Per terras, amnes, ac oppida cooperuiſſent. ego magis dicerem feciſſe Procceleumaticum.*

Aliquorū opinio flaua.

ticum. nam omnino o, breuiatur. Idem.v. Quæ poſſint forte cooperta. Iuuencus iiij. Nec quondam cooperta canens n, u, p, Aliquando o, colliſionem patitur, in pro inde Virg. lib.xi. Proinde tona eloquio ſ, t, m, t, Lu-cret. ij. Proinde calore caue c, ſ, r, tamen aliqui dicũt pro, excluſionem pati. Et hic ſcito Latinos o, in au, ver tere: vnde pro Coro, & cote, Caurum, & cautem dici mus. Icircocum Florus grammaticus hoc diſſereret, mox Flaurus appellatus eſt. ſic au, pro o, vt auſtrum o-ſtrum. & aliquando o, a, diphtongo au, breuiatur: vt in orichalco, quaſi aurichalco. Quidã antiquorum annula rem orbicularẽ dixere: quod rotũdum ſit velut annulus ab hac litera Ouare dictum putant à voce militum. Proinde in ſcanſione. O, in au, vertitur. Florus mox Flaurus. Au, pro, o. O, annularis. Ouare vnde.

De V. Cap. 33.

V *Monoſyllabum reperitur nuſquam. & ſi conſonantibus iungis anceps eſt: vt iugum, iuger ſe quente muta, & liquida, ambigue ponitur. In principio autem poſita alia ſequente vocali, conſonans efficitur: vt vnum, Venus. ſi inter duas vocales poni tur item: vt viuo, viuidus. item cum in fine eſt poſt l, & r, ſequente alia vocali aliquando, conſonans eſt: vt vol uo, ſoluo, ſylua, larua, aruum. quę tamen aliquando propter metrum fit vocalis. Catul. Quòd zonam ſol-uit diu ligatam. Idem: Condita quin vere pectoris euol uam. Ouid. Nunc quoque te ſaluo perſoluenda mihi. Idem in Priappeis. Quod opus omnino Ouidij eſſe in Dubitationibus affirmabimus: Pallorem, maciemque larualem: vbi laru, trocheus eſt aliquando u, vocalis fit conſonans. Lucil. Quod tu id maluiſti. Sil. vi. Cætera ſinuatis glomerat per pectora gyris. Idem vij. Ducit ſinuato captiuum a, l, l, Idem. x. Sinuatur, coxæq; ſe-det m, u, quod verum eſt. & m, u, eſſet conſonans in-* V, monoſyl. non reperitur. V, quando cõſonans. Ouidij opus Priapearum. Laruales quadriſyllabum.

ſinua-

ſinuatus, carmen claudicaret. ſic & apud Lucretium. Lanigerę pecudes, & equorum duellica proles, & ſi bellica poſſet legi. V, poſt s, alia vocali ſequente modo eſt vocalis, modo conſonans: vel (vt alij dicunt) ſuam vim perdit. Stat. Theb. primo: Quas nox inopina ſuaſit. Horatius Ser. pri. fureſq;, feræq; ſuetæ. Ouid. ad Liuiam. Ille genus Sueuos acre, indomitoſq; Sicambros Ennius Anal. vij. Ductis fidelis, ſuauis homo facundus ſuoq; V, ſimiliter poſt g, & q, ſequente alia vocali vim amittit: vt in lingua, loquor. ſic poſt u, vt vua, vuidus. Hic Donatum argui operæ erit pretium, dicentem. V, inter q, & vocalem literæ vim amittere. quia tam leuiter effertur: vt vix ſentiri queat. nam ea ratio non eſt: ſed (teſtibus Sergio, & Pompeio) eſt: quia ante ſe habet alteram conſonantem. Ideo non eſt conſonans, non eſt vocalis, quia ſequitur alia. Hos duos non tam intellexit Beda, quàm intelligere minime curauit. ait Beda: Cum dicimus, Actum, nonne eodem modo dicemus t, non eſſe conſonantem. quia præcedit altera conſonans s. Hic Beda allucinatur, non intelligens quid ſibi velint Sergius, & Pompeius Donati interpretes, ego ſic enarro: Cum dicant u, non eſſe conſonantem, quia præcedat alia conſonans, eſt propter poſitionem: nam in aqua, ſi u, eſſet conſonans, à longaretur poſitione. Quod aliquando u, poſt q, non videatur vim habere vllam, non inficias eo, vt dicemus, vbi de q, litera diſſeremus, Prętere a Donatus ait: Digamon aliquando u, literæ adſcribi, cum ſibi ipſi proponitur: vt vulgus. quod non admittitur: nam digamus ita ſe habet. Vt dempta nihil nomini adimat: vt Velena, Helena. & ſi ita eſſet (vt ait Aelius) poſſemus ducere vlgus: quod non dicitur, (teſte Sergio.) Inſuadeo

V, poſt. s, Suetus in ſyllaba.

V, poſt g, q, & u.

Donatus arguitur.

Beda incurioſus.

Sergius, Pompeius Donati interpretes.

Donatus arguitur. Digamus.

Vlgus nō dicitur.

Suadeo in ſyllaba.

deo u, uim amittit. Palladius. xiij. Perſuadet moris tetrum mutare colorem, & omnino (teſte Sergio) ſua det biſyllabum eſt. ſi uero triſyllabum reperitur, ſolutionem idem eſſe dicitur.

De η, græca vocali. Cap. 34.

H *Vocalis longa ſemper apud græcos, quę noſtro idiomati e, ſonat, & longatur, vt Θήβη Thebę. vnde Sidonius Appollinaris reprehenditur: quod breuiauerit diaſtema in penultima, cum ſcribatur apud Gręcos per η. tamen quia ſæpius in hanc incidemus literam, plurima à nobis non fiet mentio. Aduertas nihilominus velim η, in nominatiuo longam aliquando in e breuem in obliquis verti: vt ἀήρ ἀέρος aer aeris. αἰθήρ αἰθέρος æther ætheris. ſic fit aliquando in ω: vt πυρακμών πυράκμονος Pyracmon Pyracmonis.* Sidonius reprehenditur.

De. ω, ideſt o, longo apud grecos. Cap. 35.

Ω *Apud Grecos protenditur. vnde non mirum ſi. o, monoſyllaba apud nos longatur. Homer. μῆνα εἰδὼς διὰ πληιάδα ἀχιλλῆος dixi tamen aliquādo ſequēte vocali breuiari: Virg. Te Corydon, o, Alexi, nihil, m, c, c. Et cognitu dignum eſt quandoque apud poetas. ω, quæ omnino in primitiuo longatur, in patronimico breuiari. Ouid. Meta. vij. E quibus Eionides Cephalus: ecce o, breuiari in primitiuo longam. Idem in eodem, Proles eionia ſyluis. & ſic apud Ouidium legi teſtatur noſter Parrhaſius, referens Græco hoc fieri exemplo. In hac dictione, Ioannes, video multorum ſententiam. inter quos eſt Bapti. Pius antiquitatis vas, argutiarum area, qui probe & fideliter de hac dict. one ediſſertauit: Reperitur aliquando triſyllaba dictio correpta ſyllaba o, vt vſus eſt Politianus. Aliquando quadraſyllaba vt apud Metrodorū αὐτὸν* Ioannes in ſyllaba.

ἰωαν-

ἰωαννὴν ὀψιζὸν ἐπεδέξατο δίσ μϕσ. ſic Iuuencus: Vnus Ioãnis quęrebat alio modo vſus eſt Sidonius apol. Nũc te iubet ire Ioannes, quẽ Hermolaus corrigit ſuper hoc in caſt. Plinianis. Triſyllabum fecit Prudentius in Apoth. producta ſyllaba io. Ioannis magni celebris. dicã tamen quod ſentio. ſemper quadriſyllabum, & o, producta poni admonuerim. Sed nunc ad alias literas tranſeamus, quas Conſonantes dicunt.

Sidonius ab Hermolao corrigitur.

De conſonantibus. Cap. 36.

Conſonantes in 9. mutas, & ſeminocales. 6. diuidi triuiales etiã edocent. De quarum poteſtate Priſcianum, Tortellium, M. Capellam, Curium, Vallam legito. nos omiſſis aliquibus opportunas noſtro operi percurremus: ſed antequam vltra procedam, operę pretiũ eſt, vt quãlibet conſonantem eſſe ἡμίχρονον, ideſt, medium habere tempus edoceam, quod latius alias diſſeremus.

Mutæ nouem. Semiuocales ſex. Hemichronos quælibet conſonans.

De F. Cap. 37.

F Haberi pro muta ſequente liquida Diomedes innuit, & quòd communem reddat ſyllabam: vt apud Vi. crinemq;. flagrantem. cui aduerſans reclamo, cumq; per ſe breuietur. & ſi verum eſſet. quod Diome. ait. M. cum ante enim liquidam ponitur in integra dictione muta dici poſſet. quoniam mutæ officio fungitur nam (vt ait Macro.) grecorum more Virgil. Poſuit li. 9. Nec Licio genitore minor, nec fratre Mneſteo ſed dę hoc nomine in ſexta videto Epogra, cap. 1. & dixi in integra dictione, quia ſi eſſet compoſitum nomen à dictione ab m, n, incipiente, vocalis ſuperior poſſet breuiari, non propter m, n, ſed iure præcedentis dictionis: vt caconeſtor ideſt malus procus. nam caco per ſe in compoſitione o, breuiat. vberius legito in ſexta Epogra.

Diomedi reclamo.

Epogra. vbi de Polymnia ſit mentio, atq; inibi Lexici auctoris fœdum, leges errorem, dicentis in Polymnia y, breuiari propter m, & ſequentes literas. Copioſum hoc reddam opus, ac florulentum: vt alijs (quod aiunt) progredi minime videar pedibus. Lexici auctoris error.

De G. Cap. 38.

G *Quam primo inuenit Romæ Spurius Carbilius grammaticus, Carbili qui primus vxorem abdicauit libertus, cum prius c, pro. G, omnes vterentur, ſi Plutar. credimus, non ſe offert vt de eo quo ad ſyllabas recenſeam, ſed vt à communi Neotericorum annutu errorem eliminem, eſt ſciendum apud Latinos non reperiri dictionem, a, G, incipientem ſequẽte u, & alia vocali. Iccirco errant, qui dicunt Gualfredum, Guielmum: cum dicendum ſit o, Valfrede o, Vielme, o Vido. Varinum etiam dicimus, quem Guarinum ſeipſe nominauit. Cur fecerit ille videat. Rumpatur Maleuolus Phineus, & euaneſcat, pro nihiloq; habeatur, vt litera, de qua nunc fiet mentio.*

G, literæ inuentor. Sp. Carbilius. C, pro g, vtebãtur.

Error publicus eliminatus.

G, in principio, dictionis cũ u, ſequente vocali nõ reperitur.

De H. aſpirationeque. Cap. 39.

H *Quam Grillus in lib. de accentibus flatilem dixit, apud poetas nullam habere vim conſtat, quamuis Neotericorũ aliqui habere diſputent, eo quòd Donatus dicat H, interdum conſonantem eſſe & quòd perſequente H, ſæpius præcedens ſyllaba breuis elongatur: vt vitioſe ſemper apud Sedulum, quia nimia vſum eſſe videmus licentia. Dicant hi: an aliquãdo apud poetas non ſequente H, breuis non reperiatur longa, hæſitabunt certe, immo ſi ſequeretur. H, non eſſet propter aſpirationem, ſed propter cæſurã. Luctabuntur inſuper, quia Maro colliſionem non fecerit, Poſt habita. coluiſſe Samo hic i, a, hoc non eſt propter H, ſed ſimili-*

H, nullius eſt vis flatilis litera H.

Sedulius licẽtioſus. Aliquorũ opinio falſa.

ſimiliter alibi vſus etiam eſt: Quem Dardanio Anchiſæ. ſic & Ouidius: Caſtori Amyclæo, & Amyclæo Polluci. Inſurgent inſuper, quia, H, ſequente vocali ſion ſinat præcedentem abijci vocalem, quibus quomodo reſpõdeam in ſecunda videto Epographia. capitulo xxvi. Enotato tamen aſpirationem Græcam in s, latinum per mutari, vt ἓξ, ſex ἑπτὰ ſeptem ἑρπυλλὶν ſerpillum, iure optimo. nam s, Meſalla ſibilium, non literam dicebat, & H, ideo pleriſq; non eſt litera, quaſi affines ſibi cedant: Hæc litera inducit mendum eſſe impreſſis Martiani Capel. Codicibus: vbi lib. iij, de communibus ait ſyllabis: Secundus Modus cum correpta vocalis in vnã deſinit conſonantem ſequente N, eſt enim longa Terga fatigamus haſta impreſſores myopes penitus figuræ literæ decepti loco H, poſuerunt N, & ita quid velit Capella & pueris erit notiſſimum. De hac Pontanus in libello de aſpiratione vbertim, & polite diſputauit, & Apulei cuiuſdam grãmatici adfatim obſcuri circũfertur libellus, in quo de aſpiratione vocaliũ ſed perperam ediſſertatur, apud Græcos ſcripſit, Cheroboſchus.

Aſpiratio græca in ſy apud nos.

S, ſibilius non litera.

H, quare non eſt litera.

Marti. Capella emaculatus.

Apuleius ille grammat. non claſsicus.

De Liquidis, & quare Liquidę. Cap. 40.

AT prius quàm Liquidas aggrediamur, non inuenuſtum erit aliqua nec ſitu facilia, nec auditu rudia prætexere, cum minus apud triuiales cognita, minimeq; intellecta hoc in opere ſparſim, & paſſim aperire polliciti ſæpe fuerimus. Noſtra ideo intererit, quæ liquidarum ſit conditio, & cur eis tale inditũ ſit nomen fideliter edocere. Liquidæ autem proprie appellitantur, quòd liqueſcant: ideſt penitus à dictione collidãtur, abijciantur ue: vt in hoc exemplo: Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis, r, litera ſcandendo in dictione patris eijcitur, velut patis diceretur: eo

Liquidæ cur dicantur.

quod

quod liqueſcat r, ideſt, lubrico defectu ad nihilum redigatur, & hæc eſt ratio. Nam vnaquæq; conſonans medium tempus continet: vnde cum patris longatur: hoc fit quia a, naturaliter breuis vnius eſt temporis, t, & r, alterius: quæ quidem duo tempora longæ accidunt ſyllabę, & nulla longa fit ſyllaba, niſi duobus eam metiamur temporibus, & ſi in hac dictione patris ſcandendo r, non elideretur quando breuiamus, breui (quod nõ poſſumus) duo ſyllabæ daremus tempora. ex hoc quando vocalis naturaliter correpta eſt, ſequente vna tantum conſonante, vnius cum dimidio temporis eſt quod tempus cum dimidio longam minime reddere poteſt ſyllabam. Vnde non mirum eſt, ſi poſitione longa fiat ſyllaba. Nam vocalis natura breuis vnum tempus, & ſequentes duæ conſonantes alterum continent; ideo re vera protenditur ſyllaba. Et ſciendum eſt: vbi ſit poſitio vocalem præcedentem natura eſſe breuem ſed longari poſitionis (quam dixi) ratione, ſic eſt ſequentibus x, & z, quia vnaquæq; iſtarum vno conſtat tempore, cũ duplices ſit conſonantes, Hæc à prophanis intacta Domitius frater meus, vt enotarem, impulit: quod latius in ſua dicet Metrobaſi. nunc dicamus de literis, quæ re vera fiunt Liquidæ.

Cõſonãs, quæq; medium tempus habet

Poſitio quare longam dat ſyllabam

Vocalis ante poſitionem natura breuis.

Quare X, & Z, precedente faciunt longam.

De L, & R, Liquidis. Cap. 41.

L Et R, Liquidas (quæ & hudæ a, quibuſdam dicuntur) cum mutis iunctas in eadem dictione communes reddere ſyllabas poetarum exemplũ patet. Et notandum eſt, ſi ſyllabæ naturaliter erunt breues, ſequente Muta, & Liquida longatione, & breuiationi adhærebunt. ſi vero naturaliter erunt longæ, vnquàm breuiationem ſument, quod non adnotauit Tortellius, vbi de R, litera fit mentio, cum adnotare de-

Liquidæ cum mutis in ſcanſione.

Hudæ illæ.

Tortel. incurioſus.

buiſſet: vt pater pa, naturaliter breuis eſt in patris & longatur, & breuiatur: in matris nunquam a, breuiatur: quia in mater natura producitur. Et licet r, in matris collideretur, nil quidem referret: quia abſque duabus literis, tot etiam ſunt tempora quibus, ac quot vna conſtat longa ſyllaba. Hic adſint eruditi, huc doctorum turba tranſuolet, hæreo cum Lucretij lib. iiij. tale lego carmen: Propter enim quàm quod morbi eſt, cum corpus ægrotat. ecce in ægroto e, breuiari Muta ſequente, & Liquida, licet veniat ab æger, quòd ſcribitur per diphtongum: ab αἰγρὸσ: ideſt ſegnis, & longatur. Iuue. Saty. iiij. A vitijs æger, ſolaque libidine fortis, vel dicitur, vt vult Pompe. ab αἴαξω: vel a voce doloris αι αι. Mox teſtibus Plinio, & Solino, Gellio, & Nonio Agrippa, dicitur quaſi ægri partus, & Manilius breuiauit, aſtron, primo: Miles agrippa ſuæ, veneijſq; ab origine proles: quare id fiat humaniſſime lector me neſcire ingenue, fateor. Vnum hoc mihi adſcribas: quòd fuerim primus qui animaduerterit. Iam triennium eſt, quo id obſeruaſſe me teſtari poteſt Ioan. Baptiſta Moranus noſter ſectator, & qui me velut numen colit, ac obſeruat. Non deerunt forte qui poſt me hoc diſſoluant iugum: vnicuique enim meliori me ſubdam ſententiæ. tamen quid ſuper hac re melius proferam in Breui arte legito, vbi de Heroici ſpeciebus diſſero. Præterea Neſtor ille inter literatos non poſtremus, nec medius. Sulpitium inuehitur quòd dixerit, aratrum: naturaliter a, longare medium, cum breuiet. quia græci per omicron ſcribant ἄροτρον, & nititur auctoritate cuiuſdã triuialis, & rancidi poetæ exemplo, qui Sidonium potius habere debeat tutorem, dicentem: Diuerſas aratro vias cucurrit. Eſt autem carmen phal. in quo poſt Spondeum

Quintianus hęret. Aegroto prima breui. Agrippa. Ingenue fateor. Baptiſta Moranus. Ars breu. Opuſculum noſtrum. Neſtor cõtra Sulpitium. Aratrum in ſyllaba Neſtor incurioſus. Sidonius Appollinaris.

deum ſequitur Dactylus. Hic eſt ille Sidonius multi no minis poeta, quem claſſicum teneo, licet, vt inferius dicemus, ab Hermolao Barba. damnetur. Nicolaus Feretus decipitur: dicens Claudianum, & Sidoniũ fuiſſe ſynchronos, cum Claudianus per multos annos hunc anteceſſerit immo Sidonius de Claudiano mẽtionem facit: ſed repetatur iter. Cum itaq; apud Græcos per omicron ſcribatur, & apud Sidonium breuietur, Sulpitij non adhærebo ſententiæ, tantummodo longari dicentis, quia ab aratum aratu, & niſi eſſet Græca dictio Sulpitium haberem municipalem. Hem quid oblitus ſum? aliud profecto ſuccurrit, nec minus verſificatoribus idoneum, quod hoc eſt: nunquid ſequente muta, & liquida poterimus breuiare deriuatum, in quo litera primitiui, dematur: vt ita dicam. Ambulacrum, lauacrum, inuolucrum, ſimulacrum: ecce in his literam primitiui t, abijci, & c, ſubſtitui, quia a, lauatum, ambulatũ, inuolutum: ſimulatum, veniunt. Id mehercle multos iamdiu anxit, ſed tu lector, meo quidem iudicio, ſemper elongato, cũ omnino liquida mutæ iuncta nuſquam longam breuiabit, rem omnem ſuperius vidimus. At quia de Liquidis tractatui, finis addendus eſt, hoc ſolo calcem perficiemus R, aliquando (teſte Beda) ſolutionem pati quia antiqui cum R, litera vocalem volebant proferri, vt in hoc: Magno Celauerat argumento, vt dicerent, argumento, quia in quinto pede ſit dactylus. ad id comprobandum Priſciani eſt regula, dicentis: In mentum nomina ſeruare anteriorem vocalem quantam habebunt ſua præterita in penultima, vt ita dicam, inſtrumentum, longat ſtru, quia ab inſtruxi, & ſtru, etiã longatur, indumentum breuiatur, quia ab indui. quanquam aliqui indumentum longatur. ut in, quarta, videbitur

Nico. Fer. decipitur. Claudia & Sidonius non coæui.

R, cum vocali proferebatur.

Argumentum penthaſy.

Priſciani regula.

bitur Epogra. & ſi antiqui nõ dixiſſent argumentum pentaſyllabum, quando ab argui, Ceſarienſis regula eſſet pęnitus à pęnu literario, & camenali academia explodenda. Illud Adde L, apud Plautum literam ſuſpenſum aliquem, ſignificare, ait enim: Quam ex me vnam faciam literam longam, ideſt vt me ſuſpendam: quia ſuſpendioſi manibus, & collo ligatis, pedibusque panſis L, videntur facere. Inſuper ſcias T, litera heroicam ſignari grauitatem: vt dixit Papyrianus: quam caninam eſſe literam Donatus ait. Lucilius: Irritata canis quod r, quam plurima dicat. Hanc autem inuentam ab Appio Claudio teſtatur Põponius li.i. Dige. Grę ci etiã loco duorum ę ę, σ ponebant: vt Pyſos, Pyrrhos.

L, ſuſpenſi notam habet.
Plau. locus.
R, grauitatem ſignat heroicam
R, canina litera.
R, literę inuentor.
Appius, Claudius.
S, loco duorũ rr, ponebant.

Quomodo proferantur triſyllabę dictiones Muta, & Liquida ſequente. Cap. 42.

Barbariſmus quidã propulſus.

QVia de Liquidis diximus, noſtra intererit triuialium Barbariſmos affatim obtundere. Multi enim vtpote literarum expertes in hunc incidunt ſcopulum, qui triſyllabas, & quadriſyllabas dictiones legendo proſaice, cum ſequatur Muta, & Liquida proferre neſciant. vt tenebræ, ſalebræ, pharetræ. Aduertant iuuenes talia hic nomina interloquendo proferenda eſſe breuia, & ſi in carmine longantur: vnde Terentianus dicens Liuium Andrõ. in penul. carminis heroici poſuiſſe breuẽ ſyllabam, profert hos Liuij verſus:

Penultima heroici breuis.

Baltheus & reuocet volucres in pectore ſinus:
Preſſaq; iam grauida crepirent vbi terga pharetra.

ecce quòd innuit pharetra in media naturaliter breuiari. ijs erroribus ſacerdotes indoctos ſępius inuenio obnoxios. Hui quid mirũ? iſti nanq; ſacerdotes (eruditos, excipio) doctiorũ obtundunt aures, qui quòd, verba neſciãt expri-

In doctos ſacerdotes

exprimere, ne dum bene eloqui, literas contemnunt, ſacra faſtidio habent. Horum quod eſt ſtudium lenocinijs incumbere crines coaptare, aleas pertractare, Bacchanalibus indulgere. Hem ſi iure noſtro ſacris initiarentur, nunquam indoctos diuinis miſterijs adſcriberem, ſint ſuopte Barbari: nos Auguſtino audiẽtes deſinemus & quod incepimus perficiemus.

De M. Cap. 43.

M Aliquando Liquidam reperiri, ideſt ſcandendo abijci, auctorum lectio comprobat. Horat. Forma captiuę dominum Tecmeſſæ. eſt autem Saphicum in quo, num te, eſt Trocheus M, quoq; quanta ſit difficillimum ſcitu dicit Plinius, vt latius in Epogra. vbi de m, finali agemus. & hoc eſt quia, ſequente vocali abijcitur, ſequente conſonante eſt poſitio, in fine carminis eſt ad placitum, vt ait Seruius in Centimetro, & vt aiunt Quintilianus & Cicero in Oratore: Poſtrema ſyllaba breuis an longa ſit ne in verſu quidem refert: vnde etiam Fortunatianus ait: Nihil intereſſe an nouiſſima verſus ſyllaba, ſit longa an breuis. & memoria tenendum eſt apud antiquos c, cum m, iuxta nũquam poſitum: ex quo Alcumenam, non Alcmenam dicebant, quod apud Plautum inuenies.

M, Liquida. Vltima carminis ad placitũ. C, cum m, iuxta apud Antiquos nunquam.

De N. Cap. 44.

N In ijs propoſitionibus In, & con, aliquando longari, & quandoque breuiari, Cicero in primo perfecti orato. Priſcianus, & Seruius ſcribunt. Naturaliter autem elongãtur, ſi componantur cum dictione ab ſ, aut f, incipiente: vt inſula, infula. ſi cum alijs naturaliter breuiantur: vt indoctus, contorqueo. quod Cicero hoc dixerit, legito A. Gellium li. ij. ca. xvij. quòd Seruius innuat, legito in primo Commentario ſu-

N, in ſyllaba, con, & in.

N, colliſionem non patitur. N, liquida

per: Conſtitit hic, arcumq; m, c, q, s. N, praterea nullam ſequente vocali colliſionem pati idem ait Marius. Quam literam apud auctores aliquando eſſe inuenies liquidam: ideſt ſcandendo in eadem dictione elidi. Petronius: Atq; vrbana progne, quæ c, g, f, Idem. Et baccis redimita Daphne tremulæ q, c, Ouidius: Ad mandata Prognes, & agit ſ, u, ſ, i, Lucreti. Nil tamen eſſe ſigni mixtas p, c, Virgi. viij. Currentem illigneis potare c, u Auſon. Quid refert cornix an ideo ante cycnum. Martial. Sic pernitioſus ichneumon. Idē. Nuda Lacæna cycno. quod etiam volens Priſcianus in primo comprobare, ait M, & n, poſt mutas poſitas cōmunem reddere ſyllabam, quod diuerſorum confirmatur auctoritate tam Græcorum, quàm Latinorum. Ouimet x. Piſcoſamq; Cnydon, & g, & n, in quem errorem manifeſtarium, puerilemq; Priſcianum, Tortelliū, cæterosq; Neotericos incidiſſe miror. Velim dicat Grāmaticorum, triumuir, quid referat, an g, & n, ſequatur q; cum, q;, naturaliter breuietur, & cum non ſit in eadem dictione: vt in cycnus. quid conuenit, que. cum Gnydo? nihil certe. Non ignoro tamen Priſciani verba ſecus a Roberto Gaguino accipi, qui & ipſe decipitur. Iccirco non poſſum non mirari Probum dicentem g, & n, in diuerſa dictione breuem poſſe longam facere ſyllabam: vt ſi dicas. Rura gnâte facis. Nicolaus Ferretus ait: Talia flammato, breuiari a propter f, & l, ſed fallitur, nam etiam Beda ait: nunquam n, in diuerſa dictione poſſe elongari: ideo ſi non longabitur propter n, literam, nec breuiabitur ſyllaba. Hic nulla te teneat admiratio cur poſuerim Nicolai Ferreti errorem ita enim opus fuit ad maiorem affectum. Phineus obloquetur forte ſed vt obloquenti me obijciam, alium cenſebo

Priſciani error. Tortilij, & aliorū error idē. Robertus decipitur.

Probum miror.

Nico. Fer. fallitur.

ſebo errorem; Geor. Valla tam græcæ quam latinę rei peritiſſimus in commentariis in Iuuenalem ſuis infantario admodum errore lapſus eſt, ait autem ille, in hac dictione, Signabit, propter g, & n, i, vocalem breuiari. Proh Iupiter Herce, in quas affanias, & meras nugas tam celeberrimi, & eloquentes incidunt viri? Verſus namq; Satyrici hic eſt: Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille Signabit, fultusq; toro meliore recumbet? deceptus grauis vir, & alioqui oculatus rebatur carmen Satyrici finire: vt, ſignabit, eſſet vltima carminis dictio, cum ſequentis ſit prima verſus: Signabit, fultusq; t, m, r. Verum ne erroribus concludamus, quid Nigidius de hac litera N, ſenſerit ex A. Gellio recitabimus. verba Gellij. xix. lib. pri. cap. vlti. ſunt hæc: Inter literas n, & g, eſt alia vis: vt in nomine anguis: angaria, & anchoræ, increpat, & incurrit, & ingenuus. in omnibus autem ijs non uerum N, ponitur, ſed adulterinum. nam N, non eſſe literam indicio eſt. nã ſi ea litera eſſet, lingua palatum tangeret: vbi mancum eſſe Gellium aſſeuero, & ita legendum exiſtimo: Inter literas n, & g, & c, eſt alia vis, quod exemplis conijcere poſſumus. nam ſi N. ſimpliciter protuleris, erit vis alia, quam in dictione ſequente g, & c, non inuenies. ſi placuerit Quintiano acceptum referetur, qui quoad potero enitar aliqua ex parte horreo literario prodeſſe, exemplaria emendando, diſtinguendo: ac enodando: quod M. Valerium Probum vetuſtatis amatorem factitaſſe legimus: cum veteres negligi, ac gloria fraudari animaduertiſſet. Sed quis erit nunc probus Probus? quis id audebit? cum noſtri impreſſores ſeculi ob pecuniæ famem Myopes, ob inſcitiam cæci ſint, & luſcioſi: quorum incuria boni corrumpuntur libri, ſida fœdantur

Geor. Vallæ error.

Quid Nigidius de n, litera ſenſerit.

A. Gellius reſtituitur.

Valerius probus.

Contra impreſſores.

tur volumina ij, nanq; chalcotypi (eruditos excipio) cæcutientes cognoſcuntur: quos ſi meum eſſet, e terris eijcerem, eorumque artem funditus euaſtarem: aut doctiſſimum (quem appellant) Correctorem acciperent: & non modo literas inuertunt, ſed addunt ſyllabas, dictiones contaminant, monſtra interpollant magno cum auctorum dedecore. Hęc dixiſſe volui, vt Aldum Manutium meum extollerem vtriuſque linguæ reparatorem: qui adeo auctores reſtituit, inſtauratq; vt eorum animas imbibiſſe videatur. Dij faxint: vt Aldus noſter diu viuat. nam & hoc ipſum omnes expetunt Olimpiades: viuet ſemper. interea ad alia pertranſibimus.

Aldi Manutij laudes.

Quid Ph, ſonet. Cap. 45.

Ph, quid ſonat. *Auſonij locus.*

Video multos non ſpernendę eruditionis dubitare an, Ph, habeat ſonum, quem f, teneat: aut, p, vt ita dicam, apher, illud a, an ponatur ante f, aut ante p. Nos & olim dubitauimus, immo errauimus, conſonum f, vſquequaque putauimus habere, nunc reſcipiſcentia quadam, quam metanœā dicit Auſonius, excitus proculdubio aſſeuero, tenere ſonum literæ p, quia antiquitus ſcribebant dictiones modo cum p, modo cum ph, vt ſcropa ſcropha, Calpurnius Calphurnius. Præterea ait Seruius, Aphricam dici quaſi apricam, licet in penultima permutetur ſyllaba. immo expreſſius dixit Feſtus Pompe. venire ab αἰευφρίκησ apricus. vnde etiam putatur Aphrica appellari. mox aſpicito. quartam Epograph: vbi de a, ante n, cum diſſero illud marmor Mediolanienſe de Quintiano quodam mētionem facere: vbi inuenies Semphroniam, quod non eſt tabernarium. Præterea & Latini aliquando per ph, ſcribunt, quæ græci per p, tantum enotant: vt διοπύλη Deiphile. ὑψιπύλη Hypſiphyle.

Apricus vnde Aphrica vnde.

De

De Q, Cap. 46.

Q Sequente u, item alia vocali (non enim aliter inuenies) facit illud, u, non eſſe vocalem, neq; conſonantem: vt ſuperius vidimus, tamen ali quando (meo quidem iudicio) aliquam quamuis minimam conſonantis vim habere dicitur, cum præcedentes ſyllabæ q, & u, in eadem dictione ſint ambiguæ. Lucre. Quæ calidum faciant aquæ tactum, atque vaporem. Idem: Craſſaq; conueniunt liquidis, & liquida craſſis. Idem: Calor ignis liquor aquarum. Idem: Liquidus humor. & vberibus ſ, o, g, ſuper quo verſu Georgius errat Valla, dicens: Primam ſyllabam eſſe breuem, cum ſit longa, ea, quam dixi, ratione. videto etiã in Arte breui: vbi de heroici ſpeciebus ſit mentio. Et ſcito nullam aliam conſonantem, niſi adiuncta vocali, poſſe ſyllabam facere, præter q, nam antiqui q, ſtos ſcribebant. Similiter in æris tabulis hoc repertum eſſe legimus, Peqniam. Vnde Licinius Caluus: Nihil eſſe q, dicebat, quàm c, & u, itidem K, Ex hoc non immerito q, & K, ſuperuacaneas diximus literas. Phineus Marcidus: Et nullius æris oblatrabit. oblatret tantum, vti ab omnibus abijciatur: vt aliquando literas, de qua dicturus ſum agrediar.

Q, niſi duabus ſequentibus vocalibus non inuenitur.

Q, præcedẽtẽ vocalem ambiguam facit.

Geor. Vallæ error.

Q, ſine vocali.

Q, ſtos.

Peqnia.

Q, nil aliud eſt quàm c, & u, K.

De S, & T, Cap. 47.

S De qua litera ſcribens Meſſalla eloquentiſſimus orator (Quintiliano teſte) librum integrum impleuit: & quam non literam, ſed ſibilum appellitauit. in verſu apud priſcos colliſionem paſſam eſſe nulli incognitum eſt. Hoſtilius annal. primo: Sæpe greges pecuum ex hibernis poſtibus pulſæ. Egnatius de rerum Natura primo: Roſcida noctiuagis aſtris labentibus

Meſſalla librum de S, ſcripſit.

S, nõ litera.

S, colliditur.

S, ſibilus.

Thębe. Lucil Venimus o, ſocij, & magnam pugnauimus pugnam. Quadrigarius: maiore in ſpatio, ac diuerſus iubebitur ire. Ennius: Mercurius Iouis Neptunus. Vulcanus, Apollo idem. xij. Omnes mortales victores cordibus viuis, Lætantes vino curatos ſonus repente In campo paſſim moliſſimus pertulit acris. Idem Egregius cordatus homo catus Helius Sextus. Idem: Interea fugit albus Iubar Hyperionis curſum. ſuper quo carmine Neſtor decipitur, dicens, Diereſim fieri in iubar, cum putet ſcandi: vt albi u ſit dactylus: quando dicendum eſt albu iu: vt u, remota s, breuietur, Alcinius Longe erit à primo quiſquis ſecūdus erit. Catul. Tu dabis ſupplicium. Aliqui tamen referunt S, in talibus nō collidi: ſed ſequentem literam, vt in hoc: Tu dabis ſupplicium: ſcandas: Tu dabis upplicium. Quam opinionem explodito propter illud Sueuij: Hoc genus arboris in prȩlatis finibus Grais. Quo in carmine oporteret g, & r, collidi. ſic in Aeditui verſu: Aut hymber cælo candidus præcipitans. vbi p, & r, eſſent collidenda, Probus vero: vbi de Metaplaſmo, refert in iſto: Nam fierent iuuenes ſubito ex infantib. paruis: poſſe ſcandi: ex infantib paruis innuens in quinto pede eſſe Spondeū: & ti longari b, & p, poſitione. quod non approbo: quia ſi illud. Catulli: Tu dabi ſupplicium, ſcandaretur: Tu dab ſupplicium: carmen pentametrū claudicaret: ideo tantum S, abijci in his fixim teneto. Et non ſpernendū eſt ſemper, quando ſ, colliditur præcedentem vocalem corripi: Lucilius: Nunc potens Tyberinos duo inter captos catillo. Quod veteres etiam in ſoluta oratione in omnibus terminatis in vs, conſonante ſequente feciſſe ait Cicero: vt omnibus princeps, dignu loco: ideſt omnibus princeps & dignus loco, aliquando ſublata S, vocalis

Neſtoris error.

Aliqui dānantur. Probus errat.

S, colliſa precedēs. litera breuis.

S, in ſoluta oratione collidebatur.

S, ſequente vocali abiicitur.

calis longa breuiatur propter ſequentem vocalem. Iuuenalis: Cum poſſis honeſtius illic. Horat. Sterilíſque diu palus, aptaq; remis: ita vt in poſſis, & palus extrema ſ, abijciatur. Et non immerito contortam accepit figuram: quia ſerpentinum reddit ſonum: eo quòd ſerpentes ſpina volubiles ſe torqueant. Aliquando abijciebatur cum ſuperiori vocali. Ennius annal. vij. Contentus, atque beatus ſcitusq; ſecunda loquens in, & ſic legito apud Gellium hoc carmen lib. xij cap. iiij. Virgi. Inter ſe coijſſe viros & decernere ferro: vbi Seneca tamen legit cernere. quod ita ſit legito Seruium. ij. Commen. ſuper eo verſu: Limina tectorum medium q, i, p, h. S, quare figuram cõtortam habeat. S, cum vocali colliditur. Carmẽ in Gellium emendatum.

S, liquidam fuiſſe: ideſt collidi in vna dictione præcedente muta poſſe nuſquam crediderim, cum etiã Donatianus (niſi auctorem mentiatur opus) vel ſit Fortunatianus (ambos teneo claſſicos) ponit tantummodo liquidas l, m, n, r, Donatus vero ait ſequente, ſ. ſemiuocales, & liquidam poſſe facere ſyllabam cõmunem Hic non poſſum continere riſum: cum aliqui Diomedem taxent, dicentem: S, aliquando vim habere liquidæ, vt Ponite ſpes ſibi quiſque ſuas & apud Lucil. Infantibus paruis, opinantes Diomedem hoc dicere: quaſi, bus, eor ripiatur. quia ſ, liquida ſit ſequente p, Dicant mihi an liquida, an muta debeat præcedere: profecto muta: vt Patris libri. ſi vero liquida mutam præcederet, etiam arpos breuiari poſſet, quod non inuenitur. Ideo apud Lucilium ſ, abijcitur. Præterea (vt retulimus) ait Donatus ſ, ſemiuocalem cum liquida poſſe communem reddere ſyllabam. ſed & hunc penitus Donatum non admitto, quia exemplum non profert in eadem dictione: quo prolato fidẽ adhibuerim. Sed vt reuertamur abſq; temporis diſtinctione, innuimus. Diomedem dicere ſ, S, liquida nunquam in eadem dictione. Diomedes nequaquã intellectus. Donatum non admitto. Diomedes defenditur.

vim

vim habere liquidæ: eo quòd collidatur, vt infantibus paruis. Sed quoad primum, exemplum, illum non admitto. nam, ponite, omnino e, breuiaret, etſi minime ſ, ſequeretur. Illud adnotandum exiſtimes. ſt (vt inferius narrabimus) ſine vocali fuiſſe ſyllabam. Mox cognitu aptum eſt inter duas vocales longas, aut prima longa exiſtente, ſæpius antiquos geminaſſe: vt cauſſa, deſſignator. quod, & in alijs literis, feciſſe nulli dubium eſt: vt Paulus, Salluſtius. Victorinus tamen ait nullas quodam tempore geminatas literas: vt Lucillus. Sed ſupra quam erat geminatione opus, hanc adnotabant figuram ɔ. Idem inquit C, & m, iuxta minime antiquos poſuiſſe: vt Alcmena, illi Alcumena: tamen poſt illũ Cæſar dirupit morem. Item ſ, pro r, ponebant: vt Fuſius. Furius Similiter, & pro T, vt a Rhamnuente Rhãnuſius T, mutã lõgari, et breuiari in fine docet Capella.

St, ſyllaba.

S, geminabatur.

Ɔ, i geminandis adnotabatur

S, pro r.

T, ambigua.

De X. Cap. 48.

X (Vt aliqui referunt) quę pro duplici ponitur: ideſt quæ vnum contineat tempus Diuo auguſto imperante quendam Syluium ludi magiſtrum addidiſſe nouimus: eo tempore, quo Z, literam quæ pro duplici ſſ, ponitur inuentam dicunt X, ideo duplicem conſonantem appellamus, quando pro g, ſ, & pro c, ſ, ſubſtituimus. Antiqui enim, duces, quia a duco: reges, quia à rego, pro dux, & rex ſcribebant X, aliquãdo natura longa eſt, vt pax: lux, rex, vox aliquando poſitione, vt fax, nex, nix, nux, nox, exitium: vt in quinta. Epogra. adfatim declarabimus: vbi de X, in fine dictionis. Quod dicat Sergius X, communem reddere ſyllabam, naucifacio. ait ille eſſe longam: vt Nox ruit Aenea, breuem: vt Conduxit litora Xerſes. Sergio reſponde; an ſint in eadem dictione. immo litora ra, breuiat

X, vnius temporis.

X, a quo inuenta.

X, quando inuenta.

Z, quãdo inuenta.

X, pro c, ſ, et pro g, ſ.

Ser. bis fallitur.

X, p Græcas habemus dictiones.

breuiat ob regulam, & in exemplo: Nox ruit Aenea licet eſſet breuis, quo modo dignoſceretur, ſequente propter r, poſitione. Sed Probus alud idoneis attulit exemplum: Nox erat. Quam ideo habemus, teſte Beda, propter grecas dictiones. Simili errore cæcutit Nicolaus Feretus in hoc: Tumidum ſuper æquora Xerſem, dicens x, pro ſimplici haberi: quaſi velit innuere, rá, niſi eſſe x, ſimplex non poſſe breuiari: quod à doctis approbari non videmus, & ne tã cito deſtituatur litera dicamus quare ab i, in prolatione incipit. Eutropius ſcribit, vnam duplicem x, eſſe: & ideo ab i, incipere: quia apud Grecos, in i, deſinit vt ξ, xi. Hac denique litera (Quintiliano teſte) tam carere potuimus, quàm ſi non quęſiſſemus: quod & innuit Sergius. Et quia z, duplex item eſt peruerſo ordine de ea litera diſſeramus.

Nicolai, Feret. error.

X, quare ab i, incipit.

X, carere potuimus.

De Z. Cap. 49.

Z Pro duplici haberi, & unius eſſe tẽporis grammatici præcipiunt: quoniam antiquitus patriſſo, pro patrizo dicebant. aliquando pro ſimplici haberi: ideſt tantum medio conſtare tempore Beda admonet, proferens illud Iuuenci. Et gaza diſtabat rerum poſſeſſio fulgens. Prudentius quoq; in amart. Sed gens Pherezea ſagittis. Triuiales inſtruunt in perizoma z, id faciat ipſe uiderit. Scio apud Græcos reperiri περίζωμα, ideſt perizoma, & περίσωμα, ideſt periſoma nam primum venit a ζῶμα, ideſt cingulum, & poteſt dici omne quod circumcingit. ſecundum venit a σῶμα, .i. corpus & dici poteſt veſtis, Vnde Hiero. in Inſtrumento veteri: Et fecerunt periſomata: ideſt inuolucra quædam pro veſtibus. Super hac litera an Diomedi, & Martiano Capello aſtipuler, in ſecunda videto Epogra.

Z, duplex

Z, vnum tempus habet.

Z, medij temporis eſſe aliquando.

Triuiales errant.

Perizoma Periſoma.

ζῶμα.

σῶμα.

vbi de poſitione diſſero. Huius inuentio literæ, quando fuerit, paulo ſupra adnotauimus. Hoc non eſt prætereundum, fuiſſe damnatam ab Appio Claudio: eo quòd dentes mortui, dum exprimuntur, imitetur: quod etiam diximus in literarum prolatione.

Z, a Claudio dãnata

De Y. Cap. 50.

Y, a quo inuenta. Ia. Phia. Y, in u.

Y *Palamedis litera: vel (vt alij) Pythagorei: quam eruditi ia, docti, phia, appellant, inter vocales habendam cenſemus, adſcribendas duntaxat Græcorum dictiones, vt Lycophron: quæ aliquando apud nos in u, vertitur: vt μαρσύπιον, marſupium & aliquando non mutatur, teſte Verio Flacco: vt Labyrinthus. Quod re vera y, in u, vertatur, innuit Plautus in argumento Amphitrionis. nam ſi omnia Plauti argumenta accipias, primaſq; literas carminum, ſimul iungas, videbis nomẽ fieri Comœdiæ, quod difficillimum puto. Hanc lugubrem appellatã Seruius, & Vrbanus ſcribunt grammatici. Itaque lugubri relicta litera, tandemq; Dijs fauentibus ducta ad vmbilicũ prima, ſecundam exordiemur Epographiam. Hæc eſt, attende lector, exit, iam exit.*

Plauti argumẽta nomen fabulæ habẽt.

EPOGRAPHIAE PRIMAE, FINIS.

IOAN.

IOAN. FRANCISCI QVINTIANI STOAE POETAE LAVREATI,

De ſyllabarum quantitate, Epographia. II.

PROOEMIVM.

C*VM EX literis, quas primam materiam vocis humanæ indiuiduam dixit Apollonius, exoriantur ſyllabę, ex ſyllabis dictiones & ex dictionibus fiat oratio, non diſſentaneum fuit literis ſyllabas ſubiunxiſſe. Conabor nanq; in conniuenti cura, occulta diligentia, defecato ſtudio concinnes adaptare tranſitus. vt inter viam, & diuerticulum nullum omiſſi itineris videatur diſſidium. A capite enim ad humerorum compaginem, non ad pedis veſtigium inaudita progrediar tranſgreſſione. vt non ſolum hoc noſtrum Opus floſculis, ac gemmeis rebus floreat, ſed etiam opportunis neruis, & nexibus non diſſonis compactum videatur. En ecce emergunt Syllabæ, de ſyllabis diſſeram. Studioſe intende.*

Syllabæ ex literis. Dictio ex ſyllabis. Oratio ex dictionibus.

Quantum referat ſyllabas nouiſſe. Cap. I.

C*Vm itaq; ſyllabarum ſeſe offerat diffinitio, non poſſum quin aliqua prius intertexam tātum, vt iuuenum*

iuuenum alliciantur animi: ſed quorundã peruicax di-ſrumpatur contumacia: qui cum minus literarum ele-menta percipiant, nec ſyllabarum quidẽ menſiones pro current. Heu quò ſe noſtrum vergit æuum? quò perue-nimus? Omne in barbariam ſtudium cadit: Vbi nunc rei latinæ, ſtudium? vbi verborum percepta concinnitas? vbi dictionum ſeruata ſeries? Hem quid referam? cum hodie tot, & tanti Oratores (ne dicam aratores) ſugge ſtus aſcendant, verba inſipida effutiant, barbariſmos euomant. Non refero orationum enerues nexus, ſel-lirias inuentiones, diſpoſitionesq;: quando non dicere promptum eſt, cum tot ſint: ſed conqueror verba per-peram effuſa: tranſeo concionatores (vt aiunt) ſacer-dotes, triuiales, leguleos, Philoſophos; qui noſtra hac tempeſtate an breues, an longę ſint ſyllabæ (ha malũ) ne manum quidem vortunt.

Omne in barbariã ſtudium cadit.

O Latium, o Sophie quondam domus Inclita Phebo
Gloria Romulidum, ferus omnia barbarus hoſtis.
Abſtulit. Auſonioq; opici dominantur in orbe.

An ignorant hi facis proretæ nil pronunciatione pul-chrius, nil magis eloquenti facundia voluptificum. Ad ſint ciborum multimoda genera aggeratim cumulata, plurijugiæ aceruatim congeſtæ dapes, quas niſi ne con-cinnauerit Apitius, facile vt diobolares deſpiciam quiſ quilias. Sic aliquis ſit Iſęo torrentior, Cicerone vbe-rior Saluſtio eloquentior, Liuio candidior, Plinio do-ctior, Quintiliano Sonantior, & abſque ſyllabarum menſu ſuum negociũ enunciet, profectò nec hortulanis placebit quorum olera ſine condimento nil ſapiunt, & nimium putent. O fuſtibus ſanandam ſtultitiam autu-mantum apud Poetas ſolum, non penes Oratorem ſer-uãdam muſarum compaginem quid me retinet? vix in-

hibeor

bibeor quin linguam furcillis eradicem, aut pugno ma las edentem. Legant obſecro quid Lidus in Bacchidibus dixerit. Plautinus, cuius hæc verba ſunt: Tu librum legeres, ſi vnam peccauiſſes ſyllabam, fieri corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium. quid igitur iſto rum corium? cum non vnam, ſed ſexcentas delirantes pronuncient ſyllabas fiat maculoſum? at feneſtratum vt ne quidem cribris ſit idoneum. Quid inſuper noſter dicat Apuleius floridorum primo: Diu n occluq; rimen tur, qui hæc ſacroſancta non minus vere, quàm ſcite retulit. Quis enim veſtrum vnum mihi ſœlæſciſmum ignouerit? quis vel vnam ſyllabam barbare pronuncia tam donauerit? Hei mihi, ſi receptoris fidei autor Apuleius in vna hæſitat. quid hi in centum millibus? Huc huc Pedagogi, ceteriq; puerorũ doctores tranſeuolent, hoc enitantur: vt adoleſcentes inſtruant, rectos literarum edoceant tramites. Voſq; adoleſcentes omnes omni ſtudio conemini ſyllabas accentusq; imbibere, quibus in latino eloquio nil clarius eſt, expetiliusq;. Syllabę nanque linguam erudiunt, ſermonem adaptant, ruſticitatem abigunt, barbarim expellunt. Hæ procul dubio ſunt, quibus oratio conſonat, verba cantilant, dictiones exultant. Iſtæ deniq; doctis habilæ indoctis opportunæ, mediocribus idoneæ, omnem leniunt ſuauitatem. Hæc acrius dixiſſe volui: vt apud me nil indecentius fore exiſtimes, quàm hoſce audire blaterantes. Sed iam ad diffininionem eundem eſt.

Plauti verba.

Apuleij verba.

Syllabæ quid faciant.

De Syllaba. Cap. 2.

SYllabam (vt grammaticorum diffinitio eſt) comprehenſionem eſſe ſub vno acccentu, & ſolo ſpiritu patte. et dicitur ἀπὸ τῶ συλλαβαίνεια παγεάμματω, eo quòd conglutinet literas, ac complectatur vel

Syllaba quid

Syllaba vnde;

dicitur: quòd iunctis literis ſonum ſimul accipientibus informetur: quodq́; temporis ſit capax. Et ſciendum eſt ſyllabas ſuum habere elementum, quod productionem dici ait Priſcianus. Sed inter literarum elementum, & ſyllabarum hoc diſtat: quòd literarum elementa ſunt ipſæ pronunciationes, ſyllabarum vero ſunt ipſæ productiones. Mox cognoſcendum eſt nullam ſyllabam plus tribus conſonantibus iuxta ſe poſitis (vt in primo Priſcianus ait) continuare poſſe, & vſque ad ſex literas poſſe aſcendere. Aldus tamen Manutius vtriuſque linguæ reparator ad ſeptem ſcribit: vt Striglx: qua dictione vtitur Vitruuius. Sed adnotes apud barbaras voces plus tribus conſonantibus ſyllabam iuxta ſe poſitis continuare poſſe, vt Lintprandus. lege Paulum Diaconum. Syllabæ tres eſſe partes Martianus Capella 3. demonſtrat, ſcilicet iuncturam, faſtigium, & longitudinem. de quibus ipſum legito. Omnis demum ſyllaba à vocali non à conſonante fit. Inueniri tamen, St, ſyllabam ſine vocali ſuperius demonſtrauimus, quæ vox ſilentium perſuadet. Nam verius Longus ait, inuentos eſſe quoſdam, qui & ſine vocali putent ſyllabas fieri. Aduertimus nanq́; apud Comicos. St. pariter ſcriptas literas: vt apud Plautum inuenies quod & adnotauit Pius fidus interpres. Emaculato igitur Pomponium Lætum in ſuis grammaticis Inſtitionibus: vbi impreſſorum errore, iſt, pro, ſt, ſcriptum inuenies.

Elementū literarum. Elementū ſyllabarū. Syllaba quod conſonantes habere poteſt. Aldus cōtra Priſcianum. Striglx. Sallabæ tres partes. St, ſyllaba abſque vocali. St, ſilentiū innuit. Pōponius emaculatus.

Syllaba quoqe in omnes poteſt deſinere vocales, & in has conſonantes c, l, m, n, r, ſ, t, x, vt ara, mare, gummi, ſermo, cornu, lac, mel, donum, nomen, pater, flos, caput, dux. In b, ſunt indeclinabiles: vt ab in d, vnum eſt nomen Dauid: quod barbarum eſt: vt etiam nagid. in ſexta legito Epograph. & præpoſitiones

nes aliquæ, & aduerbia quædam: vt ad, haud. In g, niſi apocopatum: vt veſperug. quod erat in Solis puluinari iuxta ędem Quirini quod veſperuginem accipimus. legito Quintilianum: In p, eſt volup. apud Ennium: quod referemus in quinta Epograph. In h, ſunt etiam: vt vah, lab, th. latius vide in quinta: vbi de H, in vltimis ſit mentio. Syllabarum formas, primo à Linceo, cui nomen Leneus fuit. ſeruatas fuiſſe apud nonnullos inuenies. Vnde Iſidorus Ethimolo pri. cap. xv. ait: Linceum Dionyſium ſyllabarum omnium ſingulas formas aptiſſimas feciſſe: & ob id ſtatua honoratum idem affirmat auctor.

Veſperug. Volup. Linceus primo ſyllabarum formas. ſeruat. Linceus ſtatua honoratus.

Syllabæ accidentia. Cap. 3

SYllabę octo accidunt. Tenor, quem faſtigium nos Græci προσοδίων appellant. & eſt triplex, acutus, grauis. & circumflexus. Acuto nãq; vox tollitur, quã grauis deprimit, aſpice Priſcianũ, & cęteros quòd tenor pro accentu accipiatur. Vellius Celer innuit vt videri inferius poteſt: ſed latius diximus & nos in libro de accentu noſtro, vbi contra Quintilianum aliqua nec ſpernenda diximus. Spiritus, qui duo ſunt ſcilicet lenis, & aſper. Aſper vbi pauciores vocales ſunt cum r, litera: vt ſcrobs, auctor Plinius: vel, l, vt puls. Lenis eſt vbi vocales duæ ſunt: vt Deus, muſa. Varro (Diomede teſte) ait Syllabarum alias aſperas: vt tunc, crux, trans. Lenes: vt lana, lima. Proceras quando pluriſyllaba dictio in longam ſinit: vt facilitas. Retorvidas, quæ mutuam extremam habent: vt hic, hæc hoc, ac Barbaras: vt gaza. Querulas: vt hymnus, xenon. Duras: vt igitur. Molles: vt Aedes. Tempus, quod à metricis atomum dicitur, ſyllabæ accidit. nam omnis ſyllabę aut longa, aut breuis, aut communis. & ſi lon-

Tenor. i. accentus. Quintian. librum de accentu cõpoſuit. Spiritus. Syllabarũ diuerſitas. Tempus atomum.

Quare cō munis ſyllaba vni⁹ cum dimidio tempo ris,

ga, vel (vt ait Quintilianus) porrecta, eſt δίχρονος, ideſt duo continens tempora. ſi breuis, μονόχρονος. id eſt temporis vnius. cum autem lōgam enunciamus, tantum temporis conteritur, quantum in duarum breuium prolatione. Si communis, vnus eſt cum dimidio: quod perficitur uniuſcuiusq; iudicio. nec eſt mirum: nam in patris: quando pa longatur eſt poſitio, quia a, vnius eſt temporis t, & r, alterum conficiunt. quando vero breuiatur r, liquida colliditur: & tunc, eſt vnum tempus cum dimidio, nam quæq; conſonans medij temporis eſt. Syllaba nanque apud metricos (Donato teſte) ſemipes dicitur: vt in cæſuris pentememere, & heptemememere: quas & in primo Aenei. verſu reperimus: Arma virumque cano. Item: Arma virumque cano Troiæ. Quam varia ſint apud Græcos tempora diximus: vbi de pedum accidentibus facta mentio eſt. Numerus, quia (Priſciano auctore) non minuſquam vnius, nec pluſquam ſex literarum apud Latinos inueniri poteſt, licet ille ſeptem inuenerit literarum. Siſtole, cum ſyllaba naturaliter longa corripitur: veluti eſt apud Laberium: Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt, in quo ſenario, erunt, in carminis fine Iambus, eſt & vt in Eunuchi prologo Terentius, emerunt dixit media breuis, ſi Donato credimus. Similiter Virgilius: tulerunt faſtidia menſes. Ectaſis, cum ſyllabam natura breuem protrahimus. Statius theb. ij. Apparet vt celſum crebris arietibus vrbis, Sic apud nos. Facundusq; comes comites in itinere ducit. hinc Maturantio penitus non hęreo, dicenti Ectaſim eſſe apud Ouid. Meta. vi. vitam dederitis in vndis, cum non ſit. Diſcas ibi neu præceptore Quintiano. Nam ſi præteritum eſt ſubiunctiui longatur, ſi futurum breuiatur: ergo differentia

Syllaba ſemipes.

Numerus.

Siſtole.

Ectaſis.

Maturantius refellitur.

rentiæ cauſa præteritum longamus. Ennius: Non mi aurum poſco: non mi pretium dederitis. Ouid. Vtilis hac nobis ſi dederitis erit. Idem: Conſulis & limen cōtigeritis erit: Idem Metamor. ij. Videritis ſtellas illic: vbi circulus axem. Ecce ibi breuiari ea quæ dixi ratione. ſic Lucretius natus pri. Quas ob res vbi viderimus nil poſſe creari, & ne me nugiuendulū opineris, auctoritatem Seruij demonſtrauero, dicentis Commentario vi. ſuper hoc: Namq; vt ſupremam falſa inter gaudia noctem, Egerimus noſti, ri, metri neceſſitate longam corripuit, quod etiam ait Probus. Præterea Diomedes ait: Futurum ſubiunctiui in prima, & in ſecunda perſona pluralis numeri ſyllabam corripere, quam differentiæ (vt puto) cauſa præteritum (vt ait) perfectum producit, Probus tamen diſſentit, dicens: In ſubiunctiuo omnium coniugationum in præterito perfecto & futuro primas & ſecundas penultimā longare pluralis numeri perſonas: vt apud Catullum: Dehinc cum millia multa fecerimus. quod ſi Georgius ſciuiſſet Valla, in ijſdem verbis cōmunem eſſe dixiſſet nunquam; ſit quoquomodo Maturantius fallitur: Diæreſis: quę & Dixeuſis, eſt cum vna ſyllaba in duas ſeparatur: Ennius Arbuſtum fremitu ſyluai frondoſai. Virgilius: Aulai in medio l, p, b, pro ſyluę, frondoſæ aulæ: tamen inferius ibi diphtongum eſſe edocere conabimur, & ſi in ai, non in ae, Io. Ianuenſis Diereſim fieri contendit, Synereſis, eſt cum duæ ſyllabæ in vnam contrahuntur: vt eſt apud Varronem: Cum cœleſti deiectum fulmine Pheton. & quoties fit in carminis fine, non oportet vt ſequens à vocali incipiat verſus. Virgilius: Nec cura peculi. ſequitur enim Quamuis multa meis. Quid ſentiam de ijs dicentibus Furtumq; Promethei, eſſe Synereſim, hic non

Scita pulcherrimè.

Probus à Diomede diſſentit.

Georgio Vallę non hæreo.

Diæreſis.

Dixeuſis.

Synereſis.

Aliquorū errori

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ab re fuerit enunciare: quos errori obnoxios differentiæ non verebor: in quorum ſuffragio Seruius eſt Aegloga. vi. ſuper hoc, Aut vt mutatos Teri mutauerit artus. ait ille: Teri pro Terei per Synereſim, vt ſuperius: furtumque Promethei. profecto Marius inconſtans eſt & verſipellis: & vt pronius ſecundum me (vt Valerius ait) herbam, ac litem des, verba eius poſui: quæ in. viij. inuenies Commentario. Omnia autem, quæ in eus diphtongum exeunt hodie, apud maiores in es exhibant: vt Nereus Neres, Tydeus Tydes, & genitiuum in is mittebant: vt Neris, Tydis, ſed quia plerumq; in latinitate s, detrahitur i, litera remanet: vt eſt illud: Nato te filia Neri, ergo: Furtumque Promethi ſimiliter. nam aut in Neri, quod in Teri debuiſſet dicere aut e regione, vel vbiq; ponendum erat. Tortellius riſum ciet ī dictione Tydides, dicens: Seruium, cū referat in eus diphtongum nomina apud maiores in es exiſſe: vt Nereus Neres: Tydeus, Tydides, innuere quòd Tydides non ſit patronymicum, ſed principale. Quid ais Arretines an contaminas Seruium? nam Seruius dat exempla vt Nereus Neres, Tydeus Tydes, non autem Tydeus Tydides, vt perperam legis. Regulam, quam dedit Seruius confirmat grauis grammaticus Aſper. Et quia de nominibus in Eus diphtongum fit mentio, hic admoneo nō eſſe audiendum Seruium ſuper hoc: Iam validam Illionei nauem, dicentem ibi eſſe datiuum pro genitiuo, ita vt legatur Illioni: Quid referam quanta moueat vertigine ſenſum. Ego vero genitiuum eſſe propter regulam quam nuper recitaui: aut ei eſſe in i, verſam dixerim. Et quia nuper Seruio reclamauimus, ſuccurrit eiuſdem (quando vno auulſo, non deficit alter) non minoris ſecordiæ error. Legitur nanq; in vi. Virgilij: O virgo

Seruius inconſtans:

Tortelli error Seruius a vitio defenſus.

Seruius non audiendus.

Seruij error.

noua

noua mi facies. vbi ita Seruius dicit: Sciendum eſſe pronomen mi nunquam in Synereſis venire, ne blandientis incipiat aduerbium eſſe. Et licet aliqui huius loci nitantur exemplo, non procedit: vel quia vnum eſt exemplum, vel quia blandientis eſſe non poteſt aduerbium. hæc ille. Quid ais Serui? tui procul dubio me pœnitet, cũ mortuaria infantiſſime loquaris. ego vero mi pro mihi reperiri aſſeuero. itaque non vnum erit exemplum, Ennius non mi aurum poſco non mi pretium dederitis. Ouidius Metamorpho ix. Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, nec mi Arcadiæ vaſtator aper. Horat. Ego met mi ignoſco Meuius inquit. Iuuenalis Saty. x. Non dubium. magna eſt fornacula pallidulus mi Brutidius m, a, m, f, o, a, Virgilius. vi. Et mi genus ab Ioue ſummo apud quos mi, ideſt mihi accipiendum eſt. Præterea ſcito (teſte eodem Mario) Prębenſus, & Vehemens modo duarum, modo trium eſſe ſyllabarum: quod vatum auctoritate comprobatur. Modeſtinus: Impoſitumque patrem collo, dextraq; prahenſum. & non credas in Virgilium argumenta eſſe Ouidij, ſed eſſe Modeſtini iuris con. Hæc obiter dixi: vt ab exemplorum non amouear propoſito. Ouidium Metamorphó. xij. R, q, c, trahitur noua nupta prehenſis. Idem Pont. iij: Officium nemo qui reprehendat erit. ecce hic prehendit triſyllabã. Idem Metamor. xiij. C, t, c, deprehenſus Vlyſſes. ecce prehenſus duarum ſyllabarum. Pruden. Pręceptor vehemens eundo firmat: eſt autem Phalecum carmen: vbi poſt Spondeum eſt Dactylus. Et quia aliæ primæ, aliæ mediæ, aliæ vltimę ſunt ſyllabę, tribus in ſequentibus Epographijs omnes digeſſimus. Nunc reſtat, vt quo modo prima dignoſcatur ſyllaba recenſeamus.

Mi blandientis aduerbium.

Mortuaria loqui.

Mi pro mihi.

Prehenſus.

Vehemẽs.

Argumẽta in Virgilij ſunt Modeſtini.

Quod modis primæ dignoſcuntur ſyllabæ. Cap. 4.

Syllabas cuiuſcunque dictionis primas octo modis dignoſci vno ore teſtantur omnes. Nos modis nouem (vel poſito pignore) diſſeremus: ſcilicet diphtongo, præpoſitione, poſitione, compoſitione deriuatione, vocali ante aliam, regula, exemplo ſimplici, aut duplici ſimilium literarum coniunctione, hos nulli ante me viderunt, nec adnotarunt & primo.

Omnium incuria.

De Diphtongo. Cap. 5.

Diphtongus vnde. Phtõgus.

Diphtongus (ſi Probo credimus) eſt quando ſunt duæ vocales ſimul iunctæ. Diphtongos eſſe quatuor latini idiomatis, Priſcianus, cæteriq; affirmant. & dicuntur quaſi habeant duas phtongos, ideſt voces. Præter quatuor diphtongos, quæ & pueris ſunt cognitæ, antiqui alias tres habebant. ſ. ai, ei, ou, Vetuſtiſſimi autẽ more Græco ai, pro æ ſcribebant: vt aulai, muſai, aquai, ei, pro i, vt veia, via, puereipueri. Sic apud Virgilium antiquitatis amãtiſſimũ. Furias Aiacis Oilei. Idem: Iam validam Illionei nauem i, ſ, a. Idem: Furtumq; Promethei. ſuper quibus ſupra retuli nec ſpernenda contra Seruium. Terentianus voluit hãc eſſe quintam: quia eitur ſcribendum putauit itur. ſic oueis pro ouis. omneis pro omnis pluraliter dixit Ou, in u, vt fouri furi. vnde non deſunt, qui vpilio pro opilio dici edoceant. Illud addendum eſt, antiquos Vocalem producendam geminaſſe: vt feelix, vyrtus, & quia latius apud aliquos de diphtongis habere poteris, nos prius ſeiugatis, quæ operi noſtro inſerenda iudicatum eſt, reponemus, ſed prius ex ſuperioribus felix ſine diphtongo ſcribi ediſces.

Ai, pro æ. Ei, pro i. Ou, pro u.

Vocalis longa geminabatur. Felix ſine diph.

De Ae, diphtongo. Cap. 6.

AE ſcribi, & non proferri proletarij ſciunt: quæ diphthongus in ſcanſione longatur: vt Aeneas aliquando ſequente vocali in compoſitis breuiatur. Virgilius. St. d, a, ſudibus ue prauſtis. ſic in præire, præeſſe. quā longauit Martianus Cap. 1. Præoptare caret ſ, q, p, a, n, e. Breuiatur etiā quandoq; in diuerſa dictione ſequente vocali contra Seruium, nihil in eadem dictione dicentem. Virgilius Georg. Glauco, & panopeæ & Inoo Melicertæ. quod carmen apud quoſdam in ſcanſione difficile eſt ideo hoc ſcāditur pacto Glauco, & Pano, peæ, & Inoos me licertæ, inferius videto vbi de Synalœpha fit mentio. Priſcianus in Perbi. (niſi auctorem mentiatur opus. nam aliqui dicunt translationem Dionyſii non eſſe Priſciani, ſed cuiuſdam Rhemnij Fanij, tamen ſemper Priſcianum allegauero:) Nunc magno nobis ſunt inſulę ore canendæ. Idem Continuaq; iacent Gymnaſię has Baleares. Virgilius: Inſulæ Ionio in magno. & ſi nonnulli Terentiano audientes, ibi pedem eſſe volunt Creticum, qui conſtat prima & vltima longa, media vero breui. Quandoq; Ae, remanet longa, ac non abijcitur. Virgilius: V, m, n, ſ, neque Aonię Aganippe. Ex quo multi decipiuntur, putantes in aliqua dictione finalem diphtongum ſequente vocali non abijci: quibus aduerſatur Virgilius: Dardanidæ infenſi m, c, ſ, p,. Reperitur ſępius, Ae, diuidi Ouidius Metamorpho. primo: Succeſit Aenea proles. Horatius Car. iij. Incluſam Danaen turris aenea. eſt autem carmen Aſclepiadeum. Virgilius: Quod ſuauis cantat aeden. Vnde multi ruſticitatis Fornaculę, literarum expertes bubſequæ proclamant Calpurnum Siculum (ita appello, non Calpurnium: quamquam & dici poteſt propter

Ae, dipht.

Seruio aduerſor.

Rhemni. fanius.

Ae, ſequente vocali breuiatur.

Ae, ſequente vocali non abijcitur & lōgatur.

Multi decipiuntur.

Ae, diuiditur.

Calpurnus.

Aliquorū nugas taxo

pter regulam, quam dixi in prima Epographia, vbi de, ph, diſſerui) erraſſe: quòd dixerit Aegloga. vi. Si dirus ſuperet vocalem aedona bubo, ſed verſus inuerſus eſt ſic nanq; legendum pręcipimus. Vocalem ſuperet ſi dirus ae dona bubo. ſic etiam Nemeſianus Aegloga ſecunda Vocalem longos quæ ducit edona cantus. hoc enim modo debet legi: quod vidit Diomedes Vida lotus interpres; non autem vt in tritis Codicibus eſt: Vocalē longos quę non ducit ædona cantus. reformabis etiam Ouidij carmen, quod hoc eſt: Non hæc Aeſonides nō filia Phaſias Aete. legito Non filia Phaſis Aetæ. Pro hac diphtongo ai poſuiſſe veteres paulo ſupra vidimus: ſiluai, Albai. In hac dictione iudaicum diuiſam eſſe diphtongum ait Geor. Valla, cum Iuuenalis dicat Sati. xv. Iudaicum ediſcunt. ita inquit ille: Diuiſit diphtongum: vt cum Hebraicum pro Hebræo, Achaicum pro Achæo, ſic Iudaicum pro Iudeo. an verum dixerit aliorū ſit iudicio, fidem meam non obſtrinxerim. In hoc ſcio ſyllabarum ſtructum refractarium eſſe, & exemplorum diſſidium. Pœtat aliquis an apud antiquos genitiuus, & datiuus ſingulares, primæ declinationis vno & eodem notarentur modo. Huic reſpondet Nigidius; qui (A. Gellio teſte) præcipit, in genitiuo ſcribi per ai, vt huius terrai in datiuo autem per ę, vt huic terræ, ex hoc apparet cognitos per ſcripturam fuiſſe caſus. Quærentes alij: An æ, & œ, ſint ex vna litera, aut ex duabus? riſum incutiunt nulli dubium ſit. quin ſint duę quod approbat Martialis: Neuia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur: tamen in prolatione in vnam cœunt. Hic Tortellij errores viſum eſt ponere, dicentis, Phaetuſa ſcribi per diphtongum, cum nulla ſit diphtongus. nam eſt quadriſyllaba dictio, vt infra adnotabitur. A-

via

Calpurnij verſus ex cultus.

Nemeſiani carmen reformatū

Ouidius à vitio defenſus.

An bene. Georgius valla.

Ai, dipht. In genitiuo

Ae, in dtō.

Tortellij error.

via quoq; diſcedit in dictione Danaē, ſcribens cū ę diphtongo enotari: cum ſemper ſit triſyllaba dictio, vt late diximus in adnotationibus contra ipsū. Delirat inſuper, cum ſcribat Paſiphen, cogitans triſyllabam, cum quadriſyllaba ſit dictio. Martialis: Vobiſcum Europe, vel proba Paſiphae. Aliter minime poſſet ſcādi verſus. Sulpitius quoq; edocet, aliquādo poetas per Synereſim ex duabus ſyllabis vnā facere: vt Fixerit æripedē ceruam pro ęripedē ego vero Virgiliū dico abſq; Synereſi dixiſſe, quia æs biſyllabū non eſt, ſed monoſyllabū. Ideo in exēplo apſitat, cuius et alij sūt municipales, niſi forte velim appellare ceruam æripidem velocem: aerios: ideſt leues habeat pedes. nos melius, quaſi æris pedes habentem, vt habebat cerua, quam cepit Hercules. Non ignoro tamen Lucretium, lib. pri. dixiſſe. Tum glacies eris flamma deuicta liqueſcit. vbi aeris biſyllaba fit dictio. ſic & Auſonius: Vincunt æripides terter Noneſtore cerui, vbi ab ære venit æripes.

Eiuſdem error. Eiuſdem error. Sulpitius. Aliqui lapſitant. Virgilij locus.

De Oe, diphtongo. Cap. 7.

OE, ſcribendam, & non proferendam omnes edocent: vt phenix. & ſemper longatur: quæ diphtongus aliquando diuitur. Lucret. iiij. Si quis forte manu premere, & ſiccare cœdit. quod idem fieri apud Grecos Priſcianus teſtatur. & ſciendum aliquando œ, diuidi, & o longari. Seneca in Troa. Quæ ſub oetę latebroſa ſyluis. in quo Saphico, œ, ſpondeus eſt, quòd in œte fit diphtongus, Ouid. Edocet eſſe Deos dixit, perque altam ſaucius Oeten. ſic Sidonius: Oeta. Thraces equi, boues Hiberæ. Quandoque, oi, in, œ, verti legimus: vt Euboicum Eubœum. Oe non eſt in Phaetonte vninerſale: vt inerudite dicit Tortel. quod multi ſcitu difficillimum eſſe referunt, cum apud Ouidium

Oe. Oe, aliquādo diuiditur. Oi, in œ.

legi

legi poſſet diſſyllabum, & triſyllabum: ſed accipiatur exemplum: quo viſo, Phaeton eſſe triſyllabam cognoſcent dictionum. Mart. v. Deucalion, vel ſi non placet hic Phaeton. ſi enim non eſſet triſyllaba, carmen non ſtaret. Similiter in Phaetuſa: licet (teſte Quintil.) P. Varro dixerit per ſyneresim, quam complexionem dicimus: Cum reflagranti deiectum fulmine Phaeton, ſic Manilius pri. Phaetontem primo curru per ſigna volantem: videto Varinum de diphtongis. in meotis, & geometer aliquando ſequente annuente vocali corripitur, diphtongus: vt alias dicemus. Et memoriæ dãdum eſt, œ, apud antiquos poſitam pro e, pro u, ut coerauerunt curauerunt. pro i, vt ex monumentis ait R. Volteranus & antiquis voluminibus: vt Soloe pro Soli.

Tortelli error.

Sineresim cõplexionem dicimus.

Oe, pro u, Oe, pro i.

De Au, Eo, & Ei. Cap. 8.

AV, eu, & ei, (teſte Beda) Proferimus: vt audio euge. Heu modo monoſyllaba eſt. Virgi. Heu furijs acceſa feror. modo biſyllaba, teſte Seruio ij. Comen. Verg. Eheu quam pingui macer eſt mihi t, in a, eritq; ſcribendum hoc pacto quando erit biſyllaba Eheu. Ei, apud Græcos i, ſonat. & aliquãdo (teſte Theodoro Gaza) ei in aliquibus verbis eſt, quorum deriuatum per i, ſcribitur, & nonnunquam ſyllaba corripitur: vt λείβω libo, λίβανοσ nomen montis, Dionyſius in Perhig. ἠ καὶ ποταμοῖο πεπαυομένου λιβάνοιο Au aliquando ſeparatur. Catul. Verboſa gaudet Venus loquela. Idem, Si linguam clauſo tenes in ore. ſunt autem carmina Phalec. quibus poſt Spondeum Dactilus eſt. Eu, ſequente vocali non abijcitur. Sedulius, Non onitrus potuit Chriſtum, ſeu Angelus vllus. & cum inualida ſit Seduli auctoritas, Ouidium ſubijciemus, Heu vbi pacta fides Idem Hæu, vbi nunc faſtus. Idem Metamorpho.

Au, eu, ei. Heu. Eheu.

Ei, in i, breue.

Au, ſeparatur.

Sedulii auctoritas inualida.

Eu, non abijcitur ſequente vocali.

morpho.iij.Iterabat vocibus heu,heu. alij tamen volūt in iјs exemplis eheu biſyllabam legi. Nam & Plinius lib. de grammatica, ait: Multas eſſe dictiones biſyllabas, & monoſyllabas:quod retulit Seruius.ij.commentario.Sed cum aliud Ouidij carmen perlego, video eu abijci:At tu ſi qua pia lynceu eſt tibi cura ſororis .in quo eſt verbum poſſet abijci.alios conſule.ſufficit ſcias me noua reperire multa: & quid ſentiam oculis obijcere. Ei diphtongum eſſe ſuperius vidimus.Nam cū ſcribimus Tydei, Orphei, e, & i, non ſeparamus,ſed coniunctim enunciamus: ne quintam potius,quàm ſecundā declinationem ſignificet: qua duntaxat in Græcis vtimur, quando in latinis hæc non ſit diphtongus. Catullus.Omnibus eſt Theſei dulcem p,a,vel eſt quod ait Seruius antiquitus prolatum eſſe Theſes.Theſi. quem auctorem priuſquam omittam, non poſſum quin errorem eius enotem,dicentis Virgilium propter ὁμοιτελευτὸν. *ſ, literam detraxiſſe,in hoc T, r, d,atque immitis Achili,ego magis dicerem ibi eſſe declinationem Grçcam:vt Achilleus Achillei,ei, in i,verſa: quod apud Horatiū inuenies: Heu peruicacis ad pedes Achillei: vbi ei,biſyllaba eſt dictio. ſic,& Auſonius: Sed neque Pelliden terrebat Achillea Chiron. ſimiliter Vliſſeus,Vliſſei, apud Horatium eſt, icci rco diſcas aliquando ei,ſegregari:vt etiam apud Manilium Aſtron. Perſei,& Andromedæ pęnas,matremq; dolentem.Seneca,Sparſus cruore,Caucaſus Promethei: vbi, Thei,Iambus eſt. vnde obiter cognoſcas,quando aliqua ſegregatur diphtongus breuiari primam vocalem illius diphtongi,quam & lōgari inuenio Iuue. Perq; tuum pater Aegæi Neptune tridentem.Pius vero Baptiſta in commen.Plautum ait,Vlyſſei, dictum à Plauto vt diei, quia i n vtroque produ-*

Eu,abijcitur ſequente vocali.

Ei.

Seruij error.

Achilleus

Vlyſſeus. Ei,diuiditur.

Baptiſta Pius errat

producta eſt penultima: qui ſi bene rimatus fuiſſet, id dixiſſet nunquam cum apud Plautum. & naturaliter Vliſſei, & Achillei penultimam corripiunt: ceu vidimus in ſuperioribus exemplis. Dicent fortaſſe literarũ curioſi: Cur diſcretim iſtæ ponantur dipthongi: quòd in laus, & Orpheus ſit, in Nicolaus, & cæreus minime. Aduerte lector. Nam ſi in vocatiuo ratam, & ſolidam inuenies diphtongum, in illis dictionibus diphtongus eſt: vt vocatiuo o laus, o Orpheus. ſi vero diphtongus nulla in vocatiuo fuerit, nec in nominatiuo quidẽ eſſe poterit: ut Nicolaus Nicolae, cereus ceree. ecce diphtongi ſonum corrumpi. Et ne rudiores hæſitent: O Nicolae, non eſt diphtongus, cum æ, ſcribatur tantum, non proferatur: in Nicolae autem enuntias. Hanc regulam concinnaui Marte proprio admodum adoleſcens: licet apud vnum inueneris, quem auctorem eo tempore nondum audiueram, ne dum legeram. Hanc regulam ſi vidiſſet Prudentius, non erraſſet, putans Matthæus, & Chananeus habere diphtongum, cum O Matthæe, o Chananee in vocatiuo faciant. Carmina Prudentij ſunt hęc in Apoth. Latranti obſiſtit Matthæus, rabiemq́; fefellit idem in Amart. Surgit in auxilium Chananeus, atque agmina denſat. Et ſi aliqui in primo verſu excuſare falſo tentant, quia Matthæus venit à Theos: quod in penultima breuiatur: vt Thimotheus: non autem longatur: vt perperam vulgo proferunt; ſed ipſe dicere Matthæũ ſcribendum eſſe duplici tt, & in æ, diphtongum fieri. Et quia de erroribus circa diphtongos mentionem fecimus, aliquos Tortelij errores percurremus. Amphiaraus contra ipſum profertur in fine Ouid. pon. iij. Notus humo merſis Amphiarus equis. vbi ſi legas Amphiareus cum diphtongo: vt præcepit ſcandi non poteſt verſus

Regula pulcherrima.

Diphtongus in vocatiuo permanet.

Prudentii errores duo.

Thimotheus in ſyllaba.

Tortelij error.

Amphiaraus pentaſyllabum.

ſus Sidonius : Nec quos Amphiaraus, aut Melampus. **Tortel. errores duo.**
eſt carmen Phal. Spondeum, Dactylum, & tres conti-
nens Trocheos Pyreneus, & Phineus, hæ duæ dictiones **Pyreneus.**
contra eundem cum eu diphtongo enuntiantur. Ouid. **Phineus.**
Meta. v. Vergineas mentes, diruſq; ante ora Pyreneus
Idem. vij. Phineus viſus erat iuuenes q, ã, c, ſic in Ty **Tiphoeus Tortel. error.**
phoeus errauit idem Tortellius, dicēs in ſecunda habere
diphtongū, cum ſit in vltima. ſ. eus quod vatum compro
batur auctoritate. Ouidius Faſtorum quarto: Alta ia
cet vaſti ſuper ora Typhoeos ętna Idem Faſt. pri. Quas
quoties perflat ſpirare Typhoea credas. vbi neſcio quæ
maniloqua Conſtantius Fanenſis, & Palus Marſus eſ **Conſtātij fanēſis error.**
futiunt. Quid condoles Arretine? non ne etiam in di-
ctione Pentheus nugas blattis, dicens: In accuſatiuo fa **Pauli marſi error.**
cere Pentheum, vel penthea Statius: Pentheumq; tra-
hes. Hui quid ſcribis? an apud Statium Pentheum ſub-
ſtantiuum eſt, an adiectiuum? adiectiuum certe. Ty-
phim, & aurigam habes Priſcianum eadem dicentem,
cum tuo præceptore obliteſcas, apud Statium ita legi- **Priſciani. Tortelijq; error.**
tur: Pentheumq; trahens nondum te phœdimus æquo
Bacche genus. Quæ verba (ſi recte memini) habentur **Statij locus.**
Thebaidos lib. ij. vbi Pentheum adiectiuum eſt, nō ſub
ſtantiuum. Hæc adnotaſſe volui, vt ſimili errore cęcu-
cientem Georgium adnotarem Vallam. A me ſtipula **Georgij Vallæ error.**
bitur aliquis An in accuſatiuo horum nominum in eus
diphtongo terminantium, eum ſit diphtongus, aut ſit di **Eu dipht. in actō nominum in eus diphtongus.**
ſyllaba dictio. reſpondeo: Diphtongum eſſe proculdubio,
quod exemplis comprobauero. Sidonius, Orpheum vi
ſere, qui quotidiana. eſt verſus Phal. vbi. Orpheum
Spondeus eſt. Hæc vt verificatoribus conſulerem di-
xiſſe volui. iam ad alia tranſeamus.

De prepoſitione. Cap. 9.

A, præpoſitio. B, propoſitio. Prudentiũ miror.

PRæpoſitioni compoſitæ quanta per ſe fuerit, tanta inhæret ſyllaba, vt *A*, quia producitur, ĩ cõpoſitione ſimiliter elongatur, vt ammitto auello. *E*, longatur ita in euado. Ex hoc Prudẽtium miror in hoc carmine Cate, Quem pétram loquitur doctor egregius. eſt enim carmen Aſclepiadeum: vbi doctor e, Dactylus eſt ideo e, breuiatur contra regulam, & naturam. Et licet g, & r, ſequantur, tamen non poteſt breuiari. mox etiam in ea dictione lapſus eſt, longans, gre, in dictione, egregius: quod alias dicemus. De, in compoſitione producitur, quia etiam natura producta per ſe eſt: vt deduco, dedo, deditus. ſi ſequatur vocalis breuiatur. Horatius: Vt ſpecioſa dehinc miracula promat. Virgilius: Iis vnda dehiſcens, aliquando ſequente vocali longa permanet. Ennius, Annalium. xiij. Annibal audaci dum pectore dehortatur. In, deerit, deeſt, deeram, deero, longa eſt, facta Sinæreſi. Ouidius Metamorpho. pri. Deerat adhuc. ſimiliter in deinde, & deinceps, in quibus tamen aliquando breuiatur. Præ ſimplex, & compoſita longatur: vt præpono. ſi uocalis ſequatur breuis eſt. Virgilius. Sudibusúe præuſtis: ſic in præire, præeſſe, præacutus. Ouidius Meta. vij. Quos ubi viderunt: præacutę cuſpidis haſta. aliquando longa remanet. Statius Theb. vi. Vacuus domino præiret Arion. Virgilius Nec tota tamen ille prior præeunte carina; hic omnino prælongari edocet Victorinus, ut fiat Synalepha. Hunc non immerito arguit Beda: eo quòd Synalepha nõ fiat in media dictione, Bedæ ideo inhærendum admonuerim. Alij defendunt Victorinum, dicentes: In hoc, Aluearia uimine texta, fieri Synalepham, hi, & ipſi decipiuntur, nã ſynalepham adimit precedẽtem, non ſubſequentem,

Prudẽtius labitur. De.

Præ.

Victorinus arguitur. Victorinus falſo defenſus. Synalpha

quentem vocalem. Iccirco ibi dixerim forte Synereſim
fieri vel quòd Virgilius in aluearia vſus fuerit Anti- præcedenti, a ſimili vocali.
acchio pro dactylo, vt Bedæ ſententia eſt. Victorinũ Victorinus excuſatur.
liter excuſandum (ſi excuſari compos eſt) cenſerem:
ſcilicet Virgilium in præeunte feciſſe, quod in deerat fe-
cit Ouid. videlicet facta Synereſi. hoc legentum iniun-
xerim iudicio: tamen melius in prĕeunte breuiari præ-
dicendum eſt: vt etiam apud Ouidium reperitur: Et ve-
nit ſtella non prĕunte dies. vbi niſi præ corripiatur, ſcã
di non poſſet verſus. Maturantius præterea alioqui ex- Maturantius incautus.
*quiſitiſſimus, inquit: In ijs quĕ compoſita non ſunt, & *
diphtongum non habent, plerunque corripi: vt pretium,
premo, ſed quid ad Rhombum vt (dicitur) ideo incaute
ea appoſuit. ſi mentio fit de præ, præpoſitione, propoſi-
tioni inopportuna inſeruit, & interpollauit, quod & Ge Georgius Valla incautus.
orgius Valla fecit: tamen minor incuria eſt ſequentium
magnos Duces, nam & Seruius, & Beda eruditiſſimi Seruius & Beda incauti.
prius poſuere. Cur id ſit factum, ipſi viderint. Se, compo
ſita producitur: vt ſeduco: niſi à vocali incipiente: vt Se præpoſitio.
ſeorſum. In hac dictione tamen, e, abijci aliquando in Di præpoſitio.
ſcanſione in prima diximus Epographia licet aliqui Vnum miror.
quod non improbo) o, velint collidi. Di præpoſitio lon-
gatur: vt diligo. Ex hoc miror illum multijugæ erudi-
tionis examen, meum corculum, meas delitias dicen-
tem, ſimilem diligit ſibi quiſque. Valete. quem in ta-
lem incidiſſe errorem non perſuadeo. Sed dicent aliqui,
Me duriſſimum aggredi pondus, ſi omnium errores re-
cenſeam: velim hi ſciant: hoc me non aggredi, cum apud
quoſdam Neotericos poetas tot ſyllabarum errores in- Neotericos poetas aliquos non taxo.
ueniantur: vt centum vix contineri poſſent volumini-
bus. tacitos prætereo, ne caninam exercere rabiem di-
car. interim caueto dum perſequar, breuiatur tamen à

Græco in dilema. apud nos in deſertus, & dirimo. quod
Ioan. Paſtranenſis incuria. *Ioan. Paſtranenſis, & aliqui minime annotarunt. Ad,*
Ad, Ab, Ob. *Ab, Ob, ſi cum dictionibus à conſonante incipientibus ſocientur, longationẽm poſtulant: vt abduco, abſum. obdo. ſi vero à vocalibus correptæ ſunt: vt adeſus, abeſus, obintro. Si vero cum iacio componantur, modo longantur, modo curtantur: cum longantur, per duplex ij, ſcribimus: vt adijcio, abijcio, obijcio. ſi autem corripiuntur, per ſimplex i, notari præcipit Seruius: qui alio*
Seruij regula. *in loco ſuper ijs ait: Ad, ab, ob, corripiuntur, cum creſcendo diſſyllabum, reddunt, vt adit, obit, inde, indifferenter ponuntur cum triſyllabum faciunt. vt adijcit, obijcit producuntur tantum modo cum triſyllabum ex ſe reddunt: vt adijcio, abijcio, obijcio: quod etiam di-*
In. Sub. Con. In. *cit Beda. In, & ſub, ea regula qua, ad ab, ob, contineto. Con, & in, ſi cum dictionibus ab ſ, aut f, incipientibus componantur, longato, aliter breuiantur, teſte Cicerone ſed naturaliter loquitur. vbique enim apud poetas*
Re. *longantur ſequente conſonante. Re compoſita corripitur: vt repono: niſi refert, quando ſignificat vtile eſt,*
Aliqui damnantur. *aut diſtat. Iuuenal. Quid refert quanta ficcum iecur, a, i, licet & aliquando corripi in ſexta dixerim Epogra. quando componitur cum iacio, ſimiliter eſt vt in ſuperioribus. Aliqui tamen faciunt diſcretionem quòd ſi hæ reperiantur breues. ſ. ad, ob, ab, in re, ſub, componantur ab icoicis, ſi vero longæ a iacio & merito tunc geminandum ij, quia à iacio propter i, & a, conuerſam in compoſitione in i. Quorum differentiam non tantum dãno, quàm vitupero quoniicoicis primam longat vt legere poteris Epogr. tertia & latius habes apud A. Gellium lib. iiij. cap. xvij. in retulit, reperit, recido: relatus, repulit, reliquus, reduco, quanta re, fiat in vi. dicemus*

Epogra.

Epograph. Re licet componatur cum dictione a duabus conſonantibus incipiente, tamen breuiatur. Lucanus Phar. ij. Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reſciſſos, licet aliqui legant reciſos. longatur etiam. Ouid. Meta. Et ij, ſi reſcindere magni. Pro, aliquando breuiatur, vt profeſſus. aliquando longatur: vt produco A. Gellius. lib ij. cap. xvij. & Pylades municipalis noſter, Georgiusq; Valla uberius dixerunt. Hæc omnia tamen breuiantur, propheta, pronepos profanus, procella, proteruus, profanum, profundum, profatus, profuſus, profeſtus, profecto probatus. longantur iſta, proficio, prodeo proluo, prouoluo, proficio, profligo, profectus, procuro, profuſus. ambigue hęc tria vt, in ij. leges Epog. Pro.

De poſitione. Cap. 10.

P*Oſitione longari ſyllabam nemini dubium eſt, & oportet: vt uocalis quæ poſitione fit langa naturaliter ſit breuis, & hoc pacto ſit longa. nam quæque conſonans dimidio conſtat tempore. vocalis breuis vnius eſt temporis: duæ conſonantes alterius: ideo duobus temporibus fit longa ſyllaba. Fit autem poſitio (Diomede teſte) vij. modis, octo dixit Aſper. & pluribus innuit in editione prima Donatus, ipſos legito. Primo: cũ correpta vocalis in duas deſinit conſonantes: vt eſt: In ſeceſſu longo l, i. p. Secundo, duę conſonantes, ſequuntur: ut Arcis Romulæ. Tertio ſi deſinat in duplicem literam: ut Nox ait. Quarto, ſi una quæque dictio in conſonantem terminet dictione ſequente à conſonante incipiente, ut dixitq; & prælia uoce diremit. Quinto ſi ſequens à duplici incipiat, ut axis, Mezentius, quod improbatur à Beda, quia, inquit, in diuerſa dictione ſi breuis eſſet uocalis, & ſequeretur a, z, incipiens dictio, non poſſet lõgari, ut Nemoroſa zacynthus. ipſum legi-*

Poſitio. quot modis fit.

Beda contra Diomedem.

to.ſic apud Lucanum, tumidum ſuper æquora Xerſem. Iccirco abſq; dubio huic adhærebis ſententiæ, quòd ſi aliqua dictio in breuem vocalem terminet, ſequente litera duplici, non longatur. Sexto, ſi dictio deſinat in unam conſonantem, & excipiatur à uocali conſonantis loco poſita u, vel i, vt At Iuno, At Venus. Septimo cum correpta uocalis deſinet, & interpoſita i, excipiatur à uocali ut Troiaq; nūc ſtares.eſt ideo quod diximus in prima Epographia ad enodandum griphum Seruij. Examinandum tamen eſt, ſi una in uocalem breuem deſinat dictio nunquā illam uocalē produci: licet ſequatur a duabus conſonātibus incipiēs dictio, quod paulo ſupra diximus, Horatius: Non faſtidiſſe Strabonem. tamen Maturantius opponit propter illud: Painteſq; fluuios, & in alijs quamplurimis: qui ſi uidiſſet Seruij opinionē quam in quinta recitabimus Epographia, talia poſteris mandaſſet nunquam. Nihil autem refert: quòd ſequens dictio, ſeu à duabus conſonantibus, ſeu à duplici litera incipiat, ſi præcedens ſit in fine breuis. Ex hoc non poſſum non mirari, Diomedem, Capellam, Victorinum, & aliquos, dicentes in hoc. Nemoroſa Zacynthus, ſa breuiari: quia aliquando z, duplicis uim perdat; omnino licet haberet uim, ſa ſemper breuiaretur. Et ſi id comprobare uoluiſſent, in eadem dictione exemplum adducere debuiſſent, ſed copioſius in.vi.referetur: ubi de cōmunibus diſſeremus ſyllabis. Similiter Nicolaus Ferretus inquit Gibbus, & acre malum ſæpe ſtillantis occelli e, longari propter, ſt, non enim ſæpe, ſed ſemper apud Iuuenalem legitur: ideo deceptus me ſinat progredi niſi forte uelit cunctari obijciens Terentianum. quem ſequitur dicentem; Dictionem ab s, & alia conſonante incipientem, poſſe breuem uocalem elongare; ut Vnde

Bedæ pl. nio placet

Maturantius fallit.

Diomedē, Capellam & Victorinū miror.

Nicolaus fer. decipitur.

Iuuenalis locus.

ſpiſſa

ſpiſſa coma: Ecce ſtagnam adent. An bene Terentianus dicat, alij uiderint mea quidem ſententia non ad mittendum cenſeo. An bene Terentianus.

Cōpoſita quędam a ſimplicibus diſſona.

De compoſitione. Cap. II.

Compoſitio cognoſci primam ſyllabam ſemper inducit: vt ſi te lateat quantá ſit po, in pono: in compoſitione præpono cognoſcis accentu demon ſtrante. In compoſitis nanque tanta eſt ſyllaba, quantã in ſimplicibus videmus eſſe, niſi in quibuſdam paucis. Nubo, nu, longat. pronuba, & innuba breuiatur. Ouid. pronuba Tyſiphone. Idem: Et innuba laurus. In connubium, nu, variatur: quòd in ſexta docebimus. In iuro, in longatur. in peiero, deiero breuiatur. In dico di cis longatur: in fatidicus, falſidicus, & ſimilibus bre uiatur. In ſopitus, ſo, lõgatur: in ſemi ſopitus breuiatur. Ouid. Semiſopita manus. Agnitus, & cognitus itidẽ breuiantur in media à ſimplici longo: quod eſt notius. in fio & ſuffio à fio lõgo etiã breuiantur. ſi Barziſio credimus. ambitus ta tum, lõgatur in penultima à breui ſim ci. & quia de compoſitione partem ſubiuimus quanta ſit ſyllaba in aliquibus Græcis cõpoſitis enarrabimus.

A protos compoſita producuntur, quando Græce ſcribitur per ω, vt Proteſilaus. Ouid. Proteſilae cadis & primum ſignificat: vt protomartyr: ideſt martyrum primus. tamen inuenio aliquos protomartyrem breuiare. & hæc eſt ratio: quia aliter in carmine poni non po teſt hexametro: ſed placeret magis: vt to. longaretur carmine annuente, quàm, pro, breuiaretur. non mireris tamen me in Theonabaſi: quod dixerim: Quòd teſtes di uini operis protomartyr Agyrtes. eſt autem procælium carmen. de quo in Arte breui dicemus: vbi de heroicis ſpeciebus fiet mentio. Et ne aliquis diu quid theona- Protos in compoſitione. Quintianum non mireris.

 baſis.

Theoandrogeniti. Theothanatos. Theoanaſtaſis. — baſis ſignificet, ſcire ĩmoretur, viſum eſt breuiter quid de Chriſto rerum opifice compoſuerim, ac ediderim interſerere. Iam triennium eſt, quo Theoandrogeniti.i. Dei. hominiſque natiuitas: Theoandrothanatos.i. Dei, & hominis mors: Theoanaſtaſis.i. Dei reſurrectio. Theoanabaſis.i. Dei aſcenſio, in lucem noſtra prodiere opera. Quæ, quoniam plauſibiliter ab omnibus releguntur

Theocriſis. — Theocriſim.i. Dei iudicium propediem editurus non ſupprimam.

Mache in compoſitione. — Amache in compoſitis, ma corripitur. Virg. Hectoris Andromache. & pugnam ſignificat: vt Antimachus: ideſt contra pugnam.

Ariſtos in compoſ. — Ab ariſtos compoſita, ideſt optimus. à breuiant. Ouid. Iunxit ariſtides. Iuue. Siquis Ariſtot.

Monos in compoſ. — A monos: ideſt ſolus, compoſita mo breuiant, Virgil. vi. A, ſ, a, atque arce Monœci.licet in Monychus longetur.

Cratos in compoſitio. — A cratos corripiunt, cra. Lucil. Villicum Ariſtrocratem mediaſtinum, atque bubulcum. Audio tamen Neotericorum eruditiſſimos Socratem media longa pronunciare, Sidonij forſan auctoritate nixos: Quas atomos vocat ipſe leuis Socraticæ poſt hunc.

Galli non eſſe quod & peritur. fragmentum. — Adducunt inſuper exemplum Cornelij Galli, Socratem palmam promeruiſſe ferunt. riſu diſrumpor, & cachinnabili plauſu quatior, cum cogitem illa carmina, quæ ſub fragmento circumferuntur, eſſe Galli veteris poetæ, & Maronis ſynchroni. Parcat eorum iudicium, dicam quid ſentiam. nam vel poſito grãdi pignore diſputauerim, illud opus non eſſe alicuius claſſici ne dum Galli: præſertim cum ſæpius in eo claudicantes inueniam verſus. Non deſunt referentes illa carmina à quodam Maximiano fuiſſe compoſita

Maximianus. — Hanc noſtrã opinionem comprobabũt docti, in 6. tamen aſpice Epog. & cratos robur ſignificat.

Hecaton in cõpoſ. — Ab hecaton.i. centum, he & ca breuiant, Iuuena. Exiſtunt qui promittunt hecatombem.

tombem. A poly, po, & ly, breuiatur. Ouid. Iãq; tuos pectis raſtris Polypheme capillos. & ſonat apud nos multum, vnde aliqui Pulydamas, non Polydamas legunt. alij etiam Polydamas legi inſinuant. nos alias quid ſentimus diſcurremus A philos: ideſt amor breuiantur. Ouid. Iterum videre Philippi. aliquando longantur neceſſitate vrgente metri: vt philoſophus & tunc ſecundum aliquos l, duplicatur. A phagos compoſita breuiantur, ideſt comedens, vt Lotophagi. A theca longantur. vt Bibliotheca. A doro: ideſt donum, longantur. Virgilius: Nam Polydorus ego. A cacos: ideſt malus, breuiantur. Iuue. Saty. vij. Scribendi cacoethes, & in æ, c, ſ. A licos: ideſt lupus, breuiantur. Ouid. Notus feritate Lycaon. A chir: ideſt manus, ambigue: vt poteris exemplis cognoſcere. Martia. Chirurgus fuerat n, u, d. Idem: Porrigit hæc chiragra eſt. Ab hyper: ideſt ſupra, breuiantur. Iuue. Exul Hyperboreum ſ, d, a, a. Ab epi: ideſt ſupra ſimiliter breuiantur. Marti. Scribens Epigrãmata cartis. A genos: ideſt genus, breuiantur. Auſon. Diogenes cynicus. vnde ille Petrus a Barbaris cultus tanquã Iupiter (vt in multis) errauit. dicens: Scripſit Origenes quæ non tenebroſa fuerunt. Hunc corrigo velut rancidum; & indoctum poetam. Nam petrus ille neq; a me admittitur, neque admittetur vnquam. A ſtratos, ideſt exercitus, ſtra breuiant. Martia. Conuiua Philoſtratus vndis. A batis, ideſt ambulans, breuiantur. Iuuenal. Augur Schœnobates. Ab agatos, ideſt bonum corripitur. Auſon. Cęnaſſe Agathoclea Regem,

A telos compoſita, ideſt finis, breuiantur. Iuuenal. Si quis Ariſtotelem ſ, u, p, e, vnde errant Ariſtotelem dicentes per i, non, e blatrent quicquid velint Andreas

Poly in compoſ. Philos in compoſ. Phagos in compoſ. Theca in compoſi. Cacos in compoſi. Lycos in compoſi. Chir in cõpoſi. Hyper in compoſi. Epi in cõpoſito. Genos in compoſi. Vni error Stratos in compoſi. Batis in compoſi. Agathos in compo. Telo in compoſi. Aliquorũ error.

dreas Carmel. & eius æmuli ita Varinum proferre ſolitum dicentes. quod ſi ita eſt, & ipſe errauit, quod nõ credo. A pyr, in aliquibus longatur, & in aliquibus breuiatur. Mart. Barbara pyramidum. Ouid. Flãmasq; imitante pyropo. & ignis apud nos dicitur.

Pir, in compoſ.

A bi, & tri, breuiantur: vt triſulcus, bicornis. Auſon. tamen longauit: Et trifatidicæ nomen commune Sibyllæ. Alia ſuccurrunt, quæ breuitatis cauſa omitto. ad alia ergo tranſgrediamur.

Bi, in compoſ. Tri ĩ cõp.

De Deriuatione. Cap. 12.

DEriuatione item quanta ſit ſyllaba cognoſcitur, vt ſi primitiua vox longa ſit, deriuatiua longatur: vt donum donatio. Et aduerte in verbis ſi eadem literaq; ſequetur vocalem in deriuato, quam in primitiuo videbis: tunc deriuatiuum primitiui regulam ſequetur: vt moueo in mouendus o, ante u, breuiatur. ſi vero alia ſequetur litera, permutabitur ſyllaba: vt mobilis, momentum, momen apud Lucretium Sed inueniuntur quædam, quæ licet ueniant à longis tamen breuiantur: & quędã à breuibus, quę longantur.

Deriuata breuia, quę primitiuis longis. Cap. 13.

Philippũ Beroaldũ non admitto.

Aggeruus

DIcax a dico dicis. plagiarius a plaga. quámquã Beroaldus velit a verbo gręco πλαγιάζω: ideſt in obliquum verto. quod non admitto. ſtabilis a ſto. titulus a tutando, aceruus ab aggere: quaſi aggeruus. ſodalis a ſuadeo. ſagax a ſagio. anus ab annis. coma a como. vir a vi, virtus a viro, teſte, Cice. femur a fęmina. omaſum ab omine. bubulcus a bubus. oculus ab occulo. acerbus ab acer. fatuus a fatum. ligula a lingua, genui a gigno. potui a poſſum. poſui a pono licet

licet & poſui protulerint veteres. Domus à doma: quod tectum dicitur: & per ω apud Grecos ſcribitur. ſopor, & ſoporo a ſopio. vadum a vado, ariſta ab areo lucerna a luceo: vel (vt alij) a lychno. quater a quatuor. farina a farre. diſertus a diſſero. fragor, & fragilis à frango. dux ducis a duco. offella ab offa. Niphates a νιφεῖν: quod per diphtongum ſcribitur aqua ab equitate. mamilla a mamma. fides a fio quòd fiat. ſiquidem a ſi & quidem. nato natas a no. odium ab odi alij volunt ab odio, quo verbo vtuntur Victorinus, & Seruius. vnde & oditur apud Tertullianum eſt. Lotium a lotum. curullis a curru. manus a munio, vitium a vito, vel a vincio: vt vult Victorinus. viroſus ſecundum aliquos a virus apud Lucil. Saty. vij. Venio ad vitulam, atque viroſam. vtitur etiam Serenus ſed magis a viro deductum dicerem. nam viroſæ mulieres dicuntur virorum appetentes; latius videto in iij. Epogra. cap. iij. cætera poetarum multiplici lectione inuenies. Aliqui etiam (inter quos eſt Neſtor, & Sulpitius) ſigillum, & tigillum dicunt a ſigno, & tigno. Hoc non dixerim ipſe: præſertim cum in tigno, & ſigno g, & n, ambiguã faciant ſyllabam: ideo merito breuiantur: vt cumulatius in vi. dicemus Epographia.

Viroſus. Lucilij, & Sereni locus. Aliquot ũ incuria. Neſtoris incuria. Sulpitiuſque. Tignum, Signum.

Deriuatiua longa a Primitiuis breuibus. Cap. 14.

TVbera a tumeo. humanus ab humo, vel homine. ſedes a ſedeo: licet ſedile omnino breuietur, ſtaturus a ſtatum tegula a tego. vitupero a vitiũ & paro. ſerium a ſine, & riſu: vt vult Marcellus, gradiuus a gradu: vt ait Feſtus: tamen ambigue ponitur. laterna a lateo. ſeculum a ſequendo: vel (vt vult Varro)

rõ) a ſene, vel a ſeco. rapum a rapio. lex legis a lego lego gis ſecundum aliquos. ſed potius a lego legas dici exiſtimo: & tunc ſyllaba ſuum ſeruaret menſum. Iucundus a iuuo, non a ioco: vt male Maturantius ſentit. Sulpitius ait a iuuos & tamen incurioſe poſuit in regula o, ante c, cum ſcribatur Iucundus. binus a bis. trinus a ter. totus a tot. Rex regis a rego, denus a decem. nonus a nouem. vox vocis a uoco. vena a venio. vomer a uomendo, iumentũ a iugando, teſtibus Marcello Varrone, & A. Gel. lib. xx. cap. 1. ſuper qua dictione corrigitur Sulpitius a Neſtore: quòd dixerit a iuuo. Neſtoris incuriã tamen taxamus, cum & Sulpitius Lactãtium, & Columellam auctores habeat. caſus a cado, latus a tuli. vires a vireo, nequam a nequeo. remus a remoueo. caſeus a coacto, ſumen a ſue. liquitur a liqueo. viginti a bis & decem. iugerum a iugo. rete a retineo. petus a petendo, humor ab humo. ſecius a ſecus. Virgil. Nõ ſecius ac rotat enſem aliqui tamen ſegnius legunt, alIud exemplum addam Silli Pun. vi. A, c, non ſecus vndique dextram, quanquam Philologus ſetius pert, ſcribit, & a ſecus venire inficiatur. Lictor a ligando, ſi Valgio credimus Ruffo. fomes, & fomentum a foueo. ceritus a Cerere, feralis a ferendo: uel quòd antiqui (ſi Domitio credimus) mortem feram dixerunt. pedor a pede. mobilis a moueo, monychus a monos. alia plurima apud poetas inuenies. Et memoriæ tenendum eſt, aliqua breuiari in prima poſitione, in poſſeſſiuo, vel patronymico longari: vt Stoa ſtoicus. Priamus Priamides ad auctores confugias: quia ſyllabarum ars potius auctoritate, quam regulis dignoſcitur. ſed intende omnes ſyllabographos erraſſe: cum etiam iunior longari a iuuene notent: cum iunior non a iuuene, ſed a iuue

Maturantius male ſentit.

Sulpitij incuria.

Iucundus.

Sulpitius defenditur Neſtoris incuria.

Syllabæ auctoritate magis, quam regulis.

Syllabographorũ error.

ne

ne exoriatur. Latius legito in. iij. Epogra. vbi de u, ante n, fit mentio.

De vocali ante aliam. Cap. 15.

Vocalis ante aliam in latinis dictionibus breuis eſt: vt Deus, melius, excipito fio, cum ſit biſyllabum: vt fies, fiam, fiet &, vt teſtatur in accentu Priſcia. (modo Priſcianum illud redoleat opus) nulla eſt alia latina dictio, vbi i, ante o, longetur: niſi in hoc verbo fio. Si vero poliſyllabum erit, niſi r, ſequatur e, itidem longatur. vt fiebam fiebas, fiebamus, ſequente autem r, breuiatur: vt fierem fieri quod non tetigit Maturantius: tamen (teſte Donato) in fieri, fi longa protulit Ennius, ſic non audiendus erit Prudentius qui duplici labitur errore, dicens: Hyppolitus fiat, ergo agitet, turbetq́; iugales, & alio in loco: Cur veſtri memor vt fiam rogatus. In quibus, fiat, & fiam, prima breui falſo enunciauit. Partes egiſſet ſuas Ianus Parraſius ſi hęc adnotaſſet vt multa alia in Sedulio fecit, et Prudentio. Excipiuntur quoq; quæ vocalem ante aliã longam habent: vt aer dius dia dium. Orpheus in Argon. πισφόνκτέ καὶ ἀλκὼ τώχ αι διαμέγαιgα, licet (teſte Seruio comment. xi.) videatur a διόσ venire: quod breuiatur. ideo deriuatio a principali diſſentit: vt eſt etiam Chius chia, chium, cũ Ghios breuietur: & vt alia multa ſuperius de deriuatione dicta. Demuntur etiam alia, quæ breui dicam compendio: Cæus, Cæa, Clio, Pierius, Zoilus, Stoicus, Troilus, Troia, Troius: Tatygetus, Laertes, Aeacus, gęometra, Aeolus, lageos, Cyane, Cyaneæ, Læander, Cæix, Aloeus, Mæander, Tiphoeus, mæon, pæan, pęon, pæas, æas, Pheax, Mæotis, Aegea, Thias, Diana Amalthea. Achelous, herous, obliqui a Minos, & hæros, Enyotios Trois. & ea: quę in laus nomina

[Fio in ſyllaba.]

[Maturãtij incuria. Fieri prima longa. Prudentij errores duo.]

[Ianus Parrhaſ. non adnotat.]

[Nomina in laus.]

mina propria terminant, vt Menelaus, Nicolaus. Heliotropium, Scœneis. vbi aliquando ei, in i, vertitur. Sidon. Tradit Scœneidater cadēte ponte. eſt autem carmen Phalecum. Longantur etiam aliquando accuſatiui in penultima a nominibus in eu diphtongum. vt Ilionea petit, apud Virgilium. & Cephæa, apud Germanicum. qui accuſatiui breues etiam repetiuntur propter doricos: vt dicemus infra. Producitur itidem Iob. & quædam in aon, vt Didymaon, Aon, Chaon, Ycaon, Amichaon Imaon, Laphitaon, Partuon, Chremetaon, Pharaon. quod nomen ambigue reperio. Similiter longantur in ael, vt Michael, Raphael. Quædam ion. vt Ixion Echion, Pandion, Orion, Arion Amphyon, Hiperion. Io pro filia Inachi ſed ambigue inuenio, quod ceteri non viderunt. Terminata in ia: vt Thalia ergia, magia, & a mantia compoſita ſecundū aliquos vt Geomantia, Elegia: Pedia, Langia, Deidamia, Lamphia, Hyppodamia, Laodomia. Lebadia. legito Priſcianum ij. ſi plura deſiderabis. Similiter quædam in ius: vt Spechius, Arius, Ycius, Darius, quia per ει ſcribuntur aliquando tamen ει in i, conuertitur: vt apud Lucret. Λούρεια, Λούριαι, δάρειοσ, δάριοσ. Vnde miraberis apud Sidonium breuiari dicentem: Et primum Darij tumultuantes. Et adnotes etiam breuiaſſe, da, quam ſyllabam inuenies longā apud auctores receptæ fidei. in ſexta legito Epographia. Longantur ſimiliter quædā in oius vt Acheloius. In eius: vt Rhodopeius: Phæbeius. ſed aduerte in ijs i, proferri: vt vocalis, aliquando nuſquā eſt, vt in exemplis cōprobabimus, Item in aia: vt Pāchaia, Achaia, quædā finientia in penult. in ει, apud Græcos: quę diphtongū in e, lōgam apud nos vertitur, (teſte Seruio): vt Galathea, Cytherea, Alexandrea, Medea. Deiopea,

Nomina in non.

Nomina in ael.

Nomina in ion.

Aliorum incuria.

Nomina in ia.

Nomina in ius.

Nomina in oeius, & in eius.

Nomina in aia.

ſiopea, caliopea, Penelopea, Spondeus, Alpheus, Aeneas Throcheus: vt ait Terentianus: qui innuit contra Seruium ει apud Græcos non ſtatim apud nos in ί, e verti, ſed Grecos prius ει, vertere in η, & mox η, verti in e, apud nos: quod placet. Vnum eſt, quòd quæ apud Græcos per η, aut per αι. & οι, & per omnes diphtõgos ſcribuntur, apud nos eſſe longa: vt Iudeæa, Melibæus, Bæetia, non Boetia: vt imperite Tortellius, & Neſtor ſcribunt. vtique lacius in exemplis referetur. Quædam ſimiliter in ous, vt Myrtous, Lesbous, & multa alia. quorum auctorum plurima te compotem faciet lectio: nam auctoritate magis habentur eæ ſyllabæ, quàm regulis. Quando æ, in ai, vertimus a, longa eſt: vt muſai, albai nam in hoc nos imitari Græcos ſcribit Pontanus: ſic quãdo diphtongus aliter diuiditur, vt Threicius. Treiſſa. Inuenitur etiam præteritum in ui: diuiſas penultimam e longare. Ennius. v. Annal. Annuit ſeſe mecum decernere ferro: quanquam melius lego: Annuit & ſeſe mecum decernere ferro. Ouid, Lucis egens aer n, s, f, m. Sunt qui taxent Sidonium ſuper hoc nomine: quod dixerit: Hunc aerem, paritérq; Deos ſic autumat ortos: ignorantes Syneresim ibi eſſe quod multi Græculi, ne dicam (vt pius ait) Graculi eunt inficias, cum α, in η, vel i, aliquando coeat: vt patet in ἀήρ hoc in loco. Horat. Et dia poemata pango. Virgil. E, κ, p. Cæo Enceladosque ſororem. Ouid. Cingitur ægeo nomine Cæa mari. Idem: Si nunquam Venerem Cous pinxiſſet A. idem: Non mĩbi ſunt viſa Clio: Cliuſq; ſorores. Idem: Pierus has genuit. Idem: Zolie nomen habes. Iuuenal. Stoicus occidit Baream d, a, quod magnum eſt, cum Stoa breuietur quia apud Græcos per ὀμικρὸν: ideſt per o, breue ſcribitur. Et quia in Stoa mentionẽ incidimus: multis, quare

Seruij regula.
Terentianus a ſeruio diſſenſit.

Tortelli, & Neſtoris error.
Nomina in ous.
Syllabæ magis exẽplo, quam regula notæ.

Annuit penult. lõga.
Sidonius defenditur.

Stoa cur cognomen meum.

Stoa cognomento nominer, ſtipulantibus reſpondebo. Olim, dum adoleſcens adhuc literis incumberem (abſit iactantia) tanta mei apud omnes videbatur ſpes: vt in omnium ore illud frequens eſſet μουσῶν στοὰ: ideſt muſarum porticus, & teſtudo. Nam quid conabar dicere verſus erat, quod & nunc omnes teſtantur. Id nomen tātæ inter ſocios fuit aſſuetudinis: vt nunquam deciderit, neque decidet dum ſpiritus hos reget artus, ſed repetatur iter. Virgil. Amiſſis Troilus armis. Luca. Inculta iuuentus Taygeti. Ouid. Nam mihi Laertes p, e, a, ʒ. Hic non immerito quid de hac dictione male ſentiat Tortellius recenſendum eſt, verba cuius hæc ſunt. Notandum eſt non ſolum Laertes triſyllabum inueniri ſed etiam biſyllabum: quod in patronymico apud Horatium Car. primo, annotauimus. Sic enim antiquiſſimos cōtextus comperimus: Non tu Laertiaden exitium tuę. eſt autem verſus Aſclepiadeus. alij volunt ab eo verſu ut tu, dictio abijciatur, remaneatq;. Non Laertiaden. & ita proculdubio Tortelli legendum eſt: qui inferius ſcribis apud Ouidium reperiſſe quale Horatij eſt hoc: ſed deciperis legēdo Ouid. illud Metamor. xij. Laertiadæq; fuit, tantæ fiducia laudis. Tibi audirem Arretine, ſi ita legeretur. leges ideo: Laerteq; fuit t, f, l. Hac adnotaſſe libuit vt non tantum tibi ſed & Neſtori, cuius atteſtat opinio, reclamarem. Georgius quoque Valla ſimili labecula contaminatus eſt, legens illud Horatij: O mi Laertiade quicquid dicam: aut erit, aut non: quaſi, ae, ibi ſit vna tantum ſyllaba tu legito. O Laertiade q, d, a, e, a, n. Hos non correxi: quaſi negans id non poſſe fieri: ſed doleo, cum neſciant idoneum ſuæ opinionis inuenire exemplum, antiquos interpollant codices. Propert. Iudex ſedet Aeacus vrna. Iuuenal. Grammaticus, rhetor geome-

[Marginal notes: Quicquid dico verſus eſt. — Tortelli error. — Horatius bis emaculatus. — Ouidius defenſus. Tortellius decipitur. — Neſtor fallitur. Geor. Val. fallitur. Iuuenalis emaculatus. Neſtor cōtra Geor. Vallam. Georgius Valla defenditur.]

gæometra, pictor, aliptes, in quo carmine Georgius Valla à Neſtore reprehenditur: quod legat gæometres, cũ legendum ſit geometra: quia gæ apud Græcos elõgatur & per ωγαίω ſcribatur, cuius ſententiæ nos adhæremus. Et quid ſi legatur gæometres, Synæreſi facta: vt in illo Auſonij: Vel quod iuncturas gæometrica forma faiorum, vbi ſi deſit Syneresis, nullo modo ſcandi poteſt. & nil eſt quod poſſit detrahi, vt in gæometres gæometra, tamen quorundam occurrit opinio: gæ diphtongus breuietur propter vocalem, quoniam Sidonius ait in Phaleo carmine, Non hic cum gæometricas ad artes. & alibi Tractator gæometra, muſicusq́;. vbi niſi gæ, breuietur verſus claudicat. Quod aliquando diphtongus breuietur ſequente vocali in eadem dictione, exemplo eſt, Mæotis præuſtus. Sed non vident, ωμέγα, ideſt o, magnum etiam breuiari, niſi velis dicere, Si domum poſuiſſe in ſecunda ſede Spondeum pro Dactylo, eo quòd tempore conueniat. te ipſum conſule mea ſolum interfuit iſta perquirere. ad exempla perſequamur. Virg. pri. Aeoleque nanque tibi d, p, h, r, & cum de Aeolo mentionem fecerimus, breui viſum eſt vti diuerticulo. Dum Brixiæ poeticis initiarer diſciplinis aduerti, Seruium ab Ouidio diſſentire. Seruius autem in allegato Virgilij volumine ait ſuper hoc. Et pulchra faciet te prole parentem. non propter Canacem, & Machareum, qui alius Eoli fuere filij. Ouid. vero in Canaces Epiſtola ait, ambos fuiſſe Aeoli filios ventorum regis, dicens, Ille Noto, Zephyroq́;, & Sythonio Aquiloni Imperat. Sciendum eſt poetas plurimorum deorũ aut hominum vni tribuere facinora, vt cum fuerint plures Hercules, Mineruæ, Ioues, tamen Herculem, Mineruam, Iouem, celebrant. Nam nominis ſimilitudine plures

Diphtongus breuis ſequente vocali.

Seruius ab Ouidio diſſentit.

Poetæ q́ multorum eſt vni tribuunt.

res

res Deos intelligere poetas ait idem Seruius. viij. comment. ſuper hoc ; Dardanus Illac æ, p, p, u, e, a. Ideo nullus tam ſit exoculatus, qui ignoret, Ouidium alterius

Aeoli duo Inter Seruium & Ouidium conciliatio.

Aeoli Tyrrhenorum Regis Aeolo Lyparitano preclariori geſta tribuiſſe. ſic Seruius Ouidio concordabit. Placet aliquando interſerere aliqua, vt verſificatoribus proſim, & plurimis faſtidium adimam floſculis. Virgi. Tenuiſq. Iageos. Iuuena. peregrina iuuare Lagois. Ouid. Cognita Cyane. Idem T, i, ſtrenua Cyaneas

Ouidius emaculatus.

Mart. Audax Leander amores. Ouid, Extinctique iube Ceycis imaginem: Idem: gignis Aliodas. non autem Cignis & Aloidas: vt perperam aliqui habent codices quod inferius dicam late. Idem: Spirare Typhoea ſedes in qua dictione Tortellium erraſſe ſuperius admonuimus. Et non mireris, Virgilium dixiſſe: Quia tela typhoea temnis: cū adiectiua a, nominibus in eus diphtongo e, ſemper, in penultima longent: vt Orpheus, Orphea, Orpheum. Hoc fieri Doricorum more in primo docet Priſcianus. Dorici autem ſolent ab ει diphtongo abijcere i, quod etiam Aeneades fit in Aeneas

Georgiū Vallā nō admitto.

nanque penultima longatur. & nullo pacto Georgij Vallæ aduletur opinio, dicentis, Maronem in hoc: Qui tela typhoea temnis, penultimam elōgaſſe atteſtantisq; Typhoeus eſſe triſyllabum, cum æ, diphtongo. ſed vt

Scitu pulchrum.

diximus in vltima diphtongus eſt eus. Ouidius: Mæonides nullas ipſe r. O. Idem Ad vada Meandri concinit a, o, Id: Dicite io Pæan. Statius in Achil. Didicit quo Peones arma rotatu. Ouidij, Nec te Pęantius heros. Luca. Parui ſed gurgitis Aeas. Iuuena. Proxima Phæacum. Idem: T, q, excuſat Męotide ſæuior ira in vi. legito epograg. vbi docebimus aliquando (vt ſupra oſtendimus) breuiari. Ennius: M, f, p. Agæaque

longa

longa repletur. Virgilij. Thyas vbi audito ſ, t, b. Idē Exercet Diana choros. tamen ambigue ponitur. Tibul. Quicquid Amalthea q, m, d. Ouid. Alios Acheloe dracones. Virgil. Aeoaſq; domos. in ſexta tamen vi deto Epographia. Martial. Ratibus naualis Enyo. Vir gilius: Potiuntur Troes arena. Ouidius, veteres heroi das ęquas. Idem: Scis hæc Menelae nefandas. Idem, Proteſilae cadis. Priſcianus in Per. Hic lapis heliotro-pius, qui nomine vero, Prudent. in Pſych. Egregio c, u, nam proximus Iob. Virg. quinto: Iuſſit Didymaonis ar tes. Idem: Troiano a Chaone dixit. Ouid. Notus ferita te Lycaon. Virgilius: Chiron Amithaoniusq́; Melam-pus. Idem: Dum texit Imaona Aleſus. Statius in The-bai. Cliromim Cremetaona curru. Propertius: Sanauit crura Machaon. Val. Flac. Hic & odoratus fragranti crine Michael. Ouid. Vertitur Ixion e, ſ, r, q, f, q. Idē. Quorum fuit vnus Echion. Idem: Pandiona miſit ad vmbras. Virgi. Fluctu nimboſus Orion. Idem: Inter del phinas Arion. Ouid. Quid nunc Hiperione nate. Hora tius: Dictus, & Amphion th. c, a, Iccirco plectendi ſunt illi qui apud Iuuenalem legunt. Amphion excla-mat, ſed Pæan contrahit arcum, quando menſu ſyllaba rio ſuffragante legendum ſit: Amphion clamat ſ, p, c, a. Ouid. Vaccam ſpectabat ad Io. tamen aliquādo Brē uiari inuenies. Horatius: Pthius Achilles: Ex hoc in errorem decidit Tortellius ſuper ea dictione, dicens: ali quando inter p, & th, i, aliud interponi. & iſto Oui-dij nititur exemplo: Quam ſine me Pthijs caneſcant æ-quora remis. ita enim legendum eſt biſyllabum, non au tem Pithijs triſyllabum: vt Arretinus putat. alioqui Horatius cum Ouidio luctaretur propter primam ſylla bam. Virgil. Gaudet ſermone Thalia. Stati. in Th. Quę

Iuuenalis a vitio de fenſus.

Tortelli error. Ouidius a vitio de-fenſus.

rit inops Argia vias. Martialis. Cultis aut Elegia comis. Et cognitu pulchrum eſt dici; & Elegiam pentaſyllabum. Ouid. in Saph. Flendus amor meus eſt Elegia flebile carmen: vbi Domitius lapſitat, cum Elegia legat quadriſyllabum. ait ille, Elegia penultimam habere longam: ideo Elegia ibi legendum eſſe annotare debuerat. quòd ſi Elegia legitur prima, & ſecunda longa tur contra omnium poetarum vſum: immo & contra ipſum. In quo errore Chalderinus Tortellium habuit municipalem. Quid inſuper ibi Georgius dixerit Merula, in alijs inuenies Epograph. Super hac dictione nec tacuit Lancilotus Curius: Statius Thebai.ij. Quos pigra vado Langia tacenti: Ouidius: Deidamia rotis. Statius in Thebai. Candensq; iugis Lampia niuoſis. Virgil. Phaſiphaen his Laodomia. Statius in Thebaid. In valles Lebadia tuas, Ouid. Populifer Sperchius, & li.e, Statius in Thebaid. Templa, Lyde dabis. Ouid. Metamor.ij. Deſpiciebat humum, cultiq; arbuſta Lycij: vbi Raphael noſter Regius fallitur, Lycię legens: cum, Lyceus ſit mõs Archadię Lycium namq; Athenis gymnaſium fuit, in quo Ariſtoteles diſputare ſolitus erat, de quo Au. Gellius Cum forte in Lycio veſpera ambularemus. & alibi ſæpius. Luca. Hinc fortis Arius. Ouid. Vtq; necatorum Darij fraude, ſecundi. ſic Claudianus Darium proprijs manibus u, ſ, tamen (vt ſuperius adnotaui) apud Sidonium breuiatur. Virg. Acheloia miſcuit Ouis. Ouid. Orphea Nec quicquam voce vocatur. Ouid. Pinu Phœbeius anguis. A nominibus in eius diphtongo aliquando in adiectiuo eus biſyllaba, aliquando triſyllaba: vt Orpheus, phea, pheum. & Orpheius pheia, pheum. Vnde Claud. Nereia Glauco Neptunum gremio complectitur Amphitrite. in quo carmine

Domitius. lapſitat.

Tortelli error.

Ouidij locus

Raphael regius errat.

Lyceus. Licium.

Claudiani locus.

a Iano Parrhaſio diſſentio. interpretatur nãq; ſic: Nereia: ideſt Galathea, iungitur Glauco: non reſpiciens ſequens carmen: ita quòd Glauco ſit nomen proprium, quod diſplicet ita ego ſic ordino Nereia Ampitrite cõplectitur Neptunum gremio, glanco: ideſt Cętulo, adiectiu? Nec eſt miſerum hunc in talem incidiſſe labeculam, cum (teſte Gellio) Ceſellius Vindex Pudendo errore in Enniano carmine conciderit: eo quòd ſequens carmen non inſpexerit. Tu lector vide Gellium libro. vi. cap. ij. dum exempla perſequar. Virgi. Thuriferis Panchaia pinguis arenis. Ouid. Quam pauper Achaia noſtra eſt. Propert. Noxia Alexandria dolis aptiſſima tellus. ſic & Horatius Portus Alexandrea, ſupplex eſt autem verſus Archilochius: Spondeo, Iambo, Spondeo, Iambo, & vna conſtans ſyllaba ex quo vincuntur illi qui apud Propertium legunt, Alexandrina. Virgil. Pulcherrima Deiopeam. Ouid. in Priap. Cunno Penelopea tuo ſed magis Penelopia legerim nam fœminina, in e, in ia in latino terminant: vt Hippodame Hippodamia, Penelope Penelopia. Horat. Spondeos faciles in i, p, r, Lucanus, Incerti Iudæa Dei. Ouid. Mœnia facondas, Boeotiaq; illa vocato, & (vt diximus) ſcribendum eſt Boeotia, non Bœtia alioqui & ortographiæ & carminis detur paretur ratio, Iſidorus in Ethimol. dicit Scribendum Bouetiam a boue quem non admittẽs damno. Obiter hic admonuerim quem vulgo Boetium nominant ingenio prævalentem, omniq; doctrinarum dogmate præſtantem, Boethum debere appellari. quod annotarunt ante me Raphael Regius, & Parrhaſius. Horat. Lesboum refugit t, b, Ouid. Et qui Myrtoas n, f, a, non tamen hæc ſufficere animo comprehenderis, cum alia tu ipſe apud poetas ſtudendo, legendoque

Inter Quintianum & Parrhaſiũ diſſenſio.

Ceſelli error.

Archilochius verſus.

Ouid. emaculatus.

Regula pulchra.

Bœotia nõ Boetia

Iſidorus. damnatur.

Vulgariũ error.

Boethus. non Boetius.

reperies. De platea, & chorea in. vi. videas Epograph.

De datiuo, & genitiuo quintæ declinationis. Cap. 16.

Fidei media longa.

IN genitiuis, & Datiuis quintę inflexionis e, ante i, ſi præcedat vocalis, longatur: vt diei. ſi autē prę-cedit conſonans, breuiationi inhæret: vt rei fidei. Licet Beda dicat propriū eſſe, cum fidei lōgatur, cum breuiatur, fieri licentia poetica. Lucretius. v. Quam munitate fidei. Paulinus: Galea ſcutoq́; fidei. Cōtra naturā rei etiam longauit Lucretius ij. Tempore inane poteſt vacuum ſubſiſtitere rei. Idem ſecundo; Iactari vnius genitalia rei. In datiuo ei, e, breuiatur omnino ante i, quod monoſyllabum feciſſe Lucretium ſupra vidimus. Enotato inſuper aqud antiquos quintæ declinationis nomina Genitiuum in es feciſſe, vel in ij, vt facies facies vel faciį. Matius Illiad. xxi. Altera pars aciį vitaſſet fluminis vndas: ideſt aciei, Virgi. Munera, lætitiamq́; dįj: ideſt diei. legito Gellium lib. ix. cap. xiiij.

Rei prima longa.

ij pro ei. Virgilij locus.

De i, ante a, in nominibus barbaris. Cap. 17.

Maria in ſyllaba.

I, Ante a, in nominibus barbaris ſine dubio corripitur & a doctiſſimis. dicam enim quod ſentiam, non quod contendā Claudia. Præparat & pulchros Mariæ ſed luce minores. Idem: Incluſum Marię mox lumine viſo Beda tamen dicit, Cum breuiatur, per licentiam fieri, qui ſecutus eſt Sedulium, & Prudentium. Vnde Sedulius: Heliam corui quondam p, m, quos non admitto. In hoc nanque Auſonio magis, & Claudiano in mendacijs, quàm Sedulio in veris aſtipulabor. ait. n. Auſonius: Helias, & ſolido cum pectore præuius Enoch. ſic in Tobia. Matthia, Sophia, & Simphonia, Tragædia, Comœdia de græco accentu non loquor. ſed de ſylla-

Sedulium, & Prudentium non admitto.

ſyllaba: quare Prudentius contra Sym dixerit: Coluerunt dogma Sophiæ, viderit ipſe. Scio apud Phocylidē breuiarij, & apud Martialem, apudq́; Virgilium in Ciri, Horatius: Vt gratas inter menſas Symphonia diſcors. ſic erit harmonia. Martianus Capel. ix. Quæ iſtorum laudes protulit harmonia. Quapropter non poſſum quin inuehar in aliquos noſtri ſeculi ſacerdotes, qui rudendo tot barbariſmos euomuunt, vt ſi forent lapilli (quamuis minimi) omnium pleni eſſent templorum anguli. Hi harmoniam, & ſymphoniam pennultima longa proferunt. Michael, & Raphael, Antiphona penultima breui, cum vice verſa proferenda ſunt. O mores, o tempora, Paſtores animarum qui ſubſidio latinitati, et & eruditioni eſſe deberent, rudimenta penitus ignorēt quid mirum? (bonos excipio) in ſacris mucidi, in humanis fętudini, amplius libros non curant, ſed teſſeras pygros: aleas, obſonia & amaſias. Iis quæ curæ? arma pertractare, Deorum nomina temerare. abſint, abſint vt audientes Auguſtino, ipſos non adlatremus. Similiter arteria in penultima breuiauit: Lucretius Aſperiora foras gradieris arteria clamor. licet accētum habeat Gręcum: vt in lib. de accentu diximus. In academia (Tortellio teſte) tantum penultima breuiatur, quā & longam reperimus.

In indoctos ſacerdotes.

Michael, Raphael penultima longa. Antiphona penult. longa.

Tortelli incuria.

De Genitiuis in ius. Cap. 18.

GEnitiuos in ius ad placitū eſſe poetarum exēplis patet: licet naturaliter produci dicat Seruius. Ouid. Vnius ſermone Mydæ. Virg. Vnius ob noxam, Alterius ita corripiendum ſemper, quàm alius ſemper producendum omnes edocent. Vnde ait Priſcianus lib. xiij. Alius genitiuus: quia eſt par nominatiuo, opus eſt, vt ſupercreſcat in tempore. Nam omnia in ius

Alterius ſyllaba. Priſciani regula. Alius in ſyllaba.

genitiuum facientia ſuperant in genitiuo nominatiuum vna ſyllaba, in quibus penultima (vt diximus) ad placitum eſt: vt genitiuo vnius, nullius. Alterius vero, quia duabus ſuperat, opus eſt ſemper breuietur: vt alius in genitiuo ſemper longatur: quoniam ſi non creſcit in ſyllaba, creſcit (vt docuimus) in tempore. Aduerte tamen alterius penultima longa inueniri apud Terentianum ex Priſciani ſententia: quod in. vi. latebit Epogr. Maturantius non ſpernendæ eruditionis etiam ſolius in genitiuo ſemper longari in penultima ſcribit: qui, ſi vera eſt, Priſciani regula fallitur. Exemplum nunc non ſuppetit, quo poſſim aut illi, aut Grammatico reclamare mox percipiendum eſt in iiſe, datiuum tot ſyllabarũ eſſe, quot nominatiuus eſt: vt ſolus ſoli nullus nulli, vnus vni: præter in alter alteri. Ex hoc naſcitur datiuum ſem per minorem genitiuo vna ſyllaba in nominibus eum caſum in ius facientibus: vt ſolius ſoli, vnius vni alterius alteri. Excipe alius, quoniam in datiuo reddit alij triſyllabum. Ouid. in Epiſtola Oenones: Votis ergo meis alij rediture rediſti. In quo carmine niſi alij triſyllaba eſſet, ſtructura minime ſtaret metrica. Ideo in tempore ſuperatur datiuus, cum alius in genitiuo penultimam longet, in datiuo breuiet.

Inter Priſcianum, & alium concilia-tionem remitto. Alius a-lius.

De Reg[u]la. Cap. 19.

R*Egula, quanta ſit ſyllaba, nec cognoſci, nec cõprehendi vlla artis ratione, ſed ſola auctoritate, teſtatur Probus: tamen hac percipitur ratione aliquando. Omne prẹteritum biſyllabum longatur vt fugi legi. demuntur bibi, ſteti, dedi, fidi, ſcidi, tuli, & quę habent vocalem ante aliam: vt rui, fui. Iuuenal. Atque duæ pariter fugere ſorores. & non legas fugiere: vt imperitorum mox eſt. fugio enim fugi præteri-*

Præteritũ biſyllabũ.

Imperitorum error.

tum reddit, non fugiui, neque per ſyncopem fugij. Quapropter ſuccreſcit illud Seruij .iij. Commentario ſuper hoc: Et bello Illiacos vento petijſſe pęnates. ait Marius cauſſa Metri Maronē addidiſſe ſyllabam in petijſſe: vt Nos abijſſe rati & Vento petijſſe Mycenas: quaſi peto peti faciat non petiui. Ego vero feciſſe ſyncopem diſputauerim, quod notum eſt rudimenta diſcentibus. Virgil. Ducebat ſic acer equo turbata petiuit: Vnde in eorum ſententiam pedibus vado, qui interpolatum ſæpius credunt Seruium, et adulterinum. Iuuenal. Quiq; nouum toties muſtum bibit oro p. Idem: Et ſtetit ante aras. Ouid. Arma dedi Danais Virg. x. Difidit: ac multa. Idem. Quadrifidam ſcindens quercum & venit a findo findis, non autem a fido fidis: vt male dixit Nicolaus ferretus. Et ne me finxiſſe credat aliquis illius verba ponam lib. primo dicentis: Excipiuntur bi bi, fidi: quod venit a fido fidis, ſed etiam a findo findis, ſed tunc producitur. Virgil. tamen, eius compoſitum breuiat: Quadrifidam ſcindens quercum. Immo fido fidis fidere ſemper longatur contra eundem, & fiſus sū in pręterito reddit. Ouid. Et terris abſcidit vndas. Idē, Hac cęlum ceruice tuli. Neſtor vero cum eius ſequaci Callepino. inquit, Liqui in præterito breuiari apud Virgilium: Nanq; ſuam in patriam liquerat tellure ſepultam. Vbi es Neſtor? te vellem. an alium habetis Virgilium? in meo Codice nuſquam tale reperitur carmen. Hoc tale eſt: Nanq; ſuam patria antiqua cinis ater habebat: Apud Catullum inuenies tamen, iuuerint a iuui breuiare iu: Nō ita me Diui vera gemunt iuuerint: vbi ſit figura, quam tu lector non admittes. Aliqui mirantur Virg. in. ij. dixiſſe: Lauit inde cruorem. ibi enim nō eſt a lauo lauas: ſed a lauo lauis tertię coniugationis, &

Seruij error. | Nico. fer. error. | Eiuſdem error. | Neſtor decipitur, | Callepinus fallitur. | Virgi. locus. | Lauo lauis. | Notandū.

 in præ-

in præſenti. Et notandū eſt omnia venientia a præteritis in alijs modis tempora ſequi præteriti quantitatem, vt ita dicam: legi. longat, le ſyllabam in legerim, legero, legiſſem legiſſe itidem le, longatur. Si vero Præteritum breuiatur, ita & in alijs. Si vero præteritum geminatum eſt, corripitur (teſte ad Albinum Seruio) ut cecidi a cado, peperi a pario, hic Demito cecidi a cedo, pepedi a pedo, quæ ſecundā longant Domitius Marſus Si quos Orbilius ferula ſcuticaq; cecidit. Mart. A ethō in Capitolio pepedit. Alia præterita ſicuti præſentia ponuntur: vt amo amaui excipito genui, coegi, dedi, ſteti, poſui. licet poſiui veteres dixiſſe alias inuenies. Et hæc eſt cauſa: quia deuiant a præſenti. Sunt quoque alia, quorum prima eſt ambigua: vt in. vi. leges Epogr.

Præteritū geminatū.

Poſui a pono.

De Supinis. Cap. 20.

SVpina biſyllaba producuntur. vt natum. Extra bito hæc quintum a queo, citum a cieo, ſitum a ſino litum a lino, itum ab eo, datum à do, rutū a ruo, ratum a reor, ſtatum a ſto, ſatum a ſero, & quæ ab illis oriuntur: præterquam ſtaturus, & ambitus ta tum, quod Ioan. Paſtranenſis non ſecreuit, dicens: Tantum ambitus nomen demi: immo eſt participium, quando nomen ſubſtantiuum eſt ambitus, omnino breuiatur. Aduerte: quod inuenies concitum, incitum, percitum, excitum, modo in penultima longari, modo breuiari nam a cieo cies ſecundæ, coniugationis ſupinum breuiato: quando a cio cis quartæ, longato. Iuuenal. Paupertas obſita pannis. Ouid. Sole ſatus Phaeton. Virgilius: Paribus lita corpora guttis. Ouid. ſed itum eſt in viſcera terræ. Virg. Sed mihi ſorte datum. Ouid. Diruta ſunt alijs. Vnde ſatis non poſſum non mirari errorem Priſciani, dicentis. vbi agit de participio circa finem: Omnia

Supina biſyllaba.

Io. Paſtranenſis incuria.

Cieo cies. Cio cis.

Priſciani error & Priſcianus in conſtās.

Omnia compoſita a rutum breuiari, præter in dirutus. ta, tum. O grammaticorum lumen auctorem proferas, vbi, & a quo poetarum didiciſti? immo tu quoque pue rilis, & inconſtans, de accentu tractans (modo tuum ſit opus) tibi ipſi repugnans, cum dicis: a rutum compoſita: vt dirutus, erutus, breuiari. Virgi. Nos abiiſſe rati, & vento p, m, Lucan. x. Quorum ſtata tempora flatos, Idem. i. Conſtatura fides. Idem. ij. Et ſtatura redit. Ouid. Iuſſit ambitę c, b, t. Virgil. Excitum ruit ad portas. Icciro Pyllades incurioſus eſt cum nullum fecerit diſcrimen: an cieo cies, an a cio cis veniant. Supina plurium ſyllabarum venientia a præteritis verborum, vi monoſyllaba in tum mutata, penultimam lõgant: vt amatum, cupitum, auditum. Et non mireris apud Columellam breuiari pectitum in hoc verſu: Verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus. licet faciat pectiui: cum illud crediderim eſſe a pexui: quanquam alij pexum dicunt.

Pylladis incuria. Supina polyſyllaba.

De præterito in imus. Cap. 21.

P*Ræterita in imus in penultima breuiantur: vt amauimus. exceptis (teſte Probo) præteritis ſubiunctiuorum, quæ cum futuris longantur: vt ama uerimus docuerimus. tamen & eſſe aliquam diſcretionem (Diomede teſte) ſuperius docuimus: vt late videri eſt: vbi de ſyllabæ diximus accidentibus. Ca. tertio.*

Præterita in imus.

De participijs. Cap. 22.

P*Articipia in ans, rus, & dux, &c. ſequuntur, a quibus naſcuntur, regulã: præter ſtaturus. In tus regulam ſupini: præter ambitus ta tum, cognitus.*

Participia

De I, in compoſitis, & O. Cap. 23.

I *In fine compoſitę dictionis, breuis eſt: vt veridicus & quandoq; ſi ſimul eſt per hyphen: vt offici perdi, vili-*

I, in compoſitione.

vilipręci.Horatius tamē dixit Ser.ij.Nō magnipendis cum contigit a, m, c. Sic Auſonius longauit triſat idicus,paricida, matricida : vt in vi.dicemus. Si demum ſecunda compoſitio inciperet a duabus conſonantibus i, ambigue poneretur : vt fædifragus, multiſcius: vt ſi breuiatur propter regulam,ſi longetur,erit propter uenientes conſonantes. Martia.in Diſti. Hæc tibi multiplici, quæ ſtructa eſt maſſa tabella. Lucretius.ij. Multiplexq; loci ſpatium tranſcurrere eodem, & poſſet fieri propter mutam.& liquidam. iſta tamen longantur:

Tibicen. *tanticunque quanticunq; plerique.qualicunque,vtriq; ibidem,vbique.tibicen:quia (Priſciano teſte libro primo) in tibijcen duo ij, in vnum longum conuertuntur, quod non fit in tubicem:quoniam venit a tuba,illud ve*

Antonij Nebriſſenſis icuria. *ro a tibia. Hæc omnia reliquit Antonius Nebriſſenſis alioqui oculiſſimus. In hoc Propertij verſu :*

Vnicuiq;. *Vnicuique dedit vitium Natura creato : vidi aliquos hæſitare, an in primo pede Dactylum faciant an Spondeum, vtrūq; admitti poteſt tamen rectius erit ſi Spondeum feceris: vt cui, ſit tantum vna ſyllaba.quod ſi bene trutinatus fueris, proculdubio hæc noſtra tuis auribus adulabitur opinio,tamen (vt dixi)poterit etiam eſſe.Dactylus. ſic*

Cuicunq; *dubitant in cuicumque,an cui ſit monoſyllabum, an dictio biſyllaba. Apud Terentianum ſic inuenio : Cuicūq; libebit vt iſtos. eſt autem carmen tribus cum vna ſyllaba conſtans Anapæſtis. vbi cui diſyllaba ſit dictio Iuuena. Quanticunq; domus conſtat. Manil.ij. Sub qualicunque figura. Cæſar in Ara. Virgine, Erunt pluuiæ pleriq; in nube fragores. Martia. Pariter ſe Phyllis vtrique daturam. Virgi. Aſt illum ter fluctus ibidem.*

Sulpitio, non hæret Neſtor, *Sulpitius vult ambigue poni cui non hæret Neſtor, niſi exemplum proferat. ſuper his alias dicimus. Priſcia.*

in

in Per Montis cognomen vbiq;. Et quia in hoc opere, allegaui Priſcianum, aliorum opinionem demonſtrauerim, qui non Priſciani illud eſſe opus volunt (vt dixit Angelus Politianus) ſed alius poeta, qui dicitur Rhemnius Fannius. fuerit qui velit, omnino vterque claſſicus, tamen Priſcianum ſemper allegabo. Sed nec inficiabor fuiſſe auctorem alium: legentium hoc ſit iudicio: nos etiam alias dicemus. O, ſimiliter in fine dictionis compoſitæ corripitur: vt Democritus, Carpophorus. tamen in aliquibus quoque longatur: vt apud poetas inuenies. Periegeſis nõ Priſciani ſed alius. O in compoſitione.

De exemplo. Cap. 24.

Exemplo primam dignoſci ſyllabam firmius, veriusúe, niſi ſecors negat, quoties ad probati Poetæ auctoritatem confugis: vt ſi dubites quanta ſit ſyllaba in Saturno, ex illo Ouidij poteris percipere Poſt quam Saturno tenebroſa in Tartara miſſo. quapropter adoleſcentes poetis incumbere, ac inſudare, eorumq; plurima memorię mandanda carmina admonuerim præſertim claſſicorum: vt Virgilij, Ouidij, Horatij, Statij, Lucani, Catulli, Perſii. Iuuenalis, Martialis, Senecæ, Propertij, Tibulli, Valerij, Flacci, Claudiani, Cornelij, Auſonij, Manilij Lucretij. Germanici, Ruffi, Feſti, Sidonij. cuius ſi carmina trutineris, facile inter claſſicos enumerabis: Calpurnij Nemeſiani, quæ multũ conferent: et erit vt cuiuſcunq; dictionis facillime quantitatem ſyllabarũ noſcas. Nam (vt repetitũ eſt a Vulcatio Gallicano) carmẽ: Moribus antiquis res ſtat Romana viriſq; ſic noſtrum erit dicendum carmẽ, Verſibus antiquis ſtat lingua Latina viriſq; hæc dixi: ut barbaros taxarem, qui prę manibus rancidos ſemper habent poetas: vt Theodolum, Floretum, Alanum, Facetum Poetæ claſsici. Poetæ rancidi.

cetum, Graciſmum, Alexandrum, Petrum Heliam, Petrum Rigam, Marbodeum, & alios ſexcentos: qui a triuialibus quotidie atteruntur: tu adoleſcens ſi latinum redolere cupias claſſicos paſſim legito. Hoc fruſtra Phineo præcipimus, qui poetas nunquam legit, nec intelligit. Id enim fit, quia ſyllabas non percipit, niſi aliorum racemis ſibi comparet vindemiam.

De ſimplici, aut duplici ſimilium literarum coniuntione. Cap. 25.

Parẽtheſis

SImplex, aut duplex literarum coniunctio, quam parentheſim dicit, Probus, cum apte poterit fieri, primam ſyllabam notam faciet: vt ſi ſimplex erit litera, breuiabimus: ſi duplex ſimilis, elongabitur, vt in retulit repulit, reperit. religio, hoc modo corripiemus: ſi uero ſcribatur rettulit, reppulit, reperit, religio protrahemus. & opus eſt vt ſint ſimiles conſonantes: Ex hoc nõ mirari eſt. ſi apud Seruerinũ, Vlulo, in prima elongatur quãdo, vllulo, poſſet ſcribi. nam poetæ ſolent adiungere, & adimere literam ſimilem: quod in Ponſena Virg fecisse Cõmen. vi. dicit Seruius. Quapropter errori obnoxios eos puto. qui in hac dictione, apluſtre, quando a, breuis eſt m, demptam literam aſſeuerant. inuenies, ampluſtre, etiam poſſe ſcribi, cum omnino, apluſtre, tantum dici alias enotabimus. Nec obliuioni committẽdum eſt Græcos aliquando hoc etiã facere: vt βρεττανὸσ per τ, duplex ſcribitur, tamẽ adimunt τ, vnum, & breuiãt quod leges in. vi. Epogra. Hoc adnotaſſe volui: vt Marte noſtro quàm plurima iuuenta adiungamus: ſed iam ad ſcanſionis diffinitionem deſcendamus.

Seuerinus excuſatur

Aliquorũ error.

De ſcanſione. Cap. 26.

Scãſio qd

SCanſionem metro accidere ſuperius dictum eſt quæ ita diffinitur. Scanſio eſt congruens verſus

in pedes ſingulos partitio, & mẽſura. cui accidunt duo, Synalœpha: & Ecthlipſis. Synalœpha, eſt quoties in Synalepha
vocalem vna dictio terminat ſequente a vocali incipiẽ te dictione. & quòd prima vocalis abijciatur: vt Con nubio Anchiſau. d, ſ, Si vero genitiuus in duo ij, finiet Duo ij, abijciuntur.
ſequente vocali, abijciuntur annuente verſu: quoniã talia in ius terminata ita facere genitiuum per vnum i, ſicut vocatiuum exiſtimabant. Sed vt confirmẽ duo ij, in, i, ſolum contracta abijci, exempla ſubijcio. Vir. Et domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum. Horatius: Senſit cum ſumma patrimoni inſculpere ſaxo. quoniam diximus annuẽte verſu eſt, quia & ſi verſus pateretur, vt vnum tantum modo abijceretur, vnum tantummodo abijci oporteret. Ennius: Senis Ennij imaginis vmbram. Aliquando apud poetas inuenies non Sinalœphã Synalœpha non ſemper me
fieri. Homerus ĩ primo Illiados μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊά-δεω ἀχιλλῆος. *Ouidius: Caſtori Amycleo, & Amy* fit.
cleo Polluci vbi o, & a, Dactylus eſt Virgilius: quem Dardanio Anchiſæ. Idem: Glauco & Panopeę, & Inoo Melicertæ, nam ſic ſcanditur: Glauco, & Pano, peæ & in o, Omely, certæ: ideſt cum Spondeo, Dactylo, Dactylo, Spondeo, Dactylo, Spondeo. Hoc feciſſe volui: vt tyrunculis hic abſit ſcopulus. Fit autem per Ecthlipſim: vt: Semper: ego auditor per ſinereſim vt: Deiectum fulmine Phęton per Synæzeſim: vt fama ſub Euryſthæo Fatis Iunonis iniquæ. Dicat aliquis an h, ſequẽ. vocali abijcitur: vt in oh, veh, proh, ah, aut præceden tem ſinat abijci, Reſpondeo in ijſce vocalem cum h, mi nime collidi. Horatius in Epod. Ah ah ſolutus ambulat venefice eſt autem verſus Iambicus, ſex conſtans pedi bus. in quo ah ah, Spondeus eſt. quid egi tandem? ideo qui volunt h, eſſe literam, hoc nitentur exemplo, in quo

Ecthlipſis
Synæreſis
Synzeſis.

niſi

niſi h, vim habere literę abijceretur, a taceant precor & hoc contenti ſciant a, non poſſe collidi, quia vnum aliud colliſum eſt. nam aha, probo, vaha, dicebant antiqui. teſte Priſcia. Ecl pſis, eſt cum dictio in m, terminat ſequente a voca i incipiente dictione, tunc, M, cum vocali ſuperi re abijcitur: vt. Troianam excludere gentem: & hoc per Metaciſmum fieri ſcribit Victorinus, vnde antiqui ſcribebant Comædiaſt, Tragædiaſt, dictuſt, factuſt, pro Tragœdia eſt, dictum eſt, & aduerte M, cum ſequente, non cum præcedente, vt nunc, abiectum fuiſſe. Si vero circum cum eo is componitur, in ſcanſione m, non abijcitur: vel cum aliqua dictione a vocali incipiente. Ouid. Metamor. v. Circum eunt vnum Phineus, & mille ſecuti. Iuuena. Frigida circumagunt tardi ſarraca Bootę quòd aliqui per n, ſcribunt. N, vero nunquàm per Eclipſim abijci teſtatur Seruius. Et quãdoq; (raro tamen) apud poetas nõ obſeruari has duas inferius demonſtrabimus. hic non abre fuerit, ſi iuuenes admonuerim, cũ ſcandant, ſemper ſyllabam in vocalem debere deſinere, non in conſonantem: vt ita dicam. In noua, fert. ani, mus mu: non autem mus mut, tatas, dicere formas. Scanſioni barbariſmus eſt: vt: Crocodillo Ichneumon. de quo affatim Donatus, Diomedes, & Quintilia. dixerunt vt ſi virtutis media breui, & dominus media proferamus longa. Sic obiter A. Gellium deceptum eſſe, & in Atticis dormiuiſſe noctibus manifeſtabo, dicentem lib. v. cap xx. Solœciſmum, Barbariſmumq; apud Græcorum idoneos non reperiri, an Ariſtoteles ſit ideoneus, qui vſus eſt eo in Elenchis, & in poetica ſua: vbi etiam ponit alijs modis fieri barbariſmum, quàm Quintilianus, Diomedes, & Donatus apud nos ſcripſerint. De Solœ-

Eclipſis. H, nõ abijcitur ſequente uocali. Metaciſ. Tragediaſt. Factuſt. N, non patitur colliſionem. Admonitio quædam. Barbariſmus ſcãſioni hoſtilis. A. Gellius decipitur. Barbariſmus apud Ariſtotelẽ

Solœciſmo etiam decipitur cum auctore Diogene Laertio, Chryſippus tres libros de Solœciſmo ſcripſerit. ſed ad alia transeamus.

De Scanſione Heroici. Cap. 27.

SCanſionum ſpecies quatuor ſunt. Coniuncta, quę cæteras antecellit. eſt, cum nunquam pes cum dictione perficitur: Iuſtitiaq; vt dedit gentes frenare ſuperbas. Diſiuncta, vbi verba, vel dictiones cum pedibus perficiuntur: ut: Quintia me modo vis, modo me mea Quintia non vis. Miſta, quæ vtrunque in ſe retinet: vt Fortunæ cunctis populis rota ſubtrahit omne. Diuiſa, quando primi tres pedes ſimul coniuncti ab alijs ſeparantur: vt Armatas acies tuba concutit, agmina calcat.

Scanſionis ſpecies quatuor. Coniūcta. Diſiuncta. Mixta. Diuiſa.

De Pedibus Hexametri, & Pentametri. Cap. 28.

PEdes, quibus vtimur, & maiores fuiſſe vſos legimus. xxxij. numero ſunt: vt in prima videri poteſt Epograph. Alij etiam iungunt pentaſyllabos & hexaſyllabos. ex omnium autem aceruo duntaxat vtimur in Hexametro, Pentametroq; ſ. Dactylo Spondeo, Trocheo, Anapęſto, Iambo, tribracho: quandoque Procelæmatico propter ſolutionem. de quibus ſuperius dictum eſt. Hoc te non fugiat, Virgil. tantumodo Proceleumaticum tribus ſedibus inſeruiſſe, primæ: vt Genua labant. ſecundę: Hærent parietibus ſcalæ tertiæ: lebat ariete crebro. Trocheum tamen in Hexametro nō amittendum cenſeo. quod inferius leges.

Virgi. tribus locis proceleumaticum inſerit.

De carmine Hexametro Dactylico. Cap. 29.

HExametrum Dactylicum, vel Heroicum (hoc enim nomen poſt Homerum meruit) ſex conſtare

Hexametrum. Heroicum

pedibus

Longus verſus. pedibus omnes ſcribunt: quem etiam longum verſum (teſte A. Gellio. lib. xvij. cap. vltimo) dicimus vbi

M. Varro nimis anxie obſeruat. leges; quòd M. Varro nimis anxie in Hexametro obſeruauerit. componitur nanque Dactylo, & Spondeo: & (vt alij referunt) Trocheo. dumtaxat in vltima ſede

Pyladē nō admitto. quibus anhæream inferius leges. Pylades vero municipalis meus aſſeuerat in tertia quandoque Hexametri Iambum inueniri: quem ego nixus Fabij auctoritate Iambum in Hexametro non recipi, edocentis: in hoc nō admiſerim. Nam ſi aliquando in Hexametro poſt duos

Homerus defenſus. pedes breuis inuenietur ſyllaba, erit propter cæſuram. vnde ab aliquibus perperam damnatur. Homerus quòd videatur in tertio feciſſe Iambum pedem μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλλῆος. nam, α, ob cæſuram po-

Dactyli ſedes. teſt elongari. Dactyli ſedes propria quinta eſt Spondei ſexta in cæteris ſedibus alternatim ponuntur: vt me-

Spondei ſedes. trum conſulet, niſi forte in Spondaicum incidamus.

Spōdaizātes uerſus. Diomedem legito: vt Cornua velatarum obuertimus antennarum. nam hi dicuntur (vt Donatianus ait) Spondaizantes verſus. Hexametrum continet a xij. vſque

Hexametri quot ſyllabæ. ad. xvij ſyllabas: vt ſi erunt ſex Spondei: vt apud Ennium: Olli reſpondit Rex Albai longai, aut quinque Dactyli: cum Spondeo. Si autem plus habuerit, per Synalœpham, & Eclipſim excutiuntur. Et niſi quandoq; ſi Hipermeter verſus: cui ſemper vna abundat ſyllaba Et quoties fiet oportet: vt ſequentis carminis prima

Hypermeter uerſus. dictio a vocali incipiat: dummodo Hypermeter in vocalem, aut in, m, terminet quoniam excutiuntur in ſcanſione: vt: exfœtu nucis arbutus horrida, Et ſteriles platani: dicitur enim. Horri d, Et ſteriles platani. ſi vero in duas vocales vltra modum (nam ſi diceres: Magno monſtrabat Eoo, non eſt vltra modum) carmen terminaue-

minauerit: non opus erit vt ſequẽs verſus a vocali incipiat: quia nil refert. nam fit Synereſis Vir. ix. Cura peculi ſe quitur enim. Quamuis multa meis. hoc quoque retulit Seruius. Exemplum de Hypermetro per m, Ouidius ſuggerit Metamor. xv. Et tellus Cyrcæa, & ſpiſſi litoris antium. ſequitur nanque: Huc vbi veliferam n, A, c, licet ibi perperam legatur Ancon. ſed Antium legerim quod & notat interpres Regius. Et aduertas nil referre, an penultima Hipermetri ſit longa, an breuis: cum vtrunque inuenies: Virg. vij. Iamque iter emẽſum turres, ac teca Latinorum Ardua cernebant i, m, q, ſ, ecce tum, abiecta, no, longum remanere. In alio vero verſu eiuſdẽ poetæ: Scilicet ex fętu nucis arbutus horrida, Et ſteriles platani da, abiecta, ri, breuis ſupereſt ſyllaba. Hypermetri profecto exacta eſſet mentio: niſi Seruianum illud occurreret nobis primum declarandum: in quo eruditorum, alij hæſitarunt, alij acutiſſime ſe exercuerunt. At cum illi ingenuitatem profitentes, hi ingenium contundẽtes id loci penitus omiſerint, iuris noſtri futurum ratus non poſſum, quin aliqua lectoribus obijciam: quibus ſi minus eruditi arriſerint, tamen ſcrutinium illam datum non reſpuent. Tale namque in Bucolico Virgilij ludrico Aegloga. viij, legitur carmen Necte: Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto: vbi Seruius ait eſſe metrum Anapæſticum. trimetrum hypercatalecticũ: cuius verba apud multos leguntur quidem, ſed minus percipiuntur. Benedictus Philologus nõ dilutæ mineruę Princeps, carmẽ illud cicatricoſum aſſeuerãs ita legit: Necte Amarylli nodos, & Veneris dic vincula necto. quod (vt ille ait) poetæ eruditio patitur & ſenſus concinnitas ex hoc inquit Seruium intellegi: vt hoc modo ſcandatur. Necte, Ama, Dactylus. rylli

Ouid. emaculatus.

Virgi. locus

Benedict. Philologus.

no Amphimacrus, dos &, Spondeus. Veneris, Anapæſtus. dic vin, Spondeus. cula ne, Anapæſtus. cto, ſyllaba abundante. ideo trimeter eſt hipercatalecticus, quia ſupereſt ſyllaba. hęc ille. Cuius opinio plurimum placet. Sed cum animo preſſius perpenderem, conſtitui confutatis illius rationibus noſtram interpolare ſententiam. Ille Anapæſtice ſcandendo, duos tantum facit Anapæſtos, quod iniurium eſt. mox Amphimacrum inſerit, quem verſus non recipit Anapęſticus. exinde legē do, vt ille pręcipit poteſt verſus eſſe Hexameter procœlius: in quo ſuperabundant aut ſyllabæ, aut tempora in medio. ſuperabundaret ergo tempus in ſecundo pede, rylli no, quando, no omnino longatur. Alij dicunt Seruium intelligere niſi ſuper his verbis: Veneris dic vincula necto. in quibus verbis duo ſunt Anapæſti interpoſito Spondeo, & ſuperabundante ſyllaba. ideo trimetrum hypercatalecticum eſt: quod non aſſeuero. nam in omnibus verſuū generibus præter in Dactilycis ſemper duplicamus pedes: vt in Iambico trimetro, cum habeat ſex pedes, Itaque (meo iudicio) legendum eſt: Nectas Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto: vt ſi Dactylice ſcandas, as, abijciatur antiquo more. ſi anapęſtice, hoc pacto: Nectas, Spondeus, amary, Anapæſtus. li mod et, Anapęſtus. Veneris, Anapęſtus. dic uin, Spondeus. cula ne, Anapæſtus. cto, abundante ſyllaba. dixi quod ſentiam, non quod contendam vt dicebat ille at repetatur iter. Poteſt inſuper Hexametrum in ſe recurrere: vt: Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo: Læſo numine quo memora cauſas mihi Muſa. Notandum pręterea vltimam vniuſcuiuſq; verſus poni ad placitum: ideſt adiaphoran. Teſtantur Cicero, Quintilianus Terentianus, Baſſus, Victorinus, Probus: Seruius

Hexametrum retrogradum.

Vltima cuiuſcunque verſus ad placitum. A diaphora.

Fortunatianus. Attende etiam: quòd Fortunatianus ait vltimam cuiuſcunque dictionis accipi indifferenter ſyllabam: vt inualidus, etiamq́; tremens, Carmen Heroicũ xxiiij. tempora excedere non poteſt, Cẽſorinus vero aliquando recipere niſi xxiij. tempora innuit: quia: (vt cæteri) Trocheum admitti in Hexametro pręcipit: contra quem inſurgam ſtatim. Ideo non mirum erit ſi Spõdei in Dactylos reſoluantur: cum in tempore conueniãt. Ecce quod in hoc Lucretij: An Cęlum nobis Natura vltro corruptum, ſex Spondeorum tantum conſumet temporis quantum in illo Virgilij: Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Heroico carmine Phemonoem, dum cantaret futura, prius vſam eſſe teſtatur Euſebius. Mox apud te ſit Linum (tradit: Plinius) ad citharam carmen compoſuiſſe: cum prius aut aſſa voce, aut tantum citharæ canerent. De Heroici ſpeciebus aſpicito in arte breui.

Vltima cuiuſcunque dictionis ad placitum.

Hexametri quot tẽpora.

Quis primo Heroico vſus fuerit.

Linus.

Carmen quãdo primum ad citharam.

An Trocheus Hexametro accidat. Ca. 30.

QVia in ſexta aliquando ſede Trocheum recipi ex aliquorum opinione diximus hic quid ſentiam diſcutere non verebor. Qui ante me ſcripſerunt, quam plurimi Trocheum poſſe in ſexto Hexametri loco admitti edocent: niſi forte auctoritate Cenſorini in lib. de Natali, qui municipales habet Ceſ. Baſſum, Terentianum & Victorinum, dicentis, Omnino Trocheum reperiri in Hexametro: quod & Auſonius innuit quodam in Epigrammate: ad Iambum. vbi dicit: In verſu Heroico tres ſubiugari pedes, in quibus & numerat Trocheum. ego autem veris motus rationibus reclamabo. Prima ratio eſt: Vltimam cuiuſque verſus ſyllabam ad placitum poni paulo ſupra docuimus.

Cenſorino & quibuſdam reclamo.

Auſonium non admitto.

Quod ſi ita eſt, cum dico: Profugus: Lauinaq; venit. quis erit tam oculeus, & cordatus, vt dignoſcat, venit eſſe Trocheum, potiuſquàm Spondeum, cum vltima ſit ambigua. Inſuper Diomed. huic noſtræ opinioni anchorám dat, cum ait: Maiores initio Heroicum ſex Spondeis texuiſſe. Quod ſi verum eſt Trochei in Hexametro nulla mentio facta eſt: cuius, & his germana verba legere poteris in prima Epogra. cap. xx. vbi de ſolutione. Præterea alia validior ratio eſt, Si Trocheus admitteretur, non ne puerilia ſcripſiſſet Plinius? dicens M. quanta ſit difficillimum eſſe ſcitu. nam cum in fine carminis eſt, ambigue ponitur. nonne potuiſſet ex iſto verſu noſcere: Dardanidæ duri, quæ vos à ſtirpe parentum: vbi ſi eſſet Trocheus, abſque dubio m, breuiaretur. Demum ſi ſexta poſſideretur à duobus ſedes pedibus, pluſquam. xxxij. figuras Hexametrum reciperet carmen. At dicent meis conuinci telis, cum dixerim in Hypermetro nil referre, an penultima ſit longa, an breuis ideo videri Trocheum poſſe recipi cũ breuis ſit. Id quid refert, cum omnino, quæ Hypermetri ſit penultima, in Hexametro ſit vltima. Ideo contra omnium (præterquam Bedæ) hactenus ſententiam concludo, nullo pacto Trocheum Hexametro poſſe habere domicilium. Hanc noſtram ſententiam (iam agitur ſexennium) Bernardinus Macius, Dominicusq; Stamera inter amicos meos primipilares, famigeratique Iuuenes, & literarum receptacula comprobarunt. Domitius tamen Quintus Phœnix frater meus in ſua Metobaſi contrario conſenſu Trocheum poſſe recipi inſinuabit: cui reclamandum omnino cenſeo, ſic & Iacobo Sentino: qui erroneam & ipſeſequitur ſententiam.

M. quanta ſit ſcitu difficilimum.

Trocheus in Hexametro nũquam.

Bernardinus macius. Dominicus Stamera.

Metrobaſis fratris mei.

Iacobo Sẽtino reclamo.

De Heroico. Cap. 31.

HEeroicum Appollini Pythio nos debere ſcribit, Plinius. & appellatur Senarius, vel Hexametri verſus: quoniam omnes verſus. vi. pedũ, vel hexametri, vel ſenarij dicuntur. Heroicum etiam Pythion, vel Epicum, Pyrrhichium, & Bucolicum nominamus: cum in quarta ſede Dactylus orationis partem finit: vt: Tu Tytire lentus in vmbra. Hoc impenſe Theocritus obſeruauit. Virgi. Calpurnius, & Numeſianus, minime obnoxios huic ſe fecerunt legi. In Heroico Dactylis vtimur: cum impetum, aut citum aliquid denotare volumus: vt Quaprupedante putrem ſonitu ferit vngula campum, Spondeis vtimur: cum aliquid graue ſignificamus: vt Luctantes ventos tempeſtateſque ſonoras.

Heroicũ Appollini debemus. Senarius. Hexameter. Heroici nomina. Epicus heroicus dicitur. Bucolicus verſus. Dactyli quando in heroico. Spondei in heroico.

De Decoro, & gratia Heroici. Cap. 32.

DEcorum in Heroico maximum eſſe, & graue, R, litera reſonante manifeſtum eſt: vt: Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt vbera tygres. Hoc genuinũ et peculiare dicitur meũ: vt videri eſt in noſtris editis operibus. Aut, cum in ſede vltima dictio eſt: cuius poſitione prima lõgetur: maxime duarum ſimilium conſonantiũ, vt Totas ſplendeſcere terras. Aut, cum triſyllaba, media poſitione longa, vt Gentes frænare' ſuperbas. Aut, cũ ſecunda dictio eſt triſyllaba, aut quadriſyllaba vt: torua Mima Lonijs implerũt cornua bõbis, et: Rara cothurnato riſere theatra Menãdro, In Heroico clipſis rutilat, ſed non plurima: vt Clamorem immenſum tollit. Gratia, & nitor in Heroico conuenit: alioqui Heroici ammitteret gratiam, quæ hoc modo fit Cum dictio vltima vnius, alterius in principio Heroici repetitur:

R, reſonat in carmine. Gratia in heroico.

tur: vt Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum, Aſtrum
Anadiplo ſis. quo ſegetes. & dicitur Anadiploſis. Et cum vna di
ctio in principio, et in fine ponitur, vt: Multa ſuper Pria
mo rogitans, ſuper Hectore multa. Commendatur item
quoties vna cum affectu repetitur dictio vt: Italiam
Italiam primus conclamat Achates, Italiam ſocij. Pul
chrimum etiam dicitur, cum verba ſint plurima: quo
rum participia alijs iungimus verbis vt in iſto Ouidi.
Mars videt hanc, viſamq; capit, potiturq; cupita. Idē:
Sua viſcera traxit, Tactaq; calcauit, calcataq; rupit,
Climax. & eſt figura, quę dicitur Climax. Mox non indecorum
erit carmen, ſi ponemus ſæpius in principijs ſolam di
ctionem: vt: Nate meæ vires, mea nate potentia ſolis.
Anaphora. Nate patris ſummi, & dicitur Anaphora. Delectat
quoq;, cum ſola nomina, aut ſola verba carmen perfi-
ciant; vt: Inſidiæ, arma, doli, peſtis, furor, ira, vene-
num, & in illo Fortunati: Lilia narciſſus, violæ, roſa,
nardus, amomum. & ; Edocet, inducit, domat, arguit,
vrget, agitq;. Decebit, quoque, ſi nominibns ſingulis
epitheta iungantur; vt; Terra grauis, nemus ombro-
ſum, nix alba, ferox lis. & in illo; Myrta cruentaque,
cerea poma, volubile buxum. Ornatur ſimiliter, cū rei
res opponitur: vt: Pes pede cōiunctus mucro mucrone, ui
ro vir. Illuſtre carmē eſt, quoties animi accreſcit vehe-
mētia. Ouid. Stātia concutio cautis freta, nubila pello,
Nubilaq; induco ventosq;, abigoq; uocoq;, Et ſyluas,
moueo, iubeoq; tremiſcere montes, & alia quę habes in
vij. Meta. Non improbantur comparationes aptæ, vt
de Aenea: qui nullis precibus moueri poterat Virgil.
Ac veluti annoſam valido cum robore quercum Nunc
huc, nunc illuc. & alia. Exornant item carmen, q;, cō-
iunctiones plurimæ: vt: Cera vnum Iphitidem, Ala-
ſtoraque,

ſtoraq; Chromiumq;, Alcandrumq;, Aliumque, nemionaq; Pyrtaniumq; . ſic in iſto Ouidij: Aureq; et vẽti, mõteſq;, amneſq;, lacuſq;. Hoc tamẽ alij vitioſum, putant: ſed taceant: dum de vitijs Heroici diſſeramus.

De vitijs Heroici. Cap. 33.

V*Elut quæ ſequaris diximus, ita quæ effugias exequemur & non tantum fugias, quantum caueas, (niſi opere in longo.) Vitium primum eſt, cum heroicum cæſuris caret: vt: Sidera cęlum tellus, hordea, carbaſa fluctus. Aut, cum (teſte Seruio) vna incipiat dictio à ſyllaba in quam finit anterior: ut: Dorica caſtra. Aut cum (vt idem ait Seruius) in participium finit, quòd apud Græcos obſeruatur: vt Littora linquens quod Hemiſtichium eſt in iij. Aene. vbi Seruium legito tamen Latini id non obſeruant, Aut cum ſyllaba ferè eadem ponitur in principio duarum, aut trium dictionum: vt: Caſus Caſſandra canebat Aut, cum in monoſyllabum finit: quod peſſimum eſt (Seruio teſte) vt procumbit humi bos. Sed aliquando ſenſus ita appetit: vt melius in monoſyllabum finiat: vt delecta ſolo mox Ianua, ecce carmen concidere velut cadentis Ianuæ appetit ſententia. Et niſi forte totum opus eſſet monoſyllaborum: vt apud Auſouium. Et nos, qui compoſuimus opus monoſyllaborum: vbi miram ingenij videbis experientiam. Et aduerte apud Satyricos ſæpius in fine monoſyllabum eſſe carmen. Euitato quoque, ſi poteris, ne in fine heroici ſint duæ biſyllabæ dictiones: vt in hoc Varij Poetæ: Incubet & Tyrijs, atque ex ſolido bibat auro. quanquàm ſępius apud claſſicos inuenies, præſertim penes antiquos. Indecens præterea eſt cum dictiones multæ ab vna litera incipiant, aut etiam in vnã terminent. O Tite tute rati tibi tanta tyranne tuliſti,*

Quintianus opus monoſyllaborum cõpoſuit.

& Machina multa minax minitatur maxima muris, & dicitur Paroemon. ideſt ſimile, & magnanimæ Thebæ certamine Marte dedere. ſic apud Lucil. xxx. Et ſæuo duro in bello multo optimus hoſtis. ſic apud eundem libro eodem: Inque tuis factis ſæuis, & triſtibus dictis. Concurſus vocalium euitandus eſt, vt: Improbe Amor conuerte animi indignãtia habenis. Sunt Præterea plures figuræ, quas (ſi poteris) vt euites perſuadeò, vt eſt Pleonaſmos, cum abundanter dicimus, vt Vidimus hæc oculis, greſſi Pede, ſenſimus aure. Tapinoſim raro facias, cum rei magnæ ſit humilis expoſitio, vt Mare gurges. Amphibologiam, quantum in te erit non inſeras: vt Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe: Et te admoneat Atelanes Poeta Scriptor: qui ob ambigui verſiculum loci media amphiteatri harena à Caligula crematus eſt, Dij ipſum interimant. eius Manes Torqueantur, qui licet Romanorũ Imperator Virgilium principem literarum (Suetonio teſte) tanquam nullius ingenij, nulliusq; doctrinæ abolere conatus eſt, & Liuium tãquam verboſum conſumere. Improbe vir Caligula: ſi in corpora rabioſo ſæuibas, virulentoq; impetu. eſto. Sed quid durius, quàm in animos, voluminaque internecinam exercere crudelitatem? te lancinen? in te inuehar? te adlatrem? cum nil in lingna Latina Virgilio ingenioſius, diuinus ue, & Liuio nil expetibilius ſit, quem, vt uiderent, nomine moti, adierunt ab extremo orbe viri, teſtibus Plinio, ac Hieronymo. eſt & Cacophaton, quam Aeſcrologiam dicunt, ideſt compoſitionis inuercundam conſtructionem: cum aliqui ex verbis, quæ longiſſime ab obſcœnitate abſunt, occaſionem turpitudinis (teſte Quintiliano.) rapiunt: ut apud Ouidium Metamor. pri. Si qua latent meliora putat. Si

Paroemõ. Pleonaſmos. Tapinoſi. Amphibologia. Atelanes poeta. C. Caligula. Virg. literarum princeps. Liuiũ Barbari adeũt. Cacophaton. Aſcrologia. Pro Ouidio.

quidem

quidem & Celſus apud Virgilium putat: incipiunt agitata tumeſcere, & alij apud Terentium. Arrige aures Pamphile. & apud Nos libro Orpheos primo: Componens Diua ora manu, ne uumque repulſans. ſic in tertio, cum loquimur de Orpheo, qui Tartarum ob Euridicen adire prætentat: Et fiſus cithara, & tenſi dulcedine nerui. Quæ omnia ſi recipias lector nihil loqui tutum eſt. Sic abſint Cacozelia, Tautologia: & quædam aliæ, quas narrant Fabius & Diomedes, Donatusquè & Nos latius in libro de Figuris. Pro Virgilio. Pro terentio. Pro ſeipſo Quintianus libros de Orpheo compoſuit Quintianus librū de Figuris cōpoſuit.

De pentametro. Cap. 34.

PEntametrum (quod Epodicum ad differentiam aliorum quinque pedes habentium dicitur) quinque conſtare pedibus Ethymologia edocet. πέντε enim quinque dicitur: & μέτρον menſura: vnde Hexametrum etiam ab ἕξ ideſt ſex: & μέτρον menſura dicimus. Pentametri inuentorem ignorari Horat. innuit, & grāmatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Aliqui tamen Mydam Lydiæ Regem fuiſſe dicunt. Alij Theoclen Erythreum, dum per amoris inſaniam vociferaret. Terentianus vero inter doctos Vexillarius ſuper hoc dicit: Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor. Quidam non dubitant dicere Callinorum: ex quo intelligo Horat. in arte poetica addubitare quis pentametri fuerit inuentor, non autem quis primus Hexametro coniunxerit: vt ineruditi id interpretantur. Epodicū Pentametrum. Pentametrum vnde Hexametrum vnde Midas rex. Theocles. Pētametrī inuentor. Callinoas Horatij locus.

Pentametri primis duabus ſedibus Dactylus & Spondeus viciſſim, & indiſcrete dantur, addita poſt cæſura mox duobus Dactylis ſequentibus cum alia cæſura: vt: Nil mihi reſcribas. attamen. ipſeue in ita: quòd duæ iunctæ cæſuræ vnum pedem faciant. Alio quoque modo ſcandi poſſe manifeſtum eſt, auctore Beda: vt in prima, Pentametrum dupliciter ſcanditur.

ma, & ſecunda ſede Dactylus, & Spondeus alternatim ponantur in tertia Spondeus. aut Iambus: (quod raro fit) inquarta, & quinta Anapæſtus: vt: Nil mihi reſcri, bas attamen ipſe veni: alij dicunt in quinta ſede Tribrachum quandoque habere domicilium: quibus adhæreo. nam (vt dixi) vltima cuiuſcunque verſus eſt ad placitum. Sic rationibus hoc in loco vtar, quibus vſus ſum, cum approbaui Trocheum in Hexametro nullam habere ſedem. Pentametro accidunt a xij. vſque ad xiiij. ſyllabæ. & xx. tempora: aut xix. aut xviij. Si vero non admittatur Tribrachus (vt dixi) aliud erit. ſed de his hactenus.

Pentametri.

De Decoro pentametri. Cap. 35.

quot ſyllabæ, & tempora.

Pentameter decorus eſt: cum poſt Cæſuram primã triſyllaba dictio, mox duabus biſyllabis ſequentibus, ponatur, vt: Et teneat culti iugera magna ſoli. Aut cum poſt eandem cæſuram prima ſit biſyllaba dictio, & in Dactylo coniungatur cum triſyllaba ſequente: vt: Scipiades agitent bella cruenta manu. alioqui decidet: vt: Iupiter in magno ſtabat amans ſolio. Si vero in fine Pentametri dictio quinque ſyllabarum ſit aut, quatuor, laudatiſſimum eſt: vt apud Catullum, & Propertium ſępe, & in noſtra Elegia de morte Phi lippi Beroaldi: cuius exempla proferam: Barbara detrudet turba cacuminibus. Quæ legeret lætis Quintia luminibus. Et erit carmen decentius: ſi epitheta iungantur cum nominibus finientibus cæſuris: vt: Carmina pennatis plena Cupidinibus. Quæ poſitæ hamatis ſunt ſub harundinibus. Et notandum eſt ex Hexametro, & Pentametro poſſe curſum fieri retrogradum. vt ex Pentametro naſcatur Hexametrum, & ex Hexametro Pentametrũ oriatur: vt hoc in noſtro Diſtico ad Romã Pax

Elegia pro morte Philippi Beroal. noſtra.

Hexamet. & Pẽtam. ſimul retrogradiũtur.

tua

tua, non tua lis fecit te vincere gentes: Perdere te fecit lis tua, non tua pax. ſic & in aio noſtro ſuper Rege Galliarum Ludouico: Terribili modo, quę conſurgunt milite gentes Turbine Gallorum Rex cito corripiet. ſed ad vitia tranſeamus.

De vitijs Pentametri. Cap. 36.

Vitium in Pentametro exiſtimatur quoties ſenſus à Pentametro in Hexametrum ſequens tendit: quo vitio raro vtuntur poetę, immo vix inuenies, inueni tamen apud Auſonium. Concuſſus dixit. Quid tibi diuitiæ. Nunc proſunt Regum Rex oditiſſime cum ſis, Sicut ego ſolus me quoque pauperior. Similiter caueto ne poſt cæſuram primam ſit ſyllaba in Synalepham cadens: vt apud Catullum: Nec deſiſtere amare omnia ſi facies. Idem: Iupiter vt telorum omne genus pereat. Euitato etiam, ne ſimilis proſę videatur: vt apud Catullum: Qui modo qui me vnum, atque vnicum amicum habuit: Similiter erit turpiſſimum, cū prima cęſura orationis partem nō perficiat. Vnde Terētianus ait: Nā vitioſus erit ſic Pentameter generatus. Inter noſtros gentilis oberrat equus. Fugito etiam ne ultima cæſura ſit monoſyllaba dictio: vt, Illinc flent Dryades, ſic flet Hamadryas hinc: Euitato deinde, ne in penultima Pentametri ſit ſyllaba propter mutam, & liquidam breuis: quia craſſum in ſe ſpiritum retorquebit: vt Se multos Paulus iurat habere libros. Et antequam de Pentametro mentionem deſinamus, iure facturi videbimur, ſi admonuerimus, Pentametrum ſcribi per t, & proferendū, per δ, more græco. nam illi quoties ν, ante τ, ponunt τ, in prolatione δ, reſonat. Quāquàm Latini id minime ſeruant. Iam figuras aliquas aggrediamur quando Poetis inſeruire eas manifeſtum eſt, Figuræ poetis ſeruiunt.

De quibuſdam Figuris. Cap. 37.

Vulgaris error. Tmeſis, non Temeſis. Inciſio: POetas Figuris vti quibuſdam non incognitum eſt quibus neſcio quid gratiæ adipiſcitur carmen: vt Tmeſi. Eſt autem Tmeſis (non autem Temeſis nam eſt dictio biſyllaba cõtra grammatiſtas) quæ & Inciſio dicitur, cũ dictio ſeparatur interpoſitis alijs: vt: ſeptem ſubiecta trioni. Lucretius: Non turbari in que pediri: ideſt impediri, & plurimum fit in compoſitis. Caueas ne in nominibus proprijs integris Tmeſi vtaris figura. nam Horat. cum Aecoturicum oppidi nomen ſcindere non poſſet: ait: Manſuri oppidulo: quod verſu dicere non eſt. ſic Lucillius Saty. vi. Seruorum hic feſtus dies eſt, Quem penè Hexametro verſu non dicere poſſis. Ironia. Illuſio. Ironia: vt in vi. Quintilianus ait diuerſum ei, quod dicit, intellectum petit. & Idem. viij. ait Illuſionem dici, qua contraria oſtenduntur. Virgilius: Alegoria. Inuerſio. Egregiam vero laudem ſpolia ampla refertis. Alegoria, quæ (vt in viij. ſcriptum reliquit. Quintilianus) Inuerſio interpretatur: vt eſt: Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt, alij tamen dicunt ibi eſſe Metaphoram. Parẽtheſis. Interpoſitio. Parentheſis plurimum decori habet quam Fabius. ix. Interpoſitionem vocat: vt: Vix tenuere manus (ſcis hæc Menelae) nefandas. Periphraſis. Circuitus eloquendi. Periphraſis eſt, quæ eloquendi circuitus dicitur à Fabio, cum velimus aliquid dicere, vel notare, longo verborum tramite deſcribimus: vt, Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras Tithone croceum linquẽs Aurora cubile, ideſt iam erat mane. Hyperbole. Superlatio. Superiectio. Eminentia. Exceſſus. Hyperbole, quam Cicero ſuperlationem. Quintilianus Superiectionem, alij Eminentiam, alij Exceſſum nominant, eſt, cum uolumus aliquid magni denotare verum excedimus: ut de Polyphemo Virgilius: Et ſidera vertice tangit. Metonomia. Metonomia, quam tranſmutationem

tionem Diome. dicit eſt, cum pro continente contentum aut pro contento continens dicitur: vt, Nunc pateras libare Ioui, vel vina coronant. Metaphora, quę à Fabio Trãſlatio dicitur, quatuor fit modis: ab animato ad inanimatum: ab inanimato ad animatum: ab inanimi ad inanimatum. ab inanimato ad animatum vtuntur præterea poetæ Epentheſi, Ephæreſi, Sincopa, Apocope, Paragoge, & alijs quamplurimis, de quibus Fabium, et Diomedem legito. Non enim meum eſt omnes comprehendere. Has namq; annotaui: vt & me figuris habilẽ, & earum familiarem eſſe. vel inuidus diffiteri non poſſit. Has breuiter prelibaui, donec de Figuris noſtrum edatur opus. ſed in fine Artis breuis ſunt figuræ, quod ad ſyllabas a nobis explicatæ plures. At iam quoniã ferè Crementi oblitus fueram, de cremento aliqua breuiter perquiremus.

Transmutatio. Metaphora. Translatio. Poetæ vtuntur figuris. Quintianus de figuris opus compoſuit.

De Cremento. Cap. 38.

CRementum in nominum, aut verborum dictionibus eſſe dicimus, cum recti a ſuis obliquis. Et inſtantis: ideſt præſentis indicatiui prima, ſecunda, & tertia perſona à reliquis, aut ſyllabis, aut tẽporibus ſuperantur. Sic erit etiã in alijs modis: temporibuſque: vt: Pater patribus amo amamus. & primo.

Crementũ quid.

De Crementis Nominum. Cap. 39.

A In nominum cremento longatur: vt animarum, dominabus. Et ſimiliter ĩ nominibus in al, ar, neutralibus, an, & as, vt animalis, calcarij, titanis, pietatis niſi fuerint monoſyllaba: vt ſal ſalis, par paris, vas vadis. ſimiliter anas anatis, quod breuiatur. Longato quoque ab ax: vt audacis, ſic nar naris Pan Panos. demantur dropacis, abacis, Pharnacis, Atracis, Athacis, ſtyracis, coracis, ſmilacis, candacis,

A, in nõis cremento.

iuba-

iubaris, nectaris, hepatis, facis, & quorum in dis genitiuus eſt: vt Palladis, Archadis. cætera itidem corripito: vt Arabis, Annibalis. Quamquam ſuper hac dictione alias nec ſpernenda dicemus. nam in penultima aliqui elongarunt. E, in nominum cremento producimus: vt rerum, diebus, & in omnibus in el, en, es, ex, vt Gabrielis, Syrenis locupletis, fecis, demitto ſegetis, tegetis, parietis, abietis, præpetis, teretis, hebetis, arietis, gregis interpretis, necis, pedis, cereris; & quæ vocalem habent ante aliam: vt rei, ſpei. Longantur vero quæ i, ante e, habent ſequente vocali alia: vt ſpeciei. ſic & veris, & plebei, & quę faciunt genitiuum in eris; ab ηρος grece, vt pantheris, crateris. Et non miraberis quare aer, & æther corripiant: quia non in ηρος: ſed in ερος in genitiuo græco faciunt. alia omnino breuiato: vt ciceris; velleris. in mulieris eſſe ambiguum nonnulli diſſerunt, tamen quid ſentiam in quarta legito Epogra. I, in nominis cremento breuiari teſtantur omnes: vt patribus demito in nominibus in, interminatis, vt ſalaminis, delphinis. ſic & quiritis, ſamnitis. & in græco genitiuo circumflexa: vt gryphis, eleuſinis. & in is, adiectiua, ſeu fœminina: vt fœlicis, radicis, ſic Caicis bombycis, ſandicis: ſpadicis phœnicis, demuntur hęc, picis, niuis, ſilicis, ſalicis, laricis, ſtygis, coxendicis, hyſtricis, maſticis, claxendicis, codicis, virginis, militis, carminis, & ſimilia. in nominatiuo biſſyllaba: vt lapidis, vibex longatur. ſtrigis, & bebrycis, hæc duo ad placitum. O, in nominum cremento longamus: vt ambobus, corripito in on nomina græca breuem habentia, o: vt Dæmonis & in on nomina o, longum apud Græcos habentia producito vt Babylonis. ſic & in o, apud nos: vt ſermonis. & in or maſculina, fœminina, communia, appellatiua: vt doloris,

Marginal notes: E, in noīs cremento. — I, in noīs cremento. — O, in noīs cremento.

loris, maioris ſororis, vxoris. ſi autem fuerint propria, aut neutra, corripi videmus: vt Hectoris, marmoris, ſic rhetoris, arboris indecoris, memoris, publiporis, marciporis, ſcrobis, inopis pecoris, ſcobis, eboris, & compoſita à potis, vt compotis. Si vero nomina in os, aut in ox, terminabunt, producimus: vt custodis, velocis. demito Cappadocis, bouis præcocis. V, in nominis cremento breuem cenſemus: vt verubus, lacubus, quibus ſimilia nomina nulla differentiæ cauſa cogente u, pro, i ponunt, teſte Priſciano. Elongato tamen à nominibus in us, vt ſalutis, hinc demito quæ vocalem ante aliam retinent: ut gruis, ſuis. ſic intercutis, pecudis. Nomina in vx, producimus: vt Pollucis, dēptis monoſyllabis, vt ducis crucis lōgatur tamen lucis. cætera corripient, ut lyguris, conſulis, præſulis fur tamen furis elongabit. V, in noīs cremento.

De Verborum Crementis. Cap. 40.

A' *In verborum cremento longationi hæret: vt amamus. Excipitur tamen in do. & in compoſitis ſuis, quæ in primo breuiantur cremento: ut damus, circundamus. & iure diximus in primo cremēto: quia in alijs a, longatur: ut dabamus quod non adnotauit Maturantius. E, ſimiliter longamus: vt docemus niſi in verbis tertiæ coniugationis ſequente t, in preſentibus, & pluſquam perfectis ut legeris, legeram, ſi uero eſſent ſecunda crementa, longarentur: vt ſequereris. In bere, & beris primæ, & ſecundæ coniugntionū breuiatur: ut amaberis docebere. In pluſquam perfectis indicatiuorum, & in præteritis, futuriſúe ſubiunctiuorum etiam corripitur: ut dederam, dederim, dedero. I, in cremento verbi, niſi in quarta, & in preteritis in ui monoſyllaba: vt laceſſiui, breuiatur: ut legimus in ſecundo*

A, in verbi cremento.

Maturātij incuria.

E, in uerbi cremento.

I, in verbi cremento.

cremento

cremento: in omnibus breuiatur: ut audiuimus. Producuntur autem ſimus a ſim, velimus velitis a uelim. Si vero in plurali perfectorum, & futurorum ſubiunctiui inuenies, non corripitur: ut male ſentit Pylades noſter: ſed producitur. uti ex Probo legimus: ut amauerimus, dederitis. Sed ſuper his latius diximus in ſuperioribus. O, tam ſemper longatur, quàm V, breuiatur ut docetote, adſumus.

Pylades errat.

O, in verbi cremento.

V, in verbi cremento.

De Penultimis Infinitiuorum. Cap. 41.

IN finita primę, ſecundæ, & quartæ, in penultima longantur, in tertia corripiuntur. Aduertendum tamen eſt in prima excipiendum eſſe dare, cum ſuis cōpoſitis: ut uenundare. Si vero aliquando in ſecunda breuiabuntur, dices priſco id more fieri. Nam (vt ſeruius Comment. quarto, & nos referimus in v. Epog.) verba ſecundæ habentia, e ante, o, antiquitus tertiæ poterant eſſe coniugationis. Virg. Et litora feruere late. Manilius: Toto reſpondere mondo. Priſcianus. Perhibent quam fulgere Sole. Virgilius: Feruere Leucatem Plautus in Muſtel. Non omnes poſſunt olere unguēta exotica: ubi olere in media corripitur, ab olo olis: quæ uerba ueniunt a feruo uis, reſpondeo dis, fulgo gis, olo olis tertię. Iccirco nulla teneat admiratio, ſi Caue: Vale, in ultima aliquando breuiantur. Horatius: Vade, uale, caue, ne titubes, mandataq; frangas. Ouidius primo Triſt. Idque quod ignoti faciunt uale dicere ſaltem. nā a cauo uis, valo lis, veniunt. Sed iam ad tertiam tranſgradiamur Epographiam, hęc eſt intende Lector.

Verba in eo ſecundæ, tertiæ erant coniugationis

EPOGRAPHIAE. II. FINIS.

IOAN· FRANCISCI QVINTIANI STOAE POETAE LAVREATI,

De ſyllabarum quantitate, Epographia. III.

PROOEMIVM.

CVM SYNCHRONORVM *quorundam diu mecum varias cogitarẽ ineptias, non potui quin hanc tertiam cõtexerem Epographiam, dignum ratus, ſi non tantum eorum opinioni diſſonus nõ ſuperuacaneum eſſe de primis diſſerere ſyllabis oſtenderem, ſed vt etiam aliquos circa ſyllabarum concinnationem labores exantlarem. exantlaui certe, & quod inſipidum eſſe referunt, ſapidum feci conditumq́;. Referunt autem ij, male eruditionis tabernæ redundationis vitio dandum, ſi de primis, aut medijs ſyllabis per regulas aliquis ediſſertet. quid gruniũt irrito viliores catapotio. triuialis fecis inclyta noſocomia vmbratiles grammatiſtę? An iuuenes ſemper exẽpla habent memorię? An ſine præceptore tyrunculi fiẽt eruditi? vbi nunc ſunt illi, quos græci αὐτοδιδάκτους dicunt: ideſt ſeipſos prçceptores habentes. Vbi Manilius Rom. quem varijs doctrinis nobilem fuiſſe ſine præce-* Manilius Roma.

Apuleius abſq; præceptore latine, diſcitt. Auguſtini ingenium. Syllanion ſtatuarius.

ptore ait Plinius: vbi Apuleius Madaurenſis: qui nullo magiſtro pręunte erunnali labore ſtudia excoluit Quiritias? Num noſtris ſub ſeculis naſcetur Auguſt. qui (ipſo teſte) nullo docente, libros Artium liberalium legit & intellexit? Num in literis erit Syllaniõ ſtatuarius, quem nullo doctore nobilem prodidit antiquitas? Quo noſtra ſe vergunt tẽpora: quibus & mille auctoratis præceptoribus nulli, vel pauci fiunt eruditi? Videãt, et relegãt has noſtras tabulas, an allectitio progrediar ordine viderint. Non inficias ibo tamen (vt ſuperius diximus) difficillimum eſſe per regulas contineri ſyllabas. Vnde præcepimus multorũ vatũ memoriæ mandanda carmina: quia fidelior exemplis eſt tenor, quam regulis. Nihilominus quoad noſtra ſuppetit facultas, ita regulis contexui, vt ſyllabę in primis, ſi non omnes penitus, plurimæ tamen per quaſcunque vocales ſubditæ emergant. At dicant aliqui: Me nec iuſta progreſſum ſerie, cum dictiones per y, enotandas dictionibus i, recipientibus inſerui ante omnes conſonantes, qui, vt ignoſcant, ſciant velim non id ignorantia, ſed dedita factum opera, & breuitatis cauſa, mox ſuccurrit, vt ueniam depræcer, ſi minus, quæ dixero, omnia exemplis cõprobauero, nam quæ facilia repertu ſunt omittenda duximus, et ob id dictiones aliquãdo duobus pũctis ſeptis literis, intelligendas curauimus. ſed iam repetatur iter, & primo.

Exemplis fidelior tenor, quam regulis.

De A, in primis ſyllabis. Cap. I.

A *Ante B, breuiari præceptorum edictum eſt: ut labor nomen, labo, labas labefacto .i. concutio, Strabo, grabatum. licet Græci ſcribant γράββατον. nam ſimiliter ſcribunt λάκκοσ lacus. πτισθάνη ptiſana. ſcabies itidem breuiatur, non autem longatur vt Franciſcus præcepit Niger. Longantur vero labor*

Frãciſcus Niger errat.

bor, laberis, labes, labis, ſtabo ſtabam fabula, fabella, ſabura n, p, nabis n, p, Abel, p, n, fabor & alia à faris, vel fare fatur, flabo flabam, tabeo tabes, nomen & verbum, & ab eo venientia: vt tabens, tabidus, tabi, tabo, trabigilus, ſabus, nabam, nabo, pabulum. & omnia in bilis verbalia: vt labilis fabilis, nabilis: præter ſtabilis, & habilis. flabellum, labrũ Abrahã, labicum. hæc quatuor ad placitum, ſic erunt obliqui à faber fabrico, fabrilis, & omnia a breuibus venientia. cum habeant mutã cum liquida: ut ſcabri, glabri. Aliqui dicunt crabro, & flabrum longari: quod non affirmo: cũ poſsent breuiari ſequente muta, & liquida, & ſpecialiter, cum à flabro flabellum breuiari poſſit: quod Aſcẽſius minime vidit. trabes a trabs omnino breuiatur. Et non audiendus eſt Iuuencus, dicens primo: Diripe ſed proprio fallax de lumine trabem. niſi velis excuſare eſſe Miuron carmen. quod carminis genus ſemper penul. breuiat. legito in Arte breui: vbi de Heroici ſpeciebus fit mentio. Catul. Non ſi illam rare labefactes munere veſtis. Horat. S, q, ſ, u, non faſtidiſſe Strabonem. Cõtra, Sulpitium, Robertumq́;, & Maturantium longari dicentes. Virgi. Senſim de miſſa grabato. Pull. Quem tuleram caſu labor & ipſe ſuper. Ouid. Phamen u, t, labe perire meæ. Idem Metamor. iiij. H, ſ, i, t, notiſſima fabula cœlo. Tibul. Hæc tibi fabellam referat. Auſonius, Fabellam permite mihi d, p. Franciſcus Niger breuiari præcipit, cui adhærebo, ſi exemplo id confirmauerit. Sil. xv, A, ſ, ſtridentem ſabura cornum. Idem in eodem, Fatidicus nabis veniens a, a, o. Prudent. in Dittocheo: Paſtorem ſternit in Abel. Virgil. hæc tibi fabor enim. Ouid. Metamor. ix. Tabe liquefactis t, a, ſ, p. Virgil. Et terram tabo maculat. Claud. Trabigilium

Aliqui dãnantur.

Aſcẽſi in curia.

Iuuencus non audiẽdus.

Sulpitius, Maturantiuſque & Robertus falluntur.

Franciſco Nigro non hereo.

timidum, deſertoresq́; g, Sil. viij. Pars laudes ore canebat Sabe tuas. Ouid. Metamor. xiij. Pabula decerpſi decerptaq́; d, m, quæ dictio inducit A. Gelli locum, dicentis libro xvi. capite iiij. Haſtile ligna pompabulum vbi (meo iudicio) legatur, pabulum. aliter lectoris tardat curioſitatem. Virgil. iij. Nec dictu affabilis vlli. Ouidius pri. Metamor. Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda. Virgilius primo: Nanq́; humeris de more habilem ſ, a, Propert. Caude flabella ſuperbæ. Quapropter non poſſum non mirari Neſtora contra Sulpitium ſcribere: Tantummodo longari flabellum: quippe qui incurioſum ſcribat Sulpitium: qui docuerit breuiari. Diſcant ambo ambigue poni: vt in ſexta dicemus Epographia.

A. Gelli locus.

Neſtoris incuria, & Sulpitij.

Sulpitij incuria.

A Præcedens C, breuiationi inhæret: ut Hiacynthus, & ſi ſub hac regula non eſt Acantis. Quod Sulpitius ſpacium, etiam dicat breuiari, manum non vorto, cum ſub hac regula non ſit. nam per t, non per c, ſcribitur: quſi patens. Excipiuntur vacinia, bacbara, Pacuuius. Zacharias n, p. Achar. n, p, obliqui a pax, & compoſitā vt pacificus, brachiū facundus, facundia, cacula apud Plautum in Pſeu. obliqui a Thrax, Thracia, cacabo, verbum. cacabus, tracha, vacia, vaciemus, machina, glacito, glacima, Trachyn, Trachynius, Baccha, Bacchus, Bracca, graculus licet poſitione. acer quando fortem ſignificat dacus, paco, placo, racipalis, Lacon n, p, aculeus apud Capellam, annuente ſic dictione. ait enim: Nec ſtimula incenſo allicit aculeo. Cacus macero, vacillo, Pachynus, acis. hæc quinque ambigue ponuntur. In Academia Sulpitius ait a, ante c, longari in hoc Tullij Laurea: vt ex Plinio recitat: Atque Academiæ celebratam

Sulpitij error.

bratam nomine villam breuiari autem in hoc Horatij: Atque inter ſyluas Academi dicere verum. ego, vero vbique breuiari dico, & percipio. in vi. latius legito Virgil. Et ſuaue rubens Hiacynthus, riſum cient Maturantius, & Valla Siculus, dicentes apud Virgilium longum reperiri: vt: Et pinguem tiliam, & ferrugineos hiacynthos, cogitant autem ibi triſyllabam, cum ſit quadriſyllaba dictio, in qua etiam Ioan. Paſtranenſis, Robertusq́; anceps eſſe nomen referentes allucinantur. ĩmo ſub hac regula minime cõtineri diſputauerim quia potius mediarum portionem retinet ſyllabarum. Virg. Reſonant & Achantida dummi. vbi errauit Sulpitius deceptus carmine. nam ſic legitur , non autem: Reſonant Achantida dummi. iuxta illud Calpurnij: vt Vincat Achanthida cornix. Tortellius ſimiliter decipitur, forte propter ſuum mendoſum codicem: cum legat apud Virgilium reſonant Acalantida dummi. ſuper qua dictione neſcio quæ nugamenta blattit Papias, quem non dammo vt primarium: ſed vt barbaros contundam ei nimium inhærentes. Virgil. Alba lyguſtra cadunt, vacinia, nigra leguntur. Auſon. Quæque ſ, p, iactat ſe Bachara diues. Perſ. Saty. i. Sunt quos Pacuuius. Sidon Zachariæ iuſti linguam p, l. Prudent. in Pſych. Cum victor concidit Achar. Ouid. Sed erat facundus vlyſſes. Idem in Philom. Cacabat hic perdix g, ra, modo illud opus Ouidij ſit quod non crediderim. nam Ouidianæ Diuinitati illud opus eſt diſſonum: ſed quia ſub eius circunfertur titulo, & multi falſo prędicant: nec habeo nec fidem adimam. Stat. Syl. v. Alborum calicum, atque cacaborum eſt enim carmen Phal. vnus tamen Codro carmen obtulit hoc, in quo breuiatur: Quo caro decoquitur cacabus, græce a ſonitu fit. quod Codrus non

Maturantius. et valla Siculus falluntur.

Hiacynthus quadriſyl.

Io. Paſtranenſis, & Robertus allucinantur.

Sulpitius errat.

Virgilius formatus: Tortellius decipitur. Papias blattit.

Philomena an ſit Ouidij.

admiſit noſter. & ſi admiſiſſet, non ipſe admitterem: cum illud carmen alicuius triuialis Graciſmi, aut Theodoli barbarorum fuiſſe crediderim, & inuenies apud Petronium apte poſitum ſcilicet vt a, ante c, longetur. Horati.Epi.pri.Tracha ne vos H, ebruſq́; n, c, u, Martial. Docti patria narbo Vacieni.Virgil. Aenei.ij.Fabricata eſt machina muros. Ouid. in Phil. Et glacitat improbus anſer, Idem Metamorpho.xi.Herculea Trachina iube. Horat. Inexorabilis,acer.Martial.Grande iugum domita Dacus ceruice recepit.Et notandum eſt. ſi ſecundæ erit inflexionis, longabitur: vt in exemplo patet: ſin primæ breuiabitur. Virg. Indomitiq; Dacæ e, p, i, a. Vnde non poſſum non mirari Iacobum Crucium alioqui literarum pelagus hoc non animaduertiſſe: cum ait ſuper ij. Pharſaliȩ. Motura Dacas vt clade Getaſque, legendum eſſe, Dahas: quia reluctatur ſyllaba. immo innuit: vt vidimus in exemplo Virgi. immo alibi Lucanus (ſi recte memini) vi. inquit. Et vetitos errare Dacas in mœnia ducat. Lucan.v.Deiotarum & gelidæ dominum Racipalin oræ. Ruf. Feſt. Gracculus & tenui q, ſ, g, c. Virgil. Hic mactat Lacona, Theretraq́; d, q, licet in aliquibus codicibus Ladona ſit. Caius Cæſar, ſeu fuerit Germanicus: Vnum hoc maceror, & doleo t, d, t, ſed ambiguum in vi. dicemus Epograph. quod negat Baptiſta Pius totius rei literariæ Spirarches, & grammatiſtarum malleus in Plaut. Comment. in v. videto. Ouidi. Metamor.xiij. Quoq; erat tamen Acis in amnem. in qua dictione Sulpitius, & alij omnes incurioſi fuerunt.

Notandū Darcus ci, Daca cæ.

Iacobū Crucium miror.

Lucanus defenſus.

Baptiſtæ pij laus. A, Baptiſta pio diſſenſio. Sulpitij, et omniū incuria.

A Super D, corripitur: vt ſpado, ador, adoris, Tollito, Clades, Ladon, adon, fadus, radix, radico radicitus rado, vado, vadis, caduceus, caducifer,

fer, traduco, ſuadeo, ſuadus, dadum, Gade, Gaditanus, ſpadix, gadir, gadilon, Caduſii, Saducei, Gradiuus, Adria, Adraſtus, Adam. in qua dictione Aelius Antonius Nebriſ. defecit, tantummodo longari edocens. In qua incuria fuit & Sulpitius iſta quinq; ambigua ſunt Iuuena. Cum tener vxorem ducat ſpado Neuia th. lector in hoc Aratorem Chriſtianum poetam nec ſpernendum, ne tangito, dicentem in primo. Præuius hic ſpado eſt, q, p, l, vbi falſo a, ante d, longauit. Auſon. Moxq; ador, atque odoris d, p, p, f, & omnino breuiatur: non autem ambigue ponitur: vt Neſtor ait. Fallitur nanq; in illo Vganni: Emicat in nubes nidoribus ador adoris. nam legitur. Ardor adoris, non ador. Iuuenal. Tradidit archano q, u, m, Ouid. Metamor. x. Claudibus exclamat ſ, p, n. Idem Metamor. pri. Placidum Ladonis ad amnem. Martia. Capel. A, a, l, ac Biblius Adon. Virgil. Et Fabumque, Hebeſumq; ſubit r, q, a, q. Ouidi. Metamor. ij. Subita radice retenta eſt. Virg. iij. Radimus & Fatis in n, c, m. Idem. ij. Vadimus immiſti Danais. Ouid. in Faſt. T, i, a; ſumptis Caducifer alis. & non mireris apud Iuuenalem breuiari, caducens, cũ ait: Violato pœna caduceo, vbi Georgius Valla, cadurco, arte motus Metrica legit. quod nullo pacto admittendum eſt. Nam ibi potius Pedem Amphimacrum facerem, aut ratione (vt alij volunt, dicentes forte ambiguum eſſe) breuiari dicerem, quàm cadurco, ſubſtituendum eſſe aſſeuerauerim, Ennius, Flos delibatis populis, & ſuada medulla. Iuuenal. Quæ ſunt a Gadibus vſque. Idem: Quam Gaditana canoro. Virgi. Spadices, glauciq; color. Priſc. Poſt hos caduſii duriſſima i, c. Horatius: Hyrpine Quinti cogitet Adria vbi Acronem erraſſe dicunt: quòd dixerit ibi, Adria neutri eſſe generis

Aelij Antonij incuria.

Sulpitius defecit.

Arator poeta.

Aratorem non admitto.

Vgannius exculꝰus.

Iuuenalis defenſus Georgiũ Vallã non teneo.

Acron defenditur.

neris: ſed impreſſorum errorem crediderim: vt pro maſculino neutrum poſuerint. nam alio in loco Acron ait, Horatium maſculini generis protuliſſe in iſto: Dux inquieti turbidus Adria. De ambiguis in ſexta uideto.

Alij non viderunt.

A Veniente poſt F, breuis eſt: vt vafer. Excipiuntur, Apher, Sapho: quãquam duplici, pp, ſcribitur. Daphne ambigue: quod alij non viderunt. Sapphirus longatur. nec huic, nec alij, ſeruit regula: quia poſitione producitur. ſcribitur autem ſapphirus. Et aduerte quoties, ph, ſubſequatur. intelligendum eſſe p, ſubſequi. Perſ. Omne vafer vitium r, ſ, a. Mar. R, m, q, magis traduceris Afer. ſed magis per, ph, ſcriberem Horat. Et maſcula Sappho.

Iuuenalis defenſus. Georgij Merulæ error.

A Sequente, G, breuiatur: vt magis. quæ dictio inducit Georgij Merulæ errorem, dicentis, interpretantisq; illud Iuuenalis: Quid confer purpura magis, cum legatur maius: alioqui claudicaret verſus. Excipiuntur, Mago n, p, pagina, fragia, fagus, pagus paganus, ſtrages, pago, flagito, agalma, magalia, fragum, dago, pages: vnde compages, vagio, uagitus, vagor nomen, vagina, lagana, ſtragula, tragula, ſagio, ſaga ſagę, bragada, tagitia, tragema, non a τϱαί γω.i. hirco: ſed a τϱάγω.i. comedo ſecundum aliquos: vnde tragemata dicuntur, quas vulgo confectiones uocant: flagitium, lagus, lageus, ſagana, agęa, plaga, cum vulnus ſignificat. fragor fragaris agger pro cumulo: licet poſitione. Sil. v. Soceriq; miſer Magonis inire. Iuuena. Milleſſima pagina ſurgit. Virgil. Sub tegmine fagi. Iuuenal. Laudet vicinia pago. Peri. Hederæ ſequaces ipſe ſemipaganus. Mart. capel. de nu. Phil. Et robur thalamo flagitat abditum. Idem. vi. Q, d, a, habito qui agalmata firmant. Ouidius pri. Metamor. Mõ

Tragemata.

tanaq;

tanaq; fraga legebant. Idem. x. Metamor. Reddit onus, vagitq; puer. tamẽ in libro de Philom. breuiatur in alia ſignificatione. Claucitat & catulus, ad vagiunt lepores. Lucret. E, ſ, i, miſcetur funere vagor: ideſt vagitus. Ouid. Vagine diripit enſem. Iccirco ſuccurrit illud Virg. Seruans ſub imagine falcem. expone tu: ideſt ſub vagina. De lagano: multi dicunt longari, tamẽ apud Horatium eſt, Ciceris, laganiq; catinum. Aliqui tamen legunt. lachani Martial. Stragula ſuccinti u, ſ, u. Lucillius: Tum ſpara, Tum rumices portant, & tragula porro. Tibul. pri. Pollicita eſt onagico ſaga miniſterio. Iuuenalis. Flagitio dabit in laqueum veſtigia noſter. idem, Famoſaq; mœnia Lagi. Sil. pri. Roſeos omnes Lageus ad ortus. Ennius. Multa foro ponens, agæaque longa repletur. Ouidius in Priap. c, m, p, tu ſuffragare rogatus. Aliqui ſub hac regula ponunt, contagium, cõtagies, contagio, coagulum, repagulum: ſed potius in medijs ponenda dixerim ſyllabis. Virgil. Georgico. iij. ſerpant cõtagia vulgus. Ouid. i. Met. robuſta repagula poſte. Cal. in Buccolico crudoT, n, tremuere coagula lacte.

Virgilij locus. Imago pro vagina.

A Super L, in biſyllabis dictionibus longatur: ut malo, verbum: & malum, pro pomo: & malus pro arbore. pala palæ apud Columel. Excipiuntur, ſalo ſalonis: Cales, oppidũ Campaniæ, palus paludis: Pales, Dea: Palam, phalæ, phalanx. calix, ſalum ſali, ſales, halys: obliqui a ſal, calybs, calor, halis, malus la lum, ſalus ſalix, alo alis i. nutrio: ſalar, Talus n, p, apud Virgilium ſi vero Talus, qui conuerſus eſt in perdicem. de quo Ouid. longatur. calo: ambigue poni ailqui teſtantur. Thales, ad placitum etiam poni in vi. dicemus. In poliſyllabis breuiatur vt palumbes, Valerius Aloeus, ſalebra, contra Ion. Paſtranenſem,

Io Paſtranẽſis error.

Roberti idē error. ſem, & Robertum longari dicentes. Excipito alea, Alecto, talio: phalarna, piſcis: caligo, nomen & verbū balena, halitus, alipes, Palantes, ſcalena, talare, Aliſanus n, p, alipham, calices, Aliphanum, oppidum: talea. ſalentum, Salentinus: alium, apud Virgilium. & Columel. Caliſto, Ialiſos, alopecea, Phaleni, malobathrū Salluſtius, ballatus, baliſta, ſqualleo: ſqualidus, malleus, callidus. i. aſtutus, pallium, palliolatus, & ſi poſitio eſt. palatium, ambigue. Sunt & qui dicant, aliam pro fluuio poni ambigue. quid nos ſentiamus in vi. legito. Martia. iiij. Armorum ſalo temperatur ambit. eſt autem Phal. Virgilius. vij. Aequora quique Cales linquunt a, q, u. Idem. Te quoque magna Pales. Probus Laudaris quodcunque palam Q. P. Non oportet tamen mirari literarum cultores, cur ſub Probi titulo carmen allegauerim: ideo quid ſentiam cum diuerticulo proterminare viſum eſt. Opuſculum illud floridum, elegans, & perpolitum nequaquàm Catonis eſſe edocent tempora, quando Lucanum, Naſonem, Virgiliumque legendo, præcipiat. Non imus tamen inficias, Catonem de moribus libellum poſteris reliquiſſe ſed ex A. Gelij verbis prorſo, non uorſo eloquio conſcriptum conijcimus alij tenent Senecæ, alij Auſoni, fuiſſe opus: quibus aſtipularer, ſi ob ſtilum hoſce non mentiretur. itaq; Narnienſi Galeoto concordans, illud fuiſſe Probi opus crediderim. placet aliquãdo e re nata (vt in prouerbio eſt) aliqua inſerere, ne tibi lector ſuboriatur faſtidium. Ennius. xv. Malos diffidunt, fiunt tabulata, phalæq;. Lucanus: nec ſoliti luſere ſales. Claudi. in Ruf. Iam rubet altus Halys. Ouidius Metamorphoſeon decimoquinto: Salibus vitiatur amaris. i. maribus interpreteris nõ autem pro condimento: vt multi triuiales exponũt, Auſon

Vtrum Catonis opus ſit de moribus.

Cato de moribus libellum cõpoſuit.

Probus carmen de moribus cõpoſuit.

Ouidij locus.

ſon. Purpureiſq; ſalar ſtellatus tergora guttis. Lucanus quarto: Qua Creſſo fatalis halis q, u, l, Virgilius: Tua cura palumbes: vbi obiter Seruium mendoſum eſſe aduertas. ait enim palumbes: ideſt brungidę quos vulgus tetas appellat, lege tu titos: vt ex Cornuto didicimus. Horatius ſermo. pri. Cōtra Leuinum Valeri genus u. ſ, itaque cum dicat Prudentius: Valeriane ſacer. apud me incognita ratio eſt. niſi (vt inquit Ianus Parrhaſius) forte voluerit aliud l, iungere. vt poetarũ morem eſſe diximus. Ouidius Meta. vi. Gignis Aloidas. unde aliquos codices emaculandos admonuerim. habentes Gignis & Aloidas. quod non videre qui emendatum imprimi præ ſe ferentes opus curauerunt. ſic apud Virgil. in Mecœ. obitu: vel fuerit auctor Cornelius, Fudit et Aloidas p, d, o, legito. Fudit Aloidas. Aliqui contextus habent, Aeolidas. & ſic a Domitio legitur, modo illæ Domitij ſint gloſſulæ, quod non credo. Tu corrigito & omnino Aloidas legas. ſic & apud Domitium interpretem Proper. Luna miniſtrat iter demonſtrant aſtra ſalebras. Virgil. Talibus Alecto dictis Mart. xij. Corrumpunt ſine talione cœlebs. Laurentius Lippius in Oppianum, Phalarnam dicas fœdam q, e, m, l. Iuuenal. Cum pateant altæ caligantesq; feneſtræ. vnde illud Silij. xij. legendum eſt, Iuxta, ac caligante ſitu lõgumq; per ęuum non autem vt in impreſſis codicibus: Ac iuxta caligãte ſitu. Robertus ille Gallus neſcio quæ nugamenta effutit ſuper hac dictione: cuius verba obijcerem, niſi Siculis vaniora cenſerem. Sil. xij. Orythia domos huic aliſanus Iaccho. Horat. Ser. ij. Inuertunt aliſanis vinaria tota. Ouid. Faſt. ij. Caliſto ſacri pars fuit una chori. Interpres Strab. xiiij. Lindon, Lalyſonq; dein, claramq; Camiron. Virgil. ix. Q, a, m, balatibus

Seruius emaculatus.

Prudentij ratio quæ ſit ignoro.

Ouidius emaculatus.

Virg. emaculatus.

Domitius emaculatus.

Domitij & Virg. gloſſulæ.

Silius reformatus.

bus agnum. Horat. Malabatro Syrio capillos. Idem: Libertinarum dico Saluſtius in quas, Mart. Quę Palliolata vagatur, & ſi aliqui ſyllabarum expertes volunt pallium breuiari propter illud Auſonij: Molle aurum pallijs Græcia texe tuis. Dij boni quibus ambagibus ſe oſtentant. non ne ibi duo, ij, in vnum vertuntur? alioqui claudicaret Burdegalenſe carmen: quia pallium per duplex, ll, ſcribitur. Vnde Mar. pallia donauit g, c, t.

Aliquorũ error.

A Ante M, in diſyllabis longatur: vt amen, hamus. Excipito, amo amas. Lamus n, p, fames, Zama, vrbs, camers, damus, tamen clamys, Samos, Same: Thamos ſecundum aliquos: tamen thamus apud Columellam longatur, genus herbę. Si vero erunt dictiones polliſyllabæ, breuiantur: vt amurca. Demitto hamura: quamuis ambiguum eſſe inferius diximus: lamina, lamentor, lamentum, & ab a compoſita: vt amitto, amentum, lamentatio, Mamurius, Samaria, ramentum, Damœtas, Damippus apud Theocri. mamura apud Martialem. Scamander indifferenter apud aliquos ponitur. Ciprianus: cunctis: credentibus amẽ, ſimiliter poſuit Auſonius, Ouidius: Fallaci piſcis ab hamo. Nec te decipiant Manturantius, & Valla Siculus, Antoniusq; Nebriſſ. dicentes apud Iuuenalẽ breuiari: Diſpoſitis prędiues hamis, cum ibi, es, collidatur ſyllaba, antiquorum more, immo etiam, armis, nõ, hamis, ſecundum aliquos legendum eſt. Horati. Car. iij. Aeli vetuſto nobilis a Lamo Sil. ij. Et Zama, & vberior rutilorum ſ, t, Virgil. Georgi. A, t, t, contingũt corpus amurca, E ſciendum eſt (Terentiano, & Seruio teſtibus) ſcribi per c, & proferri per g. ſic in Caieta, Eneo, Curculione quare id fiat in quinta legito Epograph. ſil. iij. Tum Chalybes pauper Bamura cruda

Maturãtij & Vallæ Siculi error. Antonij Nebr. idẽ error: Iuuenalis locus. Amurca p c. ſcribi, & per g. proferri. Aliquorũ incuria.

iuuen-

iuuentus. Virgil. Lamius. Endymion. Aliqui tamen ſcribunt Latmus. Mart. in Xe. A.nn. tibi Mamertina ſenectus. Iuuena.Sat. vij. Mamercorum Alapas. Auſon.Solus qui chium miſcet, & ammineum.Aliquorum obiter annotetur incuria, qui dicunt, in amineo a, ante m,ambigue poni propter Virgilianū illud in Geor. Sunt, & Aminea vites. Non proculdubio inficias irē ſi mendoſum Virgi. carmen non cognoſcerem, quod ita legito.Sunt etiam amineę vites,minuto chalcotiporum errore. Videamus inſuper quid ibi dicat Serui.:ait ille: Sanę ammineę dici verſus probat: quia non ſtaret, ſi diceremus emineum.Serui.ſi(vt ais)amineum a minio venit, cur legendū: Sunt & aminea vites,mi longatur cum minium breuiatur?nemo eſt, qui tuam ſequatur ſententiam, niſi ſolus Nicolaus Ferretus: qui & ipſe cū ſuo ductore in errorem prolapſus eſt. Sed hi,qui a, ante m, in amineo, ambiguum volunt, aliud afferre debebant exemplum:quod in vi.afferro :vbi de ambiguis in prima ſyllaba fit mentio. Sta. Ach. iij. Lamenta, notas a, p, u. Ouid. Metamor. x. Ceu quondam lamina cadens. Virgil.iij. Hic patrem amitto. Ouid. Metamor.vij.Dum digitos amentis addere tempto.Idem Faſto.iij.A, ſ, ſ. Mamutiumq; vocant. Arat. primo: Samariæ vicina petens. Seren. Nam bis rementum, & quæ nomine praſſion herba.

Virgilius emaculatus.

Seruij error.

Nicolaij Ferreti error.

A Super N, in diſyllabis, longatur: vt nanus: anus, pro podice: manus mana manum: ideſt bonum:vnde manes per contrarium,non autem manes a manendo: vt Sinthenius ille voluit. Excipito manus: ideſt palma: cano canis, verbum, canis,animal, anus: ideſt vetula,phanes anas anatis, Panos planus ideſt ſeductor canon,clanis: manes verbum. ſi vero

Sinthenij error.

pro

pro Inferni vmbris,in.vi.ambigue poni edocebimus. In dictionibus multiſyllabis, breuiatur, vt Tanais, Ganea,Danae. Excipito hinc anellus: quamuis alij dupli ci n, ſcribant caneus,caine, canicies, lanugo fanaticus, Anachorita,Danubius,ianitor,ianua: caneo, canabis, vaneſco, ganeo, Lanuium vrbs, panareta, panareolus,Manius n, p, Heluius Cinna: At nunc me mea nana per ſalicta.eſt enim carmen Phale,vbi nana,Trocheus eſt. Seren.Excruciant turpes annum ſi forte papillæ. Manil.iiij.Et fuſa. Panosq;. Horat.Fracto crure planum.Sil.viij.Et clanis, & rubico ſ, d, n, ſ. Ouid.Metamor.iiij. Perſea quem pluuio Danaee conceperat auro.ſuper qua dictione; quantum labſitet Sulpitius non diſſeram, quando cogitat aliquando hoc nomen biſyllabum reperiri, & longari cum ſemper breuietur, & ſit triſyllabum.vnde non ſemper aliorum errores taxabo: quia maiore opus eſſet volumine. Prudentius in Pſych. Ima pati laxa ganearum legi teneri.quem miror, cum in Amar. etiam dixerit. Vt gentemq; gulam ganeonis ineſcent,contra Iuuenalem dicentem: Occultus ganeo pultes.Ideo quid de Prudẽtio ſentiã lector aduerte eſt ille nõ humilis non ſublimis,non ſpernẽdus,nec inter primos adnumerãdus,neutiquã impolitus,nõ figuris tamẽ poeticis nimiũ bracteatus,nec feliciter audax.Cuius autoritatẽ (vt breuibus oſtendam) tãti facias, quantũ claſſicorũ poetarũ non relinquet iter.Horat.Car.iij.Extremũ Tanain ſi b,l,vbi Acron inquit: Tanain eſſe Danubiũ quod docti nõ admittũt.Tanais namq; alio nomine Silys ab indigenis dicitur.Sidon Anachorita tremer q,q,f,p.Perſ.Tibi torta vt canabe fulto.Iuue. Et crine ſenex fanaticus albo. Idẽ:occultus ganeo pultes.de qua dictione ſuperius dictum eſt. ſed ſuper hac dictione aſ-

Sulpitius errat.

Aliorum non ſemper errores taxo,

Quid de Prudentio ſentiam.

Acronis error.

fatim

fatim, & dilucide in ſexta legere poteris Epographia. Valla Siculus incurioſus admodum fuit, dicens breuiari, cum debuiſſet ſatius Iuuenalem admittere, aut ambiguam dicere ſyllabam. Proper. Lanuium annoſi vetus e, t, d. Mart. v. Cum panareolis tribus dediſti. Perſ. preſto mihi Manius hæres. Valla Siculus incurioſus.

A *Ante p, breuiationi inhęret: vt aponus, pape, laptatos apud Columellam in. vi. legito. Demãtur vapulo, papo, verbum: pappi, flores: papi, flocci: Papia, lex: Papinius, Apulus, vapa, papa: pappas, licet poſitione: rapula, ſapo, rapa, lapa, papilios, Apher, Aphrica: Apis, Aegypti Deus, Apeninus, Apidanus, Saperda, lapis, regio, Lapathes, Cappadoces, mappa Sapphirus, licet poſitione: quanquam Baptiſta noſter Pius per ſimplex P, ſcribi tantum ſapirum, ex Rhodio ſcribit Appollonio: Apulia, Aprilis, Apricus acapetus, apluſtre. hęc quinque ambigue. Sapis fluuius, in hoc loco ab aliquibus excipitur: eo quòd Lucanus dicat: Et iunctus ſapis Iſauro: ſed decipiuntur. nã Iſapis triſyllabum legendum eſſe inferius teſtabimur. Mart. vi. Nec fontes Aponi rudes puellæ. Perſ. Marcus dama pape. Iuuena. ſat. iij. Vbi tu pulſas ego vapulo tantum. Perſ. Pueris papare minutum Lucret. ij. Plumas auium, papoſq; volantis. Aliqui tamen dicũt duplici, pp, ſcribendum eſſe. Auſonius: Papia lex placuit, Iulia diſplicuit. vbi multi quærunt, quę ſit illa lex Papia. hanc credo eſſe, de qua Tertullianus capit. iiij. Apolog. quæ ante liberos ſuſcipi cogit, quàm Iuliæ matrimonium contrahi: ſed latius dicimus in Dubitationibus. Sidon. Nec quid Papinius tuus meuſque. vnde videtur Sidonius feciſſe Papinium Statium Gallũ: qui decipitur. nã Statius poeta Parthenopen habet patriã qui*

Sapirus. Sapis. Multi decipiuntur. Lucanus emaculatus. Sidonius decipitur.

Statij duo qui ſub Domitiano floruit. Alter Statius fuit rhetor, et Tholoſanus imperante Nerone. de quo Euſebius. ideo Sidonius nominum fallitur ſimilitudine. Non ignoro tamen fuiſſe Cæcilium Statium, de quo Aulus Gellius. Cecilius ſtatius. Serenus: Si crapula ſequiet Aeſcis. Idem: Attrito ſapone genas p, m. Iuuenal. Prægustet pocula papas: Luca. Aut vagus Aphere, equos u, p, e, a. Ouid. Meta. ix. Varijsq; coloribus apis. Perſ. E, c, l, ſubduximus Apenino. Virgil. Georg. iij. Argumentarius Apher agit, tectumq;, laremq;. ex hoc noſcitur Aphrica nomen natura longam habere primam. Quapropter miror Seruium dicere, Aphricam, quaſi apricam dici, cũ apricus primam indifferentem habere in. vi. dicemus. Ouid. Apidanusq; ſenex. vbi legitur Eridanus, ſed latius. infra. Perſ. E, q, a, rogitas en ſaperdam ad vero ponto. Virgil Georg. iij. C, i, t, & lapidis arua Timaui, & ſi id melius legam in. iiij. Epograph. vbi de a, ante p, referam. Seren. Sepæ Chelidoniam cum ſucco lapathis addis. Cicero: Nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra, in quo nonnullorum opinionem minime teneo, dicentem: Ampluſtre per m, ſcribi: cum a, ſuper p, ſit ambigua.

Seruium miror.

Apluſtre, nõ ampluſtre. Aliquorũ opinio falſa.

A Super Q, breuiatur: vt: aqua, aquinum. Hinc tollito compoſitum quaq;: quia ablatiuus eſt. Diximus tamen apud antiquos fuiſſe ambiguã vocalem ante q, vt in liquidus, & aqua.

A Veniente poſt R, breuiari apud omnes conſtat: vt parum. Demito Maris n, p, larinas. Arete: populi: baris, carex, naris naris, carecta, areo ares, aridus: carabus, piſcis apud Oppianũ: arinca, Parbiſius, Taraco, Cares, populi, carica, area. varex, pareo pares, varillus, quare, quarum, varicula. Vnde præna-

prævarico, varica, narea, Naritia. varico, varus, larus: adiectiua in rus: vt charus, clarus, gnarus, rarus rareſco, rarenter, ſario galera: Latius, lacus, barumpharus, veſtis: Lariſſa, Lariſſeus, barium. Lariſa, Lariſeus. Lariſſus, ſtare, nare, narem, nares, ſtarem, ſtares ſtaret flare, & ſimilia (niſi in do das) primę coniugationis: Faris: Atenę, vrbs, Aruns arados larides, baris, baridos, marubium: Arrabia: quia r, duplicatur ara pro altari, ſi vero ab hara ſtabulo, aut aue, breuiatur: vnde haruſpex. non autem venit ab ara: ideſt altari: vt incrudite Nicolaus Perottus, & Antonius, Nebriſſ. edocent. Quod ab hara: ideſt ſtabulo veniat, Donatus auctor eſt. quod ab hara: ideſt aue quadam, te ſtatur Seruius in Donati Artem: ſic & hariolus Darius Rex, Caria, & ſmaragdus, hæc tria ambigue ſecundum aliquos ponuntur in. vi. legito. Martia. Verſus ſcribere me parum ſeueros. Sil. vi. Buten, & Marin & Arſen. Idem. vij. Ac larinatum dextris ſ, b, a. Calpur. Aegi. iiij, I, p, ſ, vel acuta carice tectus. Ouidius. Acta retro naris m, q, a, p. Virg. Tu poſt carecta latebas. Iuuenal. Et ſecutis arida laxet. Hic non poſſum non mirari Domitij errorem in hoc Statij Syluarum iiij. Quantum vel dare cæreos arentes. nam ſi ita legeretur, vt præcipit Domitius, claudicaret verſus in quo tu leges. Cæreos olentes, non arentes. Architrenius: Parbiſius cyrrhea viris chryſea metallis, alij tamen r, duplici ſcribunt. Auſon Nõ arce potens tibi Taraco certet. Martia. Cares in aſtra ferãt. Ouid. Hic nux hic mixta eſt rugoſis carica palmis. Auſon. Diſtinguat glarea muſcum. Virgil. Telari maxime, teque. Idem Q, n, t, nec Lariſſus Achilles. & non eſt ambiguũ propter illud Sereni: Vtque Lariſſea curatus Telephus ha-

Hara ſtabulum.
Haruſpex vnde.
Hara auis
Hariolus vnde.
Nicolai Perotti, & Antonij Nebriſ. error.
Domitij error.
Statius emẽdatus:

ſta nam menda eſt, tu legito. Vt Lariſſea. Dicunt aliqui alibi Serenum breuiaſſe in iſto: Vt longe neque cede Lariſſæ tu legito: Sariſſæ. Ex quo videtur in primo etiam carmine poſſe legi: Vtque ſariſſea c, t, h, Horat. Bari mœnia piſcoſi d, g, l. Stat. Th. ij. Poſt habita eſt Lariſſa iugis. Propert. Et domus intactę tetremit Arrabia, vbi r, interpoſuit, quia breuiatur Arabs. Stat. Th. iiij. Aegion arenen q, e, t, q, t. Pri. in Per. Nec procul Arados Phęnices æquore cingunt. Luca primo: Aruns incoluit d, m, l. Virgil. x. Daucia Laride Tymber q, ſ, p. Pro. iiij. Baridos & cunctis r, l, ſ, Serenus: Marubiumue pontes h, o, f, ſ.

Serenus emẽdatus. Idem emaculatus.

A Super S, in diſſilabis producitur: vt caſus. Demantur, Praſon, & deriuatum praſinos, thaſos: vnde thaſius, quaſi caſa, baſis. In polyſyllabis breuiatur: vt Maſurius, Aſia, pro orbis patre: licet Aſiaticus. Aſiaticus apud Ouid. Metamor. xij. longetur: Ecquid vbi Aſiacas caſuras reſpicis arces. Hinc euellito Paſithea, aſecla: Anapalus: raſilis. Vaſidius n, p. Aſopus, Caſellius n, p, caſeus, baſium, naſica, Iaſius, Aſius n, p. Mart. De noſtra praſina ſynteſis emtoga. Stat. Sil. pri. Non huc admiſſæ Thaſos, aut ondoſa Caryſtos. Virgil. Sunt Thaſiæ vites ſ, e, m, a, Petron. Cui Lesbos, viridiſq; Thaſos. Ouid. Pon. iij. Q, m, d, ſtat baſis orba Deæ. In quibus Maturantius, & eius ſimia Valla Siculus fuere incurioſiores. Perſ. Excepto ſiquid Maſuri rubrica notauit, & non admittenda eſt Marini Becichemi alioqui doctiſſimi opinio dicẽtis, ibi legendũ. Maſuri per n, poſt a quod ratione carminis viſa, & camœnali perſpecto menſu poſteris mandaſſet nunquam Stat. Th. ij. Nõ hos Paſithea blãdarum p, ſ, Iuuenal. Vox humili aſeclæ. Virgi. D, p, c, n, amnis, & Aſia lõge.

Maturantius [illegible]. Valla ſiculus incurioſ. Marini Becichemi error.

ge. vbi omnes pro palude eſſe referunt tamen compertum eſt Aſia primitiuum breuiari, deriuatiuum longari Vnde Virgil. Aſia prata dixit, & palus Aſia, & Aſia deiopea. Sil. xv. Cartalo Vaſidio r, a. Ouid. Quid referam Aſopon, quem c, m, t. Quapropter non poſſum nõ mirari Aldum apud Ouidium legere: Aegina amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe, cum melius legatur. Iſſe ſub Aſopidos quõdam amplexus Aegina: vt ſit Spõdeus in quinto, nõ Dactylus: vt forte ille putauit. Mart. Caſeus Ethruſcæ formatus i, l, Catul. Da mihi baſia mille d, c, Virgil. x. Iaſius Imbraſides i, q, t. Pindar. Auſon. in Perioch. Idomenei dextra cadit Aſius Hector atrocem.

A Ante T, breuis eſt: vt Plato, ſtatim id eſt illico: ſtatera, ſcateo, platea non autem ambigua: vt male præcipit Robertus Gaguinus. Demuntur, ſtatim, a ſtando: quod etiam vult Marcellus: ideſt iugiter. ſtator, ater, atra, atrum, atramẽtum, Nathanael, quatinus, quatenus: vates a vaticinor, vaticinium, Vaticanus, ſcatinia, vatineſſa, atella, atellana, Vaticanus Deus (ſi Gellio credimus) atrina flatus, latus, lata, latum latitudo fatur, fatus fatum, lato, latum, latu, latena, Latona, laturus, Catylus. atagena, Saturnus, ſtatum, ſtataria, natura, naturalis, gnatia, ſtaturus ſquatina, a ſquallore: fatum, Atys. fatidicus, natus nata natũ, natalis, natalicius: blatto licet poſitione: clatros. Non deſunt tamen indifferenter ponentes propter mutam & liquidam. Et aduerte ſi id ſit, naturaliter breuiari. blatero, catena. hæc duo ambigua ſecundum aliquos. in. vi. aſpice. Catholicus omnino, ca, breuiat, quia a catha præpoſitione: tamen cogente metro longari inuenio. Sidon. Vi quæ catholicam fidem laceſſunt. Pru-

Roberti Gaguini error.

Vaticanus deus.

Catholici ſyllaba.

dent.in Pſych. Catholico in templo d, f, a, u, ideo videtur ambiguum. Cattus pro animali (ſecundum aliquos) longatur poſitione. alij vero ſimplici t, volunt ſcribi, & breuiari: cum id animal catum: ſit & aſtutis longato etiam ſi præcedat m, vt mater, martertera, matiniſſa, matrimus, materies, aut r, vt pratum crater cratera. hinc tollito matinus, matella, matho, matheſis, mathematicus ratus, rata, ratum: rates. i. nauis, Crates nomen proprium. atrox, natrix, crathis, Atlas, Atrides, Satricus n, p, hæc ſex ambigue poſſe poni in v legere poteris. ſic & Atys, & vatrax, & vatricoſus. Martia. Inexplicitosq; platonas. Mart. Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes. Idem. x. Non ergo eſt manus iſta ſed ſtatera, vnde errauit Sulpitius, produci edoces. Prudent. Potum largita ſcaturit. ſic ſcatebra apud Virgil. ſic ſcateo. quod verbum ponticus obijcit, Pomponio Melę tanquàm barbarum, immo latiniſſimū aſſeuero, cum vtatur Gellius his verbis lib. pri. cap. xv. Videas quoſdam ſcatere. vnde & merito vtitur Laurentius Valla, quem & in hoc idem corrigit Ponticus. Hei dicat aliquis, ſemel apud Gellium inueniri, immo ſępius vt in lib. pri. cap. xvij. ſic apud Solinum, vbi de India num dilutæ ſunt auctoritatis? legito Plinium lib. viij. cap. penultimo. Ouidius. vi. Faſtorum. Tempus idem Statoris erat q, r, o. Iuuenc. ij. Sequitur vox Nathanaelis Ouidius, Vaticinor moriens: Mart. In vaticanis c, m, e. Et aduertas hic Callepinum alioqui eruditum cæcutire, cum breuiari referat, quem errorem latius in. iiij. notabimus Epograph. Auſon. Scatiniam metuit n, m, t. Martia. iiij. Et paruæ vada Vatineſſe. Iuuen. Saty. v. E, r, mouet Attellanæ, Virgilius, Tela nuoant Atinæ potens t, q, f, Idem, Lateque furentes Barcei. cuius aduer-

Sulpitij error. Pontici error. Pomponius mela defenditur. Laurētius Valla defenſus. Callepini error.

aduerbij, cum recordor, ſeſe offerent (vt ex Seruio habuimus) duo Donati errores in. iij. Virgil. ingens quod fronte latebat: ait enim ille, latebat idest late patebat cum late longetur in prima ſyllaba, & ibi breuiaretur. Similiter in eodem verbo lapſitat, & hoc a Donato excepiſſe ne perſuadeas, ſed à Seruio. Vtrum illa, quæ ſub Donato in Virgilium dicũtur commentaria, Donati ſit alias videbimus. Virgilij. Catylusq;, acerq; Corax. Mart. ij. Communemq; duobus Atagena. Auſon. A. ph. lintribus ſtlatis rate. & ita deriuatio edocet, quia in eo carmine ſtlatis poſſe Iambum eſſe aliqui referent, nam antiquitus ponebant ſt, ante l, vt latum, ſtlatum. Ennius, Et melior nauis, quàm quæ ſtlataria portat. Horat. B, m, p. de hinc gnatia lymphis, Luca. v. E, c, lucent bucceta matini. Mart. D, ſ, t, p, præſtare Matellam. Furius Bibacul. En cor Zenodoti, en iecur, Catonis ambigua in. vi. legito.

Donati errores duo.

St, ante l, antiqui ponebant.

A Ante V, corripitur: vt cauillum, cauillatio, pauimentum. Excipito, blauia, auius auia auium, ideſt ſine via, nauus, naua, nauum nauo gnauus gauiſus, mauors. pauo, mauis, mauult, ſuauis, Dauus, ſuauium, Dauid, Dauidicus, Auidienus, nauigo, nauita. longato etiam ſi præit i, aut r, muta addita: vt clauis, clauiger, claua ſtlauus, clauus, prauus. Lauinum, hoc nomen ambigue. Martial. Capell. v. Nam ſi reuoluas quid cauilla ſæpius. eſt enim Iambicum carmen: vbi cauil. Iãbus eſt. Iuue. Vere pauimentũ n, o, c. Auſon. Fert militarẽ ad Blauiã. Idẽ I, c, nebuloſo flumine nauam, Sil. vij. Nauus, abire timor d, c, ſ, d, q, Perſ. Daue cito hoc credas. Catul. Si tria amatorũ ſuauia repperit. Sedul. Cur ego Dauidicis: Horatius: Detorſerit Auidiænus: Proper. Nauita de vẽtis, de tauris narrat arator.

Sulpitius. ſuperfluus

A Ante Z, longari a Sulpitio ponitur ſed ſuperflue:vt gaza,Lazarus. nam ſequente,z vocalem longari & pueri ſciunt:quia vnum tempus habet.tamẽ diximus aliquando pro ſimplici haberi.i. medij eſſe temporis:vt in gaza exemplũ dedimus quod ſi ſcire inhias,lege in prima Epogra.cap. xlviij.

De E, in primis ſyllabis. Cap. 2.

Neſtoris error.

E Super B, breuiationem recipit: vt lebes. Ebur, à Neſtore indifferenter ponitur,ſed falſo.videto in ſexta Epographia quid ſentiam. Hebrus vero omnino indifferens eſt. Demuntur, Rhebas, Hebeſus, Crebrenus Rhebus,nomen proprium Hebe, Cæbus,licet diphtongo:crebenis,Trebula, creber,crebro, debeo,debitus præbeo, crebeo crebeſco, rebus, debitor: rhebus, equus,debeor,flebo,flebam,flebile,nebam,ebrius, ebrietas:eboſia.debilis, debilitas,debilito,nebrida,nebo,nebunt, flebunt,gleba,glebo,rebar, rebor rebamur, bebrycia,ſebetus,ſebeum: quod alij ſeuum dicunt: plebis, plebeſcitum, Zebedeus,Phæbus,Phæbe,Oebalus, Oebalia:licet diphton. Gebennæ, hoc nomen ambigue. Hic non audiendus eſt Alexander cum Franciſco Nigro,cum nebulam longari dicant, quando omnino breuietur. Ille eſt Alexander literarum græcarum nõ expers, latini non contemptor idiomatis: cuius ſiquis in re difficili facile rimetur iter,inter proletarios non poſuerit,& ſi in plurimis errauit:vnde non ipſum corrigam: nam eius errores vnum opus facerent.huic itaq; tantum adhibebis fidei, quantum quæ dixerit,auctores comprobauerunt claſſici. Et quia diximus,ebrius,ebrietas,nebrida bebrycia longari: aliqui ambigue ponunt quando muta cum liquida ſequatur:Virgil. tertio: Doneosq; lebetas:vbi Seruius inquit cumas:vel(vt alij habent

Alexãdri error. Franc. Nigri error. Alexãdro quanta ſit fides.

Seruius emaculatus.

*habent codices Zeumas, latinum eſt. Emaculabis ergo
Seruium, & leges, Cucumas. ſuper quod Virgilianũ
multa in noſtris dubitationibus non ſpernenda diſſe-
remus. Sed quia in dictionem Cucumæ incidimus, no-* Cucuma
ſtrum erit vocis dictionem edocere. eſt autem Cucuma quid.
*illud vas, quo vtũtur tonſores ad aquam calefactã ex-
tra tonſtrinam portandam, hanc dictionem non diffuſi-
lem apud auctores dixit Politianus. ſic enim aliqua in
terſeuero, ne lectori ſuboriatur faſtidium. Priſcianus
Rhebas qui rapidi d, a, h, p. Virgilius nono: Fandumq́;
Hebeſumq́; ſubit r, q, a, g. Ouidius Metamorpho vi. Pa
tria Crebenida ripa Idem: Iunonia muneris Hebe. Au
ſon. Diſtinguit ſolidos cæbo p, t. Stat. Sil. Salmacis, &
vduæ Crebenidos arida Martial. in Xen. Trebulanos* Statius a
genuit. Virgilius: Rhebe diu res ſi qua d, m, u. Stat. vitio de-
pri. Sil. Tumeat Sebetus alumna. Lucan. Et plebeſci- fenſus.
*ta coacte. Iuuencus: Hic tunc Zebedei coniux ſ, r. Sta.
Soluerat Oebalio c, d, l, p.*

*E Ante C, breuem edocemus: vt echinus, lechæus
vnde errauit Domitius in eo Papinij verſu: His* Domitij
paruus niſi Deuiæ vetaſſent: ſcribens, Lechæe, error.
*non Deuiæ legendum eſſe: qui ſi me conſuliſſet, Lechæe
primam breuiare, & ſecundam longare, non autem e
contrario didiciſſet. Stat. alibi: Et Inoo fert ſemina te-* Statius re
cta Lechæo. Idem: Curua Palæmonio ſecluditur vnda formatus.
Lechæo. non autem legas, Lyceo: vt imperiti faciunt.

*Longantur vero iſta, tecetheus, ſecius vecatus, lecy-
tus, cecubum, præco præconis præconium, recula, a re.
ſpecula, a ſpe: obliquos a fex fecis, mecum, tecum, ſecum,
ſecurus, ſecundus, vecors, Echo: theca, & ſua compoſita:
vt Bibliotheca: Cecilius, apud Columel. & Cecilia, her
ba: Lecania n, p. Oeconomus: Oecalia, mæchus, cæcus,*

cæcutio, Gracia: licet diphton. ſeculum. cecrops vero ſolum ambigues ſic & recido. Mart. C, d, mollis echinus erit. Et non te fallat Lucani illud Pharſ. vi. In medijs chinus aquis (quod ita legi perperam innuit Platina) cum ibi legendum, echeneis, eſſe edoceat ſyllaba. nam ſunt diuerſi piſces echineis, & echinus, & ſi falſo Albertus Magnus vnum eſſe tantum edoceat. Pruden, in Amart. Tecethee iuuat g, f, f. alij ſegregatim legunt. Virgilius: Non ſecius ac rotat enſem, licet aliqui ſegnius legant. alij ſetius per, t: vt ſuperius. vidimus, Anſon: T, q, p, o, fauces vecate ſeraui. Lecytus, quia græce λήκυτοσ. *Homerus octauo Odyſ.* δῶρα δὲ χρύσειν ἐν λύκυθῳ ὑγρὸν ἔλαιον *Mart. Cecuba ſiccentur q, a, c, o. Idem. xi. Cũ tuta nouacula checa. Idem vij. Sed m, u, d, t. taceam Lecania ſeruus.*

Lucanus emaculatus. Platinæ error. Alber. Magni error.

E *Præcedens D, in diſyllabis longatur: vt pedo pedis, pedor, ſedes, nomen. Demantur obliqui à pes pedis: cedo: ideſt dic. edo: ideſt comedo: medon. pedum, ſedes, verbum, cedrum, ambigue. In polyſyllabis breuiatur: vt ſchedium, medeor, medicus, & ab eo medicamentum. Demitto hinc ſedentanus, deditus, hædiculus, edulco: medica, herba medicamentum à Medis: quia ſunt venefici. legito Marcellum: cedicus, tædium, pedico, hædulus, æditius, æditúans, Dædalus, pædagoſus, ædilis: licet diph: edictum, edico, ſedatus, ſedulus, ſedueo, ſeducto: Media, prouincia, Media, medimnus: ſeditio, prædator, prædium: reduco: hoc verbum ambigue, in ijs incurioſus fuit Pylades. Horatius Ser. pri. Curtis. Iudęis. oppedere nulla mihi inquam: vbi oppedere compoſitum eſt à pedo pedis: ideſt crepitum, ventris emitto. & Acron ibi audiendus non eſt, dicens Oppedere, quaſi cõtra pedem opponere, cum in pede, pe, breuietur.*

Pyladis incuria. pedo pedis.

breuietur. & ſic obiter caſtigandus Chriſtophorus Landinus eſt Acroni adhærens. Stat iiij. th. Opſitus exhauſtos pedore, & ſanguineu. Iuuenal. Facti crimen habet cedo ſi conata peregit. Ouidius: Ignis edax. Similiter compoſitum. Iuuena. Comedunt collyphia paucæ. quod Hemiſtichium inducit mendum eſſe in A. Gelij codice. lib. ix. capite. vi. ait enim: Cur igitur ab eo quod eſt edo, & vngo. in quibus verbis prima breuiatur litera, dicitur eſito, quæ ſunt eorum frequentatiua prima litera longa pronunciamus. hac ille profecto feneſtrata, & manca ſunt hęc Gellij verba ideo lector Quintiani iudicio ita legas: Cur igitur ab eo, quod eſt edo, & ago, non autē vngo in quibus verbis prima litera breuiatur, dicitur, quare igitur eſito, & actito, quæ ſunt eorū frequētatiua prima litera longa pronunciamus? vbi ſi aliter legeris, nullus poterit elici ſenſus. Hei quid mihi machinor, omnes præcipue maleuoli, obijcient Philippum, Beroaldum ſecus leggere, immo & Beroaldus decipitur nec quid velit Gellius percipit. Ouid. Metamor. iij. Primuſque Medon nigreſcere cœpit. Auſon. Nomine ego Auſonius non vltimus arte medendi. vbi paſſim nomen legitur. Sil. iij. Sedentana cohors q, ſ, r, u, tamen Edentana cohors melius legitur. Videto Hermol. in Caſt. libro iij. cap. iij, Virgilius: V, f, ſ. tum te quoque medica putres. Idem. ix. Cedicus ille ſuo m, d, h, u. Tibul. primo. Tædia paulatim ſ, i, c, d, hædulus omnino longatur, quia ab hædo: & non venit ab edo es: vt Iſidorus & Vgutio volunt: quos, dum Aſcenſius velit tueri, in labem concidit, dicens apud Manilium inueniri, Incipient hæduli tremulum producere mētum: proculdubio Aſcenſi mi tuam defendis opinionem. hoc autem carmē (ſi recte memini) habetur. v. Aſtron. apud Manilium

Horatij locus. Landini error.

A. Gellius reſtitutus, & emaculatus.

Beroaldi incuria.

Auſonius emaculatus.

Silius emaculatus.

Iſidori, & Vgutionis error.

Aſcenſius male allegat.

ſed

ſed ita legitur:Incipient hędi tremulum p, m, non aut (vt vis)hęduli.ſic fit cum noſtri nos fallant duces:nam Neſtorem voluit in hoc ſequi talia enotantem Gn. Matius in Mimijambis. Quapropter edulcare conuenit vitam.in quo verſu ſecundus pes Iambus eſt. Martia.Crinitæ Line pædagoge turbæ:quia a græco venit.nã παῖς puer dicitur. apud neſcio quem Gallum hoc falſum reperitur carmen: Me pædagogus adit illam triſtiſſima mater & nõ credas illa fragmẽta eſſe Poetę Galli:ut dicemus in ſexta Epogr. Virgil.Media fert triſtes ſ,t, q, ſ. Ouidius:Collectos ſedula flores. Idem Robore Medimnum ideſt q, l. Iuuenalis:Inter tot prędia nullos in ſexta legito Epographia de ambiguis.

Galli non ſunt.quæ inueniũtur carmina.

E *Ante F, breuiatur vt Epheſus, Stephanus. Demito compoſita ab e, & de: vt efero; defero, referat diſtat licet aliquando breuiatio.in ſexta dicemus Epographia ſimiliter in alio ſignificato ambigue Cepheni, Cephiſas, longantur. Martia. Sis qua ſint Stephani balnea i, m. Ouid. v. Metamor. Dumque ea Cephenum m, d, h. Idem Metamor. Adeunt pariter Cephiſas vndas.*

E *Subſequente G, breuiationem diligit, vt lego legis. Producito Phegeus n, p. Egates, Aegyptus:licet diphthon.egypſos, obliquos à lex legis & Rex regis regina, lego, legas, legatus, regula regius, rega, regium, regaliter, regalis, Rhegium Regulus Regula. Pegaſus equus, dego, egios, legitimus Aegoceros, Aegis, æga, & ſua compoſita, Aegiſtus, æger, ægroto, Aege, Aegeus, Aegides, Aegeum, Aegina, Aegeria, Aegiale, Aegeon Aegialus, longantur diphthon. egregius omnino longatur propter præpoſitionem e. Vnde miror Prudentium in hoc Hemiſtichio dixiſſe:*

Prudentiũ miror.

Paſtor

Paſtor egregius: vbi breuiatur, e, forte propter g, & r, quare id fecerit alij viderint: ipſe ſcio illum errraſſe, bis in hac, dictione: vt alias dicemus. Auſon Phegea curſu, te l, p, e. Sil. primo Flore vires auet Egates abolere parentum. Ouidius Pont. iiij. Vincitur Aegipſos, Idem: Dominum legata rogabo, Idem: Aduerſaque mœnia Rhegi. Martia. Nimirum Regule mores. Hinc neſcio qua ratione motus Sedulius dixerit: Poſt Regulus nato quidam moriente rogabat Perſ. Cantare credas Pegaſeium melos. nam quando Pegaſus eſt nomen proprium, breuiatur Virgil. xi. Tu Lyrim. Pegaſumque ſuper q, a, h. Interpres Strabonis. vij. q; h, atq; egion inde colebant. Sedulius errat.

E *Veniente poſt L, in diſyllabis producimus: vt Peleus quod non eſt triſyllabum: vt Antonius putat Nebriſſen. zelus, feles. Demimus Helix, Helops, Melas n, p, ſcelus: telon, Rex: Celer, melas, gelu gela, meles, melo: Lelex, populus: felo. lix: velim, velis, velit, celox, velui, & omnia a meli: quod eſt mel, vt melimella, & a melas: quod eſt niger: vt melolothus melanthium: helos: chelis: ideſt lyra. melos hoc nomen ambigue poni in. vi. dicemus. In polyſyllabis breuiatur: vt ſelibra, elegia, elementum: Excipimus melanurus, piſcis: heliotropius, heliotropium: & ſimilia ab ἥλιος ideſt Sol. compoſita: vt heliopolis, heliades: licet, apud Sidonium. melantium apud Columellam: Clelius, Heliſabeth, Eleus, populus: elogium, pelamys: quia a luto, qui græce dicitur πηλος: uelabrum, velabrenſis Lælius, Pelias, Achillis haſta, Telechoon, Peluſium, Peluſiacus, Telemus, Thelemachus, Telephus, Telegonus zelo, typus, Pelignus, Helias, ſpeleum, ſpelunca, eleborus, Teleboas, delibutus, delinquo delinquis & omnia*

Peleus biſyllabum. Antonij nebriſ. error.

nia quæ a de,& e,componunt,belua,Elyſius delubrum, deleo, delictum, delitiæ, delicatus, Delius, Delia Delium, prælium, Clælia: licet dipht. Pelion: electrum. hoc nomen ambigue ponimus. ſic & reliquus. in. vi. legito. Pelion poni etiam ambigue Mancinellus. Aſcenſius: Neſtor, Anton. Nebriſſenſis, & aliqui ſcribunt qui ſi vidiſſent quæ nos vidimus, talia docuiſſent nunquam. Nituntur autem hoc xiiij. iiij. Oſſaque cum Pelio, cumque Hæmo ceſſerit Othris. ſed carmen mendoſum eſt, & legendum. Oſſaque cum Pindo. Deinceps apud Græcos per η ſcribitur: quæ vocalis in e longũ vertitur: ideo ſemper Pelion longatur, & ſi alij dicunt η, in ea dictione forte breuiari poſſe: vt in electrum. Auſon. Iunctus quia zelus amori eſt. Ouid. v. Metamor. Fele ſoror Phœbi n, ſ, u, in qua dictione non admittas expoſitionem Io. Boccatij Genealo. dicentis. iiij. Felem eſſe animal, quod eſt dama, cui eruditorũ reclamat turba, eſt autem catus feles. helix apud Theocritum Edylio primo breuiatur, καρπῷ ἕλιξ εἰλεῖται ἀγαλλόμενα κροκόεντι. *Ouid. Metamor. xij. Fixus Helops iaculo q, p, t, ſ. Valeri. Flac. v. Aeolidæ, fraterque Melas. Virgilius Oebale: quem generaſſe telon ſ, n. Telon autem: ideſt longum producitur, vnde Muſtella dicitur, teſte, Seruio. Stat. Sil. iij. ſ, t, g, ſ. potiusq́, verendo Fonte meles. Lucan. Mox. Lelegum dextra p, d, a. Ouid. in Phil. Pardus hiando felit. Auſon. Totum opus hoc ſparſum crinis velut Antiphilæ pax: vbi in impreſſis Codicibus hæc dictio, velut, deeſt. & quid velit dicere Auſonius triuiales tantum latet, quantum aquas renuunt rabie circumuentie. ſt aũt illa Antiphila, de qua Terẽtius in Heaut. ſuper cuius carmine ait capillus paſſus prolixus circũ caput reiectus negligenter, pax. Pax*

Aſcenſius errat. Mancinellus Neſtor & Antonius, errant. Silius a vitio defenſus.

Io. Boccatij error. Feles quod animal.

Telon: Muſtella vnde.

Auſonius reſtitutus, & declaratus. Pax aduerbium. Terent. locus.

autem aduerbium græcum eſſe, & tantum modo, ſigni ficare Priſcianus aſſerit. & ſic Auſonius, & Terentius declarabuntur: ſuper qua dictione nos in monoſyllabis minime tacuimus. Stat. Th. iiij. Quos Helos, et Teleon. Horat, Regina longum Galliope melos: ſed aliquando longari in .xi. videto, vt apud Perſium: Cantare credas Pægaſeium melos vbi ſubſtituit Politianus nectar, a quo eruditorum non ſtat opinio. Marullus epi grammatarius non inuenuſtus, nec inſipidus, ſed dignus & ſalis plenus virulenti vno Hexaſt. lib iij. Politianū arguit: quem Ecnomum appellat. ſimiliter Perſii interpres Plautius longari apud Græcos approbat: quod & ante ipſum Hermolaus. Bibac. Cum tres colliculi ſe libra farris. Ouid. in Sapph. F, a, m, e. Elegia flebile carmen. non autem ibi Elegia quadriſyllabum legatur contra Domitium, Tortellium, Sulpitium, & Cyllenniū Tibulli interpretem, cur, & quare alibi diximus. Ianus Parrhaſius inter ſynchronos multi nominis, ait apud Ouid. longari duas primas ſyllabas: eo quòd dicatur ab αι αι: quę interiectio dolentis eſt. Ille quid placuerit, ſcripſerit: ei tamen minime adhæſerim. Iuuenal. Sat. xi. Interea guſtus elementa per omnia quærunt: vbi Georgium Vallam miror, dicentem elementa dici: quaſi eleuamenta: ex ſententia Hieronymi in Pauli. Epiſtolæ ad Hebręos commentario: vel dici elimenta per i, ab elimo elimas cuius apud me non erit error: nam ad uerſatur compoſitio cum ſempre e, compoſita elongetur tu potius ab alendo dici diſcito annuente ſyllaba. Riſum ciet Papias, cum per diphton. ſcribat, & nugas blateteret. Ennius: Melanurum turdum, merulamq; vmbramq; marinam. Priſc. in Per. Hic lapis heliotropius q, n, u, Sil. ix. Iam Clelius, oraque viſu Iuuenc. P. He liſabet

Politianus fallitur.

Marulli laus.

Ouidius à vitio defenſus.

Domitij, & Tortelli error.

Sulpitij, et Cyllenij Idē error

interiectio.

Iano Parrhaſio non hæreo.

Georgij Vallæ error.

Elementa vnde.

Hieronymo non audio.

Papiæ error.

liſabet t, p, a, p. Priſcia. Hic tamen eleos: & diuidit, i, l. Iuuenal. Pelamydum, & veteres. Martia. in Xen. Sed velabrenſis qui Si b. Iuuenal. Miretur Lelius alas Ouid. T, h. Pelias haſta latus. Virgil. Nec Peluſiacę curam a, l. Auſon. Helias & ſolido cum c, p, e. Stat. Sil. iiij. Theleboumq; domos t, u, d, n. Ouidius Metamorpho. ij. De ramis electra nouis, apud Virgilium breuiatur: Liquidoúe poteſtur electro: quod Politianus negat ego vero non Poteſt (vt ille vult) ſe poteſtur, legi affirmauerim ex Nonio, an Nonius artis metrice expers fuerit docti iudicent ſed: in 6. latius aſpice: vbi ĩ quibus rationibus nixus Politiano aduerſer, ĩtueri poteris.

Poteſtur.

A. Pollitiano diſſentio.

N, Marcellus defenſus.

Frãc: Niger errat.

E Ante M, breuiatione vtitur: vt Remus n, p, quod nomen, quare breuietur inferius legito: vbi de u, ante m, fit mentio themis contra Franciſcum Nigrum longari docentem. Excipito Rhemus, populus: remus, nauale inſtrumentum: Emanuel, emodus, demodocus, phemonoe, Demonium, Dæmon, demo demis, demum, ſtema, emi. præteritum: emeram, emerim emero, emiſſe, ſemen, eminus crementum, hemina, nemo, remex remigis, demens: dementia, remigo, remigiũ, ſemita emolumentum, flemus, demus, ſtemus: nemus, a no nas plemirium, emineo, & compoſita ab e, præpoſitione: vt emano, Emon n, p, ſchema, ſementinus, ſemis, hemis, & ab iſtis compoſita: vt ſemiſepultus, ſemiſuſtus, temo temonis, Demophodus, Domeſthenes, Democritus, Demoleon, & ſimilia compoſita a demos, quod interpretatur populus ęmulor, æmulus, quamquam ab amo deueniant, ſi Apuleio grammatico credimus, & Perotto: Præmium Aemathia fœmina, cæmentum. Oemus n, p. cæmiterium, Hæmon, Hæmonia, licet diphthemet, memet, compoſita, hemitriteus: temetum: hoc nomen

Demos

men ambigue. Vnde Terentius in hac dictione. Temulenta, te, ſyllabam poſuit longam, teſte Donato ex hoc (vt ex Fulgentio nouimus) C, Rabirius dixit, Abſtemium temulēta fugit Mecenia nomen, te corripiens, & non immerito abſtemum in ſecunda ſyllaba ambigue poni in.iij.& vi. dicemus Epogra. Hæc qui ante me ſcripſerunt, non videre. ſuper eo quod..ait Antonius Nebriſſenſis in dictione, femen femini quòd contra Seruiū apud Virgil.x.:Eripit a femine, & trepidanti feruidus inſtat, ex Priſciano legeret, femore, non penitus admitto, quia & Auſonius ait: Per teretes feminum gyros ſutraſq; nitentes: ideo corriperem Ouid. ſyllaba prima Remi Luca Excuſſo Leucus, Rhemusq; lacerto. Prudent. in Apoth. Edidit Emanuelq; meum m, c, f. Priſcia. Quos capit emodo miſſus, g, m. Virgilius.x. Phetraq; Demodocumq;, Lucanus v. Phemonoem errore vagam Ouid. Metamor. iij. Iaculo perit eminus ipſe. Perſ. Fregerit Heminas a, æ, i. Iuue. Nulla emolumēta laborum. Interpres. Strab.x.L, a, d, ſtirpis ſatus Emone forti. Mart. iij. Schemate nec dubio. Ouidi. pri. Faſt. Nec ſementina eſt i, r, d. Iuuenal. eloquium ac famam Demoſthenis, ac Ciceronis. Virg. Quam Demoleon detraxerat ipſe. Martia. Non felice duro, ſtructiline cæmento. eſt autem Scazon. Iuuena. Cum molli demetrius Hæmo: vbi Domitius apud Statium de iſto fieri mentionem inquit Huc intrent faciles Emi, puellæ, & ibidem etiam Domitius lapſitat. nam emi.i.ad emendum, interpretandum eſt: vt ſit infinitiuus: non autem, vt, emi, ſit nomen proprium: aliter claudicaret carmen. Catul. Ga. f, conſoler memet amore. Martia. ij. Vt, male dicitur hemitriteus. Ouid. in ibin: Demophodiq; caput.

Temulentus in prima longa & breui. Aliorum incuria.

An, nebrisſ. non hęreo Seruius defenditur.

Domitij error. Statij locus.

E Super N, longatur vt lenis peniculamentum, apud Lucil. xx. Brennus, apud Sidonium: quanquam poſitione. Ex quo miror aliquos noſtri ſæculi Briennium triſyllabum proferre, cũ ille dicat. Mox Brenni videre fugam. Excipito; Eneſinus; Enipeus, Meneſtheus, Enapſe, Menalippus, enyos, exenium, & compoſita a xenos .i. hoſpitium: Menapis, Menecrates enon enim Meneſis feneſtra Mænecius; Mænecius, Pheneus, penates, penus, penus, penui peni, penoris, penitus penes, penetro, penetrale. Phreneſis: quam alij frenitim dicunt; Menander, Menalippe; Menedemus ſi Donato credimus dicenti hoc nomen Pæone tertio conſtare, & ſi b, ſ, t, g, u, præcedunt: vt bene, & compoſita: vt beneficus, ſenex: Senones, Galli; teneo, venio, genium: hic demitto, veneo: ideſt vendor, venenum, venui, vena, venar, venator, venatrix, tena, tenia: Sena, oppidum: ſenos; vel tenos, ſenus, na num ſemo ſenionis, Benacus; tenarus, ſtrena ſtrenuus, ſtrenuitas, licet r, interponatur, enoſigæus, apud Græcos per n, ſimplex ſcribitur, apud nos per duplex, metri cauſa, ideo elongatur. Ouid. Metamor. viij A, n, l. effugit Eneſinus ictus. Virgi. x. Fratre Meneſtheo. Sta. Th. iiij. Ventoſaq; donat Enapſe. Idem ix. Ergo prophanatum Melippi funus. Mart. N, t, d, r, ratibus naualis euyo. Idem: Omnis in hoc gracili xeniorum t, l, Idem: De Menapis lauti d, p, u. Stat. Sil. iiij. Genus ecce menecratis Vrget. Horat. car. iij. Iam bis meneſis, & pecori nemus: alij tamen ibi, moneſis, legunt: alij, munieſis. Ouid. Siue Menœciaden ſ, c, ſ, a. Idem Metamor. xv. E, l, Arcadię Pheneum dixere priores. Auſon. Diogenes, cui parua penus c, d, ſ. Iuuenal. Cum ſit manifeſta Phreneſis. Ouid. ij. Triſt. Nulla eſt ſine amore Menandri. Iuuena. Tu perſonam Mena-

Aliquos miror.

Brennus Brennus.

Xenos.

Menalippes. Idem: Pueri, Senonumque minores. Virg. Tum ſenior Nautes. Vnus inter grammaticos non ſpernendus ait, ſenior, feminini generis reperiri, nixus Ouidij in Priap. carmine. Quadam ſenior Hectoris parente in quo errat, non aduertens mendoſum eſſe carmen: in quo legas, ſenior, aut ſerior: vt diximus in noſtris Priap. Commentarijs. Proper. iiij. Veneat, & pedibus s, b, t. Virgil. Et fremitu inſurgens Benace marino. Et non audias illi, qui in fine Hexametri dixit: Accipenſer, ſiue Benacus, breuians, be contra naturam. Perſ. Cum dexter ſenio feruet. Sil. xv. Qua ſena relictum. Ouid. Metamorpho. vi. Didimeque, & Senos, & andros. Hermolaus tamen Barbarus legit, ſenos: ipſum legito in Caſti. Plinius lib. iiij. cap. xij.

Vnius error. Ouidii carmen e maculatū. Commentorios in Priapeis compoſui. Vnius error. Ouidius emaculatus

E *Ante P, breuis eſt, vt crepida, nepa, tepor: nō autem longatur: vt male ſenſit Franciſcus Niger. Demantur, Cepos, vrbs. nam græce χῆπος ſcribitur: Cepiſus, Epirus, hepar, cæpa, æpolus, cæpha, Tlepolemus: Eperie, Nympha apud Ouidium: epitus, epi, præputium, æpia, præpes, licet diphton. repo repis: ſed repens, a quo repente (teſte Seruio) breuiatur: repulit, reperit, vepres, peplum, hæc quatuor ambigue producito etiam ſi ſ, præcedit: vt ſepio, ſepes, ſeparo, ſepia, ſepias. hinc tollito ſepelio. Perſ. Non hic, qui increpidas g, l, g, licet, per η; ſcribatur apud Grecos: Dicent aliqui a crepitu venire: ego vero, ex Græco oriri affirmauerim. aſpice Aulum Gellium, libro. xij. cap. xx. Cice pedibus, pectusq; nepai. Ouid. Rura petunt Epirus ab his r, q, u. Hepar longatur, quia ἧπαρ Græci ſcribūt Homerus. xi. Odyſ. γυπεδίμιν ἑκατέρθε παρημένω ἧπαρ ἔχειρον. Macer tamen ille dicit: Sumptum curat hepar. Et quia (vt ſuperius diximus) duo inter Neo-*

Franci. Nigri error.

Quid de macro ſententiam.

tericos non ſpernendi nominis tenent hunc Macrum claſſicum: tamen huic penitus in omnibus non inhæreo cuius carmen a maieſtate abeſt, ſed propter ſententiam, & rei materiam. Nam difficile eſt naturas herbarum, & vires elegantiſſimo celebrare ſtilo vnde ait de ſe Manilius. iij. Aſtro. Ornari res ipſa negat contenta doceri: Hoc operis, non vatis erit: ideo auctoritatem illius verام non affirmauerim: an aliquis velit ſuſtinere, terun tıſacio. Columel. xi. Lachrymoſaq; cæpa. Ouid. Metamor. xiiij. Epitus ex illo p, h, c, q, c, q. Hora. Fas eſt obrepere ſomnum: Virgil. Quo ve iſta, repens diſcordia ſurgit? Auſon. Separor vnus ego. Val. Flac. ij. Sepias attollit t, p, m. Virgil. Iacet hic balliſta ſepultus. de ambiguis in. vi. legito.

E *Super Q, corripitur: vt neque: equus, animal, Demito, ęquanus n, p, nequis, nequa, nequod, nequit, nequitia, nequam, nequior, nequaquam, neq; ſequanus, ſequanicus. æquor, æquus æqua æquũ, æqualis æquitas, quæque licet, diphtong. ęquiculus ambigue Ouid. Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem Lucil. iij. Suſq; & deq; fuere inquam omnia ludus, iocuſq; Sil. v. Equanum noſcens p, q, r, i, a. Iuue. Vox blanda, & nequam d, h, Mart. ij. Cur vos omnia nequiora t, Luca. pri. Ingyrum ſequana frenis. Mart. Hanc tibi ſequanicę.*

E *Poſt veniente R, breuiato: vt Cheruſci, apud Lucanum, & Claudianum. Albin liquere Cheruſci. Strabo tamen (Hermolao teſte) diphtongo ſcribit, Chæruſci. Serum, pro liquamine, merus, meroe. Demito cerix in præco .nam κήρυξ ſcribitur gręce. & quædam, quę legere poteris in. iiij. Epogra. in regulas E, ante r, Herodes Phereciades, Herodotus, hieros, theron, heros, feralis feronia, feriæ, feriatus, erumna.*

na, Cherintus n, p, ſeria, pro olla: ſerium, ſeres, populi ſero, ſerus ſera ſerum: quanquam ſerus ambigue reperiri in.vi inuenies Epographia. Theorodamas, cheropulum, cæra, cęrus, cærulus, hæreo, hęres, hæreditas, quæro, quæror, paſſiuum licet diphton. Gerones, Meriones mæreo: obliquos ab æs, æris, & compoſita, deriuataq́; : vt æripes, ęreus: licet diphton. eruca, Ceres, Certis, clerus, quod interpretatur, ſors erugo, cæruſa Cerete, Ceretis, pera, perula, ceroma, ericum, eretum, tereus, Erigone, Teron n, p, chera: ideſt ſalue, xerapelinæ: & ſimilia a xeros: ideſt ſicus, quia ξηρόσ ſcribitur græce, flere, nere, rere, reris, neris, Berytus, Cerynthe Eridanus, nereus, erethus, Nerycium, Nerio, Nerytos, plerią; pleraque plerumque, thera, cherulus, Xeroſophus, flerem, nerem, rerer, Geri, populi: pero, peronatus. Neriene, beryllus, Eryphile, hæreſis, cærimonia hęc quinque ambigua ſunt. Longato item ſi p, aut u, pręit: vt ſpero: ſphæra, licet hoc nomē ambigue videatur poni: verus, vera verum. Hinc demito veru contra Sulpitium, vereor, veretrum, verhedum Virgi. Paſce ſero pingui Iuuenal. Atque vbi, feſtamero celebrāt pede, ſ, r, ideſt nudo: vt eſt apud Prudentium: mera calce. i. nuda: quia antiqui pura omnia mera dicebant. Et vt etiam aliquid ſubiungam, eſt carmen apud Martialem in Diſt. Accipe m, c, c, r. Et frontem nugis ſoluere diſce meis: vbi, meris, legi non iam ſtpidum erit. Auſon. Potare immiſtum, ſueta, merumq; merum: vt omnes habent codices: & perperam allegat Perottus ſed tu legito: Potare immiſtum ſueta merum moreo. Iuuenc. pri. Rex fuit Herodes i. i. q, c. Phereciades longātur quia græce Φηρηκιάδησ. Et nō te moueat Ouid. viij. Metamorpho. Cumque Phereciade, & Ianteo Iolao. nā

Sulpitij error.
Prudentij Iuuenaliſque locus Martialis locus.
Auſonius emaculatus.
Perotti error.
Ouidius a vitio defenſus.

carmen mendoſum eſſe aſſeuero: cum, quę, coniunctio ſit obelo confodienda. Sidon. Torrens Herodotus tonãs Homerus. Manil. iiij. Bactraq́; & Herios Babilone ſ, p, q. Ouid. iij. Metamorpho. Et trux cum Lælape Therõ. Virgilius, Solaq́; culminibus ferali c, b. Et mirum eſt, cum Pompeius à ferendo vel feriendo dici ſcribat. Domitius tamen ille Calderinus ſcribit. Antiquos feram dixiſſe mortem. in hoc fidem non obſtrinxerim meam, niſi auctorem proferat. Horat. Lauimus Feronia lympha. Martia. v. Durum eſt perdere ferias rogamus. Tibul. ij. Annuat & Cherinte tibi q, r. Perſ. Argenti mihi feria dextra. Idem: Laxamus feria menſa. Ouidius in Ibin, Therodamanta Dryops. Columella. xi. Iam breue cheropulum e, t, g, c. Iuuenalis. Tu tantum erucis imprime dentem. Mart. ij. Ceruſſata timet ſ, ſ. Idẽ in Apo. Dormiat, & tritico cum cane pera rogat. Virgilius. Pectum tenuia feres: Illud admonuerim, Ser. dici in ſingulari nominatiuo a, quo feres, Sidon. Apollinaris, Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura ſabæus. nam & vermiculus ipſe, Ser, dicitur Pauſaniæ. Ouid. Metamor. vi. H, a, c. ignarum Terea menſis. Vnde aduertas mendum eſſe in ibi de Ouidiano, vbi ait, Tantalidę tu ſis, tu Tereiq́; puer. Hoc enim carmen duplici errore claudicat, & meo iudicio legatur Tereos atq; puer Et miror Domitium, in omnibus (vt præ ſe fert) oculatum non vidiſſe, cum interpretis ſit carmina reſtituere, & a labe defendere. Zarrotus alter interpres innuit legendum eſſe, Tereideſq́; puer, cur ſcribat, ipſe viderit, niſi velit, dicere ea, quæ adnotaui in ſecunda Epographia ſuper iſto, Virgilij, Quia tela Typhoea, temnis. Ouidi. Simus Erigone. Stat. The. ij. Martiſque è ſemine Theron. Idem. iiij. Neris, & ingenti t, m, c.

Ser. in nominatiuo.

Ouidius emaculatus.

Domitij in curia & Zarottum non admiſſio.

Priſcianus

Priſcianus:Antiquamque Tyron Beryti, & Mænia g,
Sic & Dioniſius: καὶ τύρον ὠγυγίην βηρυτον τᾶαν ἔρασιν Virgil. locus.
Virgil.& Cerynthe ignobile granum. Idem : Et diſclu
dere Nerea ponto, pro mari mediterraneo. Idem.vij.
Ereti manus o, q, m, Idem.iij. Et Nerytos ardua ſa-
xis. Callim.Fuerat ſed poſt modo thera. Horat.in Epi
ſtó.Cherulus incultis q, u,e,m,n.Xerolophus apud Græ
cos longatur, Martia.Moneo rapiente Verhedo.

E Ante S, longari optat:vt theſaurus,quia Græci θησαυρος *ſcribunt,& η, in e, longum vertitur re*
ſina.contra Pyladem in Alexandrum:tamē am
bigue poni in.vi.dicemus. Excipito theſis, Chteſiphō Pylladis error.
Veſagos n, p. Veſulos,Seſoſtris, reſipiſco: & alia a re
compoſita: vt reſiſto, reſurgo. meſana, Veſeuus: hæc
duo ambigue ponuntur. Io. Paſtranenſis excipit Ieſus Io.Paſtranenſis &
cum Franciſco Nigro: ſed duplici errore cęcutiunt:cū, Franc.Nigri duplex error
e, ante.ſ, omnino longatur. mox non huic ſubeſt regulæ
quia eſt triſyllabum,nō(vt putant illi)biſylabū.Virg.
pri:Theſauros ignotum auri.en carmen allegauimus,cu
ius interpres quid dicat Seruius adhuc (vt credo)nul- Seruij locus exquiſitiſſimus.
li cognitum eſt. In hoc omnes genuinum rumpunt, &
tamen vt Egyptij canes effugiunt.Quintianus iuuenis,
& adhuc in literis lac redolēs has alpes igni, & aceto,
diſſecet,iugum Gordij Macedonico mucrone reſoluat:
quem locum ſi pęnitus non recluſerit,anſam dabit forte
doctioribus,qui declarare omnino cōtendent.Seruius au Seruius emandatus.
tem ſcribit, Theſauros. hoc nomen h, non habet, ſicut
Atlas, bigas, abas, pallas, licet in obliquis caſibus,
inueniatur, certe abſtruſa, aſpera, & nodoſa Marij ſunt
verba:quem ſic patefacio,aſſeuerans mēdoſum eſſe Ser
uium.qui ita emaculandus eſt Theſauros.hoc nomen n,
non habet ſicut Atlas, gigas, Abas, Pallas, (vt gi-

gas, non bigas legendum cures) licet in obliquis caſibus inueniatur . inquit enim ſine n, litera ſcribi Theſaurum, quia a θῆσ θητόσ, & aurum componitur: ideſt auri debitorem: vel pro debito in pigmis datorem(quanquàm alij à θήσω futuro indicatiui modi, quod eſt ponam deductum volunt ſic, quia a θῆσ componitur , & ſine n, ſcribitur. ideo Thēſaurum dici non permittit : cum aliqui Thenſaurum a thenſa deductum exiſtimarent ſicut (inquit ille) Atlas, Abas. ecce in nominatiuo n, literam non eſſe, in obliquis caſibus tamen inueniri: vt Atlantis Abantis . Quod Theſaurus ſine n, litera omnino ſcriberetur ab antiquis : quod Atlas in nominatiuo n, non recipiat , teſtibus approbabo . Donatus Terentij oculiſſimus interpres in Eunuchi ait Prologo : Theſaurum veteres latinos ſecundum Grecos ſine n, litera protuliſſe . Vbi aduerte in aliquibus Donati codicibus legi ſine h, quod ſenſus non patitur concinnitas. tu omnino ſine n, legendum perſuadeas. Mox Seruius. iiij. ait commentario: Nullum in ns græcum terminare nomen (licet contra Seruium Priſcianus dicat hæc duo nomina apud Græcos terminare , tyris, & elinis) ideo θῆσ ns apud Grecos non terminat: ſed adhuc reſtat enarrādus ſcropulus . Sequitur Seruius : ſicut nec formoſus , quia deriuatiuum eſt a forma: vt ab odio odioſus , &c. ait Seruius : quemadmodum Theſaurus, & gigas n, literam non habent, ſic & formoſus. quod Caper etiā teſtatur grammaticorum lux, dicens: formoſum ſine n, ſcribi: ab æthymo : quod eſt forma, & hęc ratio eſt. nam formoſus dicitur a forno, ideſt calido, quòd ſanguine calidiore forma acquiritur, ideo quia melius primitiui ſequitur regulam, relicta prima analogia, ſeruauit m, nā velut ab odio odioſus, a ſcelere ſceleroſus , ita a forma formo-

Theſaurus ſine n, litera proferetur.

Donatus emaculatus.

Nullum in ns nomen Græcum.

Priſcianus contra Seruium.

Grammaticorum lux.

formoſus venit. In hoc lector paulo latius, vt contentus fieres, euagatus ſum, & (vt retuli) lectorum intentioni hæc non forte adulabuntur, eſto vnicuiq; enim me meliori ſubijciam ſententiæ. Quod, reſina, ſit ambigua in. vi.legito. Scimus. quid Baptiſta dixerit Pius Baptiſta Pius.
Neotericorum princeps. Ipſe ſuam, ego meam imitabor ſententiam. Sidon. Nec reſſera caſtris In Chteſiphonta datur, quanquam per ɴ, *Græci ſcribunt. Vnde Hermolauus Barbarus barbariæ maleus, eum (vt in multis) arguit quem non malum latinitatis auctorem, ſed literarum græcarum expertem: licet ſe in manibus Menandri habuiſſe prædicet Fabulas. Hunc Sidonium* Sidonius ab Hermolao arguitur.
Lancilotus Curius in vorſo ſtilo tenet Claſſicum, cui & ipſe inhęreo. Eſt ſublimis, bracteatus, ſonorus, multiplex in Heroico; in Phaleco dignus, facilis, decorus, multijugus. In proſa facundia argutus, nec ſpernendus. Verum nimium affectationis amator, immo ipſa affectatio. Hunc totum legendum, non totum approbandũ admonet Barbarus ipſe, ſiqua in eo ſunt vitia, ſeculo, nõ Sidonio adſcribam; relinquemus illum ideo, & quæ ſuper ſunt exempla perſequemur. Sidonij laus. *Sil. quarto: Demetit auerſi Veſagus tũ colla, iubasq́;. Virgilius decimo: Multos Veſolus quem pinifer annos. Lucanus decimo: Mundique extrema ſeſoſtris. & ſciendum eſt apud Auſonianum Paulinum quadriſyllabum legi in iſto. Et qui regnauit ſine nomine mox ſeſooſtris & ſunt idem. Proper. iij. Feſſi reſipiſcimus ęſtu.* Locus ex Auſonio.

E*. Præcedens, T, longationi iungitur, vt: æthos quando cauſam ſignificat: quando vero mores breuiatur metropolis. Nam dicitur a* μητηρ, & πόλιϛ *.i. ciuitatum mater, feteo, Getulus: meta metę, non autem corripitur: vt Franciſcus præcipit Niger.* Franciſci Nigri error.

Demitto. metopon, Metaurus, pratiæ vuæ, pratium, ſeticulus, metiſtos: Rhetus, populus: mettallum, fretū mito metis, etiam, metuo Metabus n, p, metus, retro, tetrino: Creta in ponto: tetigi, tetricus, betulus, betola Ethruria, Ethruſcus: licet longentur etiam propter mutam, & liquidam heterogeneus, heteroclitum, & omnia ab heteron. Tetrarcha, & a tetra compoſita, ietendit, metra, a meta compoſita, vt Metamorphoſis, metereus, metretageta: & ſi p, aut u, præit: vt petoritum peto, petis, vetus veternum: excipe petenor petus quod non adnotauit Aelius Anton. Nebrißenſis: vetonica: retulit, veternum, retro: hæc tria ambiguè. ſic & Tethis pro Oceani cōiuge: thetis vero pro Acchillis matre ſemper breuiatur. Vnde Ioannes Britanicus alioqui oculatus cæcutit, exponens apud Statium: Per Tethyos amnes: ideſt Thetidis. quem dum corrigunt, quidam ſimul errant, dicentes pro Oceani coniuge ſemper longari: quos Vbertinus ſequitur, cum aliquando breuietur: vt in ſexta videbimus. Alius error Britanici in eo Statij verſu eſt: Thetidos aduerſo gremioq; prematur aquoſæ, cum legendum ſit Tethyos. Sidon. Logicum vel iniungit ad ætos. & (vt diximus) quando cauſam ſignificat. longatur: quando vero morem, corripitur: ex quo Domitius, ille interpretum vexillarius ſuper eo Martialis errauit: Tetia Callimachi, interpretans: ideſt morales, cum cauſas ſignificat: Virgilius. Ducat Getulus Hyarbas: licet ambigue ponatur contra Georgium Merulam, qui in Domitium ait apud Mart. in prima, & ſecunda breuiari contra omnium auctorum, vſum. in vi. legito quibus niter rationibus contra eum Priſcia. Graij dixere metopō. Luca. Latus, veloxq; Metaurus. Vir. Purpureæ, prętięq; e, q, i, c, d. Idem. vij. Pariterque,

ſeticu-

Antonij Nebriſ. incuria.

Britanico non hæreo

Statij locus.

Quidam falluntur.

Vbertinus fallitur.

Britanici error.

Statius a vitio defenſus.

Domitij error.

Mart. locus.

Aethia

Geor Merullę recla mo.

ſeticulus aſper.Caludia. Quæ ſæuis obiecta Rhetis q, ſ, f. Ouid. Acta retro naris Sil.iiij. Non illum Metabus non illum e, u, Ouid. in Phil. Forte tetrinat anas. Val. Flac. primo Metuens pontumq;, Cretamq;. Virgil. vij. Quique Typhas Betulumque colunt. Ennius: H, n, f, pendebit Hetruria tota. Heteron cum ſuis, compoſitis apud Græcos corripitur. Horat. Modo Reges, atq; Tetrarchas. Ouid. ij. Triſt. Laziges, & Colchi: Metereq; t, g. Aduerte tamen (Hermo.teſte) legendū eſſe, Iazi ges vt i, ſit conſonātis loco: Nā apud alios vocalis eſt. Vale. Flac. Increpat et ſtricto ſic vrger Iazigas enſe. Idē: canētis Iaziges, æui. Auſo. Impoſta petorita mulę Serē. Vetonicā ex duro prodeſt e, b, De ambiguis, in qui bus ē nomē Geta quod ante me nulli viderūt ī.6.c ſpice. Ouid. emaculatus. I, conſonātis loco. Aliorum incuria.

E Sequente V, producitur: vt leuita leuitę, Euander. Demitto, Neuius n, p. apud Horatium, Seuerus, breuis, breue, breuitas, leuo ideſt onere priuo,: leuis, onere priuatus. Arator, Leuitas, vocitas. Virgili. Tunc Rex Euander. Aliqui dicunt apud eundem breuiari: vt: Sedemque petiuit Euandri. ſed ibi cum Politiano legerem: Petit Euādri: quod negat Nicolaus Ferretus: eo quod quadam Priſciani utatur regula dicens: Petit: pro petiuit in ſyncopa non eſſe quia (vt ait) ſyncopa nō fit de vna ſyllaba: ſed de litera; vt obijt pro obiuit. Ego vero de ſyllaba fieri etiam cōtenderim. Virgi. Hyrcanæq; admorunt vbera tygres. latius vide to in. v. Epogra. vbi de deſinentibus in t, ſit mentio Horat. Abſentem Neuius cum carperet h, t. Virg. emaculatus. Nico. ferr. fallitur. Priſciani regula.

De I, in primis ſyllabis. Cap. 3.

I Super E, corripitur: vt tributum. Demantur, ſibilo, ſibilum. ſibilus hybidra, Vibidius n, p, tribula, hybernus, fibula, ſcribo, ibo, ibam, tibia, tibicem, libum,

libum, libo, vibex: Libethrus, Libethra, libanum, ſcibo, ſcibilis, tibula: Tiburna nomen proprium: viburnum quibo, quibis, ibis, ibidis liber, liber, libera, liberum, libertus, liberalis, libertas: Liber, pro Bacco. Aduerte tamẽ: quãdo, liber. pro codice, & cortice, ponitur breuiari. longato etiam Tybur, Tyburnus, libella: a libra ὑποκοριστικῶς. i. diminutiuum: Tibarnus n, p, vibro: hoc verbum ambigue ponitur: ſic fibræ, liburnum omnino breuiamus: non longamus: vt voluit Alexander. Iuuenal. Sat. iij. Frementum tibi habet preſtare tributa clicentes. codices vero omnes habent. Preſtant tributa clientes, contra ſenſus concinationem, & ſyllabariũ menſum: Virgi. Tibulaq; trabeæq;, & longatur quando eſt neutri generis ſi vero maſculini, breuiatur Ouidius: Lolium, tribusq; fatigant. Virgil. Mordebat, fibula veſtem. Licentius Spumat aper, fluit vnda, fremit leo, ſibilat anguis. Ouid. nõ eſt mea tibia tãti. Virgil. Oſcula libauit natæ d, t, f, in quo carmine omnes Priſcianum arguunt, dicentem: Oſculum non retinere primitiui ſignificatum: quod eſt apud Maronem eſt autem ibi diminutiuum ab ore, quanquam ibi Seruius pro baſio interpretatus eſt cuius mihi non adulatur ſententia cum omnino oſculum: ideſt paruum os ibi ſenſus appetat concinnitas. Sic, & Martialis: crudeles ederũt oſcula nerui. Ouid. Videt oſcula, quę non Eſt vidiſſe ſatiſſe ſatis. ſic Auſonius: Aut tua Sigalion Aegyptius oſcula figat. vbi Sigalion ponitur pro ſilentij Deo, de quo Ouid. qui dicitur, Harpocrates. Perſ. Et multa vibice flagellas. Ruf. Feſt. in ar. E, d, u, tegerent libetra peremptum. Sedul. Semper habes frondes, & tanquam libana cedrus. Virgi. Inter viburna cupreſſi. Sil. ij. Tyburnę greſſumq; ſ, ſ, q, l. Ouid. Cyllenius Ibidis alis.

In

Hypocoriſticos. Alexãdri error. Iuue. emaculatus. Virgilij locus. Priſcia. arguitur. Oſculum pro paruo ore. Seruius male ſentit. Auſonij locus. Sigalion. Ibis.

In qua dictione Io. Boccatius, & Pogius alioqui eruditi audiendi non ſunt putantes Ibida eſſe ciconiam, cũ diuerſa ſit auis: quod ita inuenies, ſi ſerios, lectitaueris auctores. Stat. Syl. pri. Recubat Tyburnus in umbra. Horat. in Epiſto. Romę Tybur amen ventoſus tybure Romam. non autem legas ventoſum ex ſenſus cõcinitate: vt male Tortellius, & Neſtor legunt. a me ſtat Seruius allegans illud commentario. iiij. ſuper: Dardaniumq; ducem t, c, q, n, Lucret. iiij. Et libella aliqua ſ, e, p, c, l. Valer. Flac. Tybarni qui terga nouem g, q, ſ. Boccatiꝰ & Pogiꝰ error. Seruius. Tortellius & Neſtor male legũt Horatius a vitio defenſus. Seruius.

I *Ante C, breuiari oportet: vt dico dicas. Demuntur, picunnus, ſycha n, p, Lycheus n, p, ſiche, Icoicis, dico dicis: Phycus, oppidum: Mychax, ſpiculũ, vicus, ſicut nicerotis, niceterium: nice, ideſt victoria dicharchis trica, trice ciuitas apud Senecã in Troia. vicenus, vicies, viceſimus, tricenus, triceſimus, micylus, ficus, ficedula, licium, ſpica, ſpiceus, ſica, ſicarius: licet alij poſitionem dicant. mica, picus, pica, picens, Picenus, Icarus, Icarius Icaria, icon, vicinus, vicinia: vicarius, omnino breuiatur non longatur: vt aliqui perperam dicunt: ſycheus, Cyclops, Lychas, Cyclas, ſicanus, ſicilia, Lyceus, hæc ſeptem ambigua ſunt Virgilius Propriamq; dicabo. Aemilius Macer, vt ex Nonio didicimus: Et nunc agreſtes inter picumnus habetur. Sil. ix. At ſycha auxilium m, t, d, Idem. xiiij. Voluitur in fluctus, lychei vulnere Cycnus. Iuuencus. Venit ſmaritida ſichen. Lucret. ij. Propellit, & icit. Idem ſe tollit, & icit. Idem. iiij. ſanguis vnde icimur ictu. Caper grammaticus tamen ait in primo exemplo, icit, eſſe pręteritum, innuens, ico icis, breuiari in præſenti, contra quem Catullus ait, Infeſtum telis icere multa poteſt, vbi non eſt præteritũ, & in illo extremo Lucretij exẽplo* Nice. Aliquorũ error.

plo.ſuper hoc verbo nec tacuit Priſcianus. Robertus, autem Gaguinus ait eſſe anceps, cui ſi exemplo approbet, fidem adhibebo Lucan. IX. Meritum Phrycunta rapinas. Idem. IIIJ. Cum torſit miſſile Mychax. Ouid. pri. Ponti. ſpicula felle linunt. Iuuena. E, c, fert niceteria collo. Martia. X. Nimbris ebria nicerotianis. Petron. P, i magnæ Dicharchidos arua: ſed ambiguum inuenio: quod ante me qui ſcripſerunt non videre. Martial. Sunt apinæ tricæq́, e. ſ q, n, i, Claud. Non fallor ait triceſſima currit. Martia. Non plenum modo vicies habebas. Ouid. vltimo Meta. Micylus illius d, a, æ, Iuuenal. Mergere ſicedulas d, n, p. Auſoni. Licia qui texunt, & c, c, m, quę dictio in mentem reuocat ſcitu dignum apud A. Gellium lib. XIJ. cap. IIJ. ait enim: Quis autem eſt qui propterea putet probabilius eſſe, quod Tyro dixit quoniam prima ſyllaba in lictore ſicuti in licio producta eſt, & in eo verbo quod eſt, libo, vbi codices habent litigo, nihil ad rem ipſam pertinet. nam ſic a ligando lictor vt, a legendo lector, & a vincendo victor, & a tuendo tutor: quis enim eſt tam literarum expers, qui non videat contextum eſſe mendoſum? cum probet aliqua in tor, nomina a verbis venire breuibus: cum ait a vincendo victor, nonne erit contra ſemetipſum? ideo Quintiani periculo legas, à vehendo vector. hoc non viderunt, qui emendatum prę ſe ferentes Gellium imprimi curauerunt, quos non omnino, ne maleuolos irritē, putantes nefarium, & morte piandum: ſi iuuenis Quintianus in aliquibus melior longęuis appareat. Ac duræ ceruices: an ignorant & doctiores multa ſcire, non tamen omnia? Martia. mica vocor q, ſ. Iuuenal. Tum pices accipe dixit. Martia: in Xen. Filla Picenæ venio. Ouidius, Me pater Icarius viduo d, l, in qua dictione

Robertū non admitto.

Cæterorū incuria.

A. Gellij dictiones duæ emendatæ.

Aliquorū incuria.

quantus Tortellij ſit error, alias dicemus. ait enim Icarium patrem Penelopes, & Erigones, &c. Horatius: Sine vicarius eſt qui ſeruo paret h. Palladas, ſeu (vt alij volunt) Palladeus in Epigramma. εἰκόνα τὸν εἰ. τὸσα φύσις ἰκτοσ ἔχει. Tortellij error.

I Præcedens D producitur: vt ſidus, idem, maſculini generis, Tydeus n, p, non autem breuiatur vt Franciſcus vult Niger: qui forte putauerit in aliquo carmine eſſe triſyllabum: cum eus, ſit diphtongus, ſic longatur ſido ſidis. dido didis. Demitto, idem, neutri generis, fides, fidis, fidis, fidicula, fidelis, fidelia: fidius Deus; ideo: cydonium ponum, cydonius, nia, nium, quidem, idoneus, rhidium. Sydon n, p, Si dicimus, bidens tridens, & omnia compoſita a bis, & ter: video, videbam, videbo, didici, vidua, idume idumeus, hydaſpes, Gnydos, Gnydius, Didyme, Didymus. Aratus tamen primo ait: V, ſ, m, probans modo Didyme diſcis: didius, hydrops, hydrus, hydra, cydon, fidennæ: hæc ſex ambigua ſunt, ſic & Phydias: quod non viderunt qui ante me ſcripſere. Virgi. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. Idem. vij. Diditur hic ſubito: ideſt in diuerſas partes datur: vbi tamen falſo, deditur, legunt alij, Perſ. Percuſſa fidelia limo. Ouid. Donec idem paſſa poſt Idem. vi. Faſt. Quærebam nonas ſancto fidio ne referrem: & quia in fidei nomen incidimus, non abſurdum eſt, Grammatiſtarum errorem enotare, hoc in aduerbio medius fidius, cogitantum vnam eſſe dictionem. ego vero docuerim, me accuſatiui eſſe caſus: dius Fidius: ſubaudi adiuuet: vt ſint tres dictiones, Fidius autem tãquam Hercules eſt: vnde dius Fidius. i. (vt Seruius ait) Iouis ſilius Hercules. alij aliter interpretantur: auctore Feſto: ſed latius dicemus in dubitationibus noſtris.

Franciſci Nigri error. Aliorum incuria. Virgil. locus. Fidius. Mediusfidius. Grammatiſtarũ error.

yi Ouid.

Ouid. Art. iij. Matura cydonia armos. Virgil. Partho torquere cydonia cornu. Ideo Auſonium emaculabis in illo. Iambe Parthis, & Sinodum ſpiculis. tu legito Cydonum. tamen cydo n, p, apud Virgil. longatur, & cydonias dis apud Ouid. primo Art. Martal. ij. In Rhidio poteras p, l, p. Vale. Flac. vi. Non Rhodalo cum fratre Sydon. Sit. v. Nec Sidicina cobors. Virg. viij. Funera tam multis viduaſſet c, u. Lucan. Palma rum diues, Idume. Virg. Primus Idumeas r, t, m, p. Lucan. Et qua Nyſeus Hydaſpes. Sedul. Cui didymus, plus Ph. h.

Auſonius emaculatus.

I Ante F, longatur, vt Typhis. Demito Nyphates, cyphus, ſtyphelus, a ter, & bis compoſita: vt trifur cus, biformis. Ouid. Typhis in Aemonia p, m, e. Iuuena. Quoſdam facit iſſe Nyphatem. Virgi. & pater impleuit dextras cyphus ocyus omnes. & in hoc Tortellium miror, & erraſſe dixerim: cum apud Virgilium legat in. vij Hoc pater Anchiſes Cypho libabat a, a, & ſine S, litera in dictionis principio: vbi non legitur, cypho, ſed auro. Ouid. Quinque neci dederat Ceneus, ſtypheumque, Bromumque.

Tortellij error.

Virg. a vitio defenſus.

I Ante G, breuis eſt, vt ligur, ſtigit. i. erigit, ſi Marcello credimus. Excipito, figo, frigo. i. frigutio: figo compoſita a di: vt digero, digeſtus, ſtrigoſus, viginti, vigeſimus, vigeſis, frigutio, frigeo: frigus, bigæ, triginta, pygæ, Pygardus, Sygeus, Gigeus, ſtigo: migro omnino naturaliter breuiatur contra Alexan. tygris, ſtrigilis, Gyges, ſtriges, cygnus: hæc quinque ambigue ponuntur. Mart. vi. Affligunt hominẽ iam m, e, f. Idẽ: Amphora vigeſis m, d, æ, q. Calp. Agl. pri. Vox iam vigeſima cælo. Lucil. xi. Hic ſtrigoſus, bouinatorque ore improbus duro. Hora. Depygis naſura breui. Idem

Alexãdri error.

Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique ſama. Proper. Lydia Gygeo t, p, l. De ſtrigili: quod ponatur ambigue in. vi. docebimus: tamen aliqui apud Iuuenalem legunt: Et ſonat vnctis Strigibus, & pleno c, l, g. Nam Striges ſunt bolera vilia: quo vocabulo vtitur Plautus. alij legunt, Strigilibus, ſuper qua dictione nec tacuit Priſcianus.

Striges. Iuuenalis carmen duplicíter lectum.

I Præ L, longatur: vt pilo, a græco, quando ſignificat expolio: vnde expilo, compilo, hilum. Demito Ilertes n, p; Phyle, Cylidrus, Ilaria, Phylira clyndrus, à philos, compoſita: vt Philippus, Philomelaq;, Hyla, hylæ, Milo, filix, hyle, hilaris, cilium: milium, pro ſemine, gilippus, à ter, & bis compoſita: vt bilinguis, trilibris, pilus, pili, pilo. i. pilos detraho, & ab eo compoſita: pila, qua in ludo vtimur, pylos, pylius, Pylene, Ilerda, Lilybæum, illeæa: Miletum, tilia, Pilatus, Philoctetes: hæc quatuor ambigue. quę omnia non annotantur ab alijs. ſic & iliſos, anceps. ſimiliter Ilirhya quæ nulli ante me viderunt: breuiato etiam ſi ſ, aut t, præit; vt ſileo, ſtilus: tilia, licet ambiguum ſit, vt diximus, ſic & Silenus, & Hyle, vrbs, demitto tamen ſyllogiſmus, ſyla, mons, Thyle, Tylis n, p. pſilotrum. Lucil. Quodq; t, l, c, nec proficis hilum. Sil. iij. C, u, ſed bello ſerus Ilertes, Lucan. x. Regi clauſtra Phylæ m, d, t, ſ, Idem. ix. tractiq; via fumante Cylidri Proper. pri. P, c, non Ilaira ſoror. Horati. Diſplicent nexe Phylira coronæ. Stat. Th. iiij. B, u, f, ſ, ſcopuloſa Pytene. Horat. in Epiſto. A, f, u, aut vnctus mitteris Ilerdam Stat. Th. vij. Qui breue littus hyles a, q; ſ; tamen (vt diximus) ambigue ponitur in. vi. legito Epograph. Tibul. iiij. potior, ſit fama Gilippi. Ouid. v. Metamorpho. D, æ, c, Lilybæo crura premuntur. Et aduertas Lily-

Pilo.

Aliorum incuria. Omnes non. viderunt.

Properti. locus.

Lilybeß.

Lilybeum Lilybæum dici in neutro genere, vel Lilybe in fœminino, promontorio, quamquam falſo omnes, generis maſculini proferant. Stat. Ch. vij. C, q, n, propellentemq; Lylęam. Auſon. Sola volunt ſtilus vt tenuis ſ, t, p, Sidon: Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis. alij tamen duplici ll, ſcribunt. Virgilius. xij. Ac veluti ingenti ſyla ſummo u, t, Idem, G, i, tibi ſeruiat vltima Thyle. Sil. vij. ſuperantem vertice Tylin.

I Super M, in biſyllabis producitur, vt Strimon, limax, apud Columel. cimex, apud Serenum. Demito, Simon, nimis, ſimul, fimus, Mymas, Dimas, Hymẽ, & thymum, hæc duo ambigua ſunt, In polyſyllabis breuiatur, vt Timauus. Excipito cymata, apud Columel. Cymoſus, apud eundem, primitiæ, & omnia a longis uenientia, ut ſtrimonius, Cimerius, nimirum, Cymodoce, Simulus nomen proprium, ſymethia, Cymothoe, Hymera, Chimerinos, Limone, Mimalion, ſimius, & ſimia, hæc duo poni ambigue Neſtor, & Pylad. ſcribunt propter illud Statij ſyl. vlt. Infantem lingua ſimium. alij

Tymauus Blondi error. legunt, nimium latius in, vi. legito Epogra. Ouid. caritura, mymasq;. Stat. th. vi. Ante dimas, ſed tunc æ, t, ſ. Virgi. Et fontem ſuperare timaui, in qua dictione errasſe Blõdum Ge. Merula, ſcribit, eo quod dixerit, tima

Brenta. Meduacus. uum eſſe, quem vulgo Brentam dicunt cum Meduacus dicatur. Sil. xiiij. A, ſ, qua mergitur Hymnera ponto. Priſc. Cimerij gelidis. Alij ſcribunt, m, duplici. Idem Hic pecorum eſt diues nimirum gẽtes Tybarenũ. Virg.

Propertij locus. Thalaque, Cymodoceque. Idem Simulus exigui p, u, r, h. Proper. ij. c, n, cærula Cymothoe. Martia. H, ſ, b, ſidera Chimerinos. Ouid. in Ibi Solaque Limone p, ſ, i. Ouid. Mimalion humeris a, c, g, apud Propertium in prima Epiſtola aliqui legendum eſſe, Milanion, dicunt.

nam

nam μῆλον pomum dicitur. demum η, in i, tranſultat: ſic Muſęus, Hippomanem appellat: ideo iſti vnam tantum fuiſſe Athalantam referunt, ego vero cum Luctatio Statij interprete, duas fuiſſe copioſius in noſtris dubitationibus ediſſertatio. Super qua re nec Codrus, tacuit: nec ante ipſum Domitius.

μῆλον

Athalātæ duę.

I Poſt ſequente N, longatur: vt Scrinium, finis, hinnulus, & tinea: hæc duo ambigue: phryne longatur apud Lucil. vij. Phryne nobilis illi vbi amatorem proprius quem. Tollito, lino linis, linio, inula: Linus v, p. Pinarus: Inuum, oppidum: Phinous v, p, & quę habent c, aut ſ, aut m, vt ciconia, citus: ſinus pro gremio, & parte oculi: miniæ, minor. dematur hiuc, Cynps Cinypheus, Chineus, ſinas, ſinus, pro vaſe teſte Seruio Minos minois, minous, Mineus, mineides, Minotaurus, cinamum, cinamomum ſed apud Græcos breuiatur. Dionyſius: ἤλθον φύλλα φέρουσαι ἀκήρασιον κινάμωμον. Horat. Et chartas, & ſcrinia poſco. Idem in Epiſto. H, ſ, q, quem verſibus oblinat atris. vnde errauit Vgutio ille barbarię vas, dicens, Linio primam producere, ſyllabam. Heu quam noxam contraho? quos, & quātos triuiales irito, cum Vgutionem ſuum damno. Quid clāgunt nebulones marcidi? nonne bonarum penitus literarum fuit expers Vgutio? Vgutio inquam barbarorum primarius, triuialis fecis area: quem iſti grammaticuli tanquam Apollinem venerantur. Sunt & alij apud hoſce puerorum uerberones: velut Romanæ liuguæ principes: vt Catholicon, Eberardus, Graciſmus, Petrus Helia, Io. Aldrius, Paganellus, Lamola. Rhabanus, Azo, Brito, Marractus, & ijs Paulo melior Papias. Horum maximus Burrus, Gaſparinus minor, Alexander, & quos noſtris inſerere operibus pudet. Proh Deū

Vgutionis error.

Barbari plures.

*atque hominum ſidem in tantum accreuit quorundam
pertinacia: vt nil latinum ſomnient, quod ijs fuerit in-
tactum: Abeant in malam rem, abeant, & me exem-
pla perſequi permittant. Virg. Malueq; inulæque vire-
bant. Priſc. Piramus, Pinarusq; voluti. Virgili. vij. Po
metios, caſtrũq; Inuui b, q, c, q, Stat. th. vij. Croniumq;,
Phinoumq; Phageq;. Mart. Dimidiũ donare Lino q, c,
t. Idem. vij. Tonſor Cinyphio Cilix marito. Catul. Bri-
xia chinea ſuppoſita in ſpecula. Stat. Sil. pri. P, ſ, cauo
Phrygiæ quam ſinados antro. Ouid. Non poſſidet area
minos. nec te moueat illud Propertij, dicentis ij. Nec*

Propert. adaptatus

*ſi incolumen Minois cum Theſea vidit. Nam meo iudi
cio lõgatur. Nec ſic cũ incolumẽ Minois Theſea vidit
aliter claudicaret verſus aut fieret ſinæreſis, hoc anno-
tare debuiſſet Beroaldus. Ouid. At non Aleathoe Mi-
neas orgia: Virgil. Minotaurus ineſt. Ouidi. in Faſt. Ci-
nama tum p, c, q, t, d.*

Beroaldi incuria.

Styps.

*I Ante ſtans P, breuiatur: vt obliqui a ſtips, ideſt,
nummus: & compoſita ab hyper: vt hyperboreus.
Excipito ab hippos compoſita: hippocamelus: li-
cet per p, duplex. vnde miror apud Iuuenalem legi ferè
ab omnibus: Solam hipponamq; Deam. qui verſus clau
dicat, & (vt ait Hermolaus) delombatur: ideo legas,
Solam Hippo accuſatiui caſus: vt Hippo Hippus: vt
Dido Didus, declinetur. Ex hoc non deſunt: qui dicant
Fulgentium de ea intellexiſſe: vbi de Sermonibus ait,
Vt eſt Priapus Hippo Vertumnus. producito etiam hi-
pocrita ripa, vipera vipereus, Iphitus, triphillis, Ty-
phon, pipo, pipilo, gryphes, Scipio, Gryphus, Typhis: ſi-
pus, vrbs: Riphes, Iphis, Riphei, Phinoe, ſipharium,
Cipus, ſtips, ſtipes ſtipitis, ſiparium ſtipendium tamen
breuiauit Sidonius: ergo indifferẽs eſt: ſcripulus, ſeu ſcru*

Aliquorũ error. Delumbatur. Iuuenalis emaculatus. Hyppo. Fulgentij locus.

pulus

pulus, & triplex, hæc duo ambigue ponuntur: ſic & Cyprus contra Aelium Antonium Ouidius pri. Pont. Qui ſtipis ære negat. Virgilius: Iphitus, & pelias Priſcia. Zephyros Triphyllidos arua. Lucanus. vij. Rabiem ſyphonis anhelat. Ouidius in Phil. Accipiter pipar, munus, g, q, l. Idem. Scipio magne tibi. Lucanus, v. S, p, & ſubdita ſiphus. Vale. Flac. ij. Iphinoe nec turba ſ, n, q, t. Iuuenalis ſatyra. viij. Sipario clamoſum ageres u, p, c, tamen aliqui, ſupario, legunt: alij. Sipbario. Aelij, Antonij defectus.

I Super Q, Breuis, eſt, vt liqueo: liquor nomen. Excipito, Liquetius, fluuius, a quo fit liquetius liquetia, liquetium, liquor, liqueris, & liqueſco: ab eo tamen liquor, liquidus, ambigue, quod Maturantius, & Sulpitius omiſerũt. Ouidius pri. Pont. Si mea perpetuis liqueſcant pectora c, aſpice in prima Epogr. vbi de Q litera fit mentio, & in ſexta: vbi de ambiguis Virg. ix. Quales aeriæ Liquetia flumina circum. vbi imperiti grammatiſtæ, liquentia, legunt: quod & Seruius arguit. Maturãtij & Sulpitij incuria. Virgi. a uitio defenſus.

I Ante R. in diſſyllabis longatur, vt virus. i. venenum: viro, pro virtute, ſyrus, Pherecidis patria, ut legimus in. x. Stra. quod & Homerus σύριν κικλήσκεται ὀρτυγίης ἀθυπεέρθε: lira pro ſulco, ſcyros, inſula. Demuntur obliqui a vir: lyra. i. cithara, miron, pira, pirus, pirum, ſyrus, tyros, quanquam hæc duo ambigue inueniantur, quiris, tyras, ſtyrax. In pluriſyllabis breuiatur: vt pyropus, pyrois, & alia a pyr tamen aliquando longantur compoſita. Demito; ſphirena, piſcis, apud Oppianum: irenarcha: quia græce εἰρηνάρχα: & ει in i, longum vertitur. Viroſus, quando a virus: virulentus: uireſco, quando a viribus veniunt. Si viro viroſus a viro & vireſco a vireo, breuiantur: longato etiam crinius, pthiriaſis, miritenes: pyrites, Piri-

tæus portus, ſtrius, pro ſidere: ſtiria, tirynthius, pirula pirata, Cyrene mirificus, Dyrrachiū, piramides Piramus, piralis, Sirenes, Cyriacus Tireſias, piroma, Cirene, Cireneus, ſpiritus, in qua dictione errauit Sedulius, dicēs Cum ſancto ſpiritu gloria m, p. licet Beda excuſet excuſatum in hoc non admiſerim, a chir, χεὶρ compoſita aliquādo breuia aliquādo longa inuenies: vt poetarū vſus eſt, pyrene, pyreneus: hæc duo ambigue: quod alij non adnotarunt. Lucil. ij. Conceptaſq; ſuo ſeruare, & perdere viro. Ouid. Ignara tetigi ſcyria membra manu. Sidoni, tamen Appollinaris ait: Vel ſcyrias vacuaſſe colos, vel ſerica fila: qui ab Hermolao Barbaro corrigitur, & quem non dicit: vt de Cæcilio M. Tullius ad Atticum, latinitatis malum auctorem fuiſſe, ſed literas neſciſſe Græcas. quid ſuper hoc ſentiam in. vi. legito Epograph. Iuuen. tabulis, ſignisq; Myronis. Iuuenc. pri. Solimique, ſyriſque. Ouid. Seu Quiris haſta fuit Clau. Et pyrois rutilans d, n, p. Virgilius viroſaque, pontus Caſtorea. & tunc a virus. Lucil. Venio ad verulam, atque viroſam, & tunc a viro: nā viroſæ (Marcello teſte) dicuntur mulieres virorum appetentes, & luxurioſæ: ideo ſi inuenies apud ſerenum, viroſum, prima breui, a viro, non a virus, venit. Verrius in Poematis: Hinc creſcunt animi, vireſcit vulnere, virtus: & tunc a viribus, ſi vero a vireo, breuiatur. Columel. x. Iam hamni ſponte vireſcunt. Priſcianus: Miritinenq; bonum nardi c, r, o. Iuuenc. ij. Cirinus proprij c, t, p, f. Politianus in Epigramma, Iam iam pthiriaſi caturiente, ſic etiam apud Græcos, & eſt pedicularis morbus Priſcia. Nec non pyrites digito q, ſ, a, Propert. iij. Inde vbi piræi capient in l, p. Sil. xiiij. Repreſſit Sirius æſtus. Mart. T, a, i, pendebat ſtiria naſo, Vir-

Sedulij error.
Aliorum incuria.
Sidonius ab Hermolao barba. corrigitur.
Cecilius male latinitatis auctor.
Viroſus.
Lucilij locus.
Pthiriaſi.

Virgil. Mater Cyrene m, q g, b, Columel. xi. Mutare tuas Cyrenia virgo. Ouid. Chirurgiq́; manum miſer, timerem. ita legendum eſt, vt etiam Auantius Veronenſis vidit, cum paſſim legatur. Chirurgicamq́; alij legunt; Cirurgamq́; Mar. S, n, p, p, hæc chiragra eſt. Ouidius e maculat.

I *Præcedens S, longamus: vt viſus, Chryſis. Demitto, Iſus, locus (teſte Strabone.) vbi tamen dicit longari metri cauſa Phiſadea, Iſalces, Iſara, Iſaurus, ſiſer, Iſaura, Iſocrates, viſurgis, ſiſimbrim, miſer, miſereor, & deriuata: vt miſerabilis, diſertus, ciſium, ptiſana, ptiſanarium, compoſita a ter, & bis: vt biſulcus, triſulcus,: viſellus n, p, apud Horatium: criſis, niſi coniunctio biſumptyſis, biſopum: licet Græci ſcribant geminato S, phyſicus, ambigue: quod alij non viderunt: ſic erit phyſis a quo venit. Perſ. Dum frangam Chryſidos u. Phyſadea, apud Callimachum breuiatur: quem transferens Politianus ait. V, b, a, ferte vrnas ad Phyſadeam. ſic protulit in eadem traductione Iacobus Crucius. Sil. v. Ante oculos ſpe laudis Iſalces. Lucan. H, u, linquerunt Iſaræ qui gurgite ductus. Idem. ij C, q, r, e. Iſapis Iſauro: Columel. xi. Iamſiſer, Aſſirioq́; venit q, ſ, r, Ouidius: De ſe vocat alter Iſauras. Ruffinus. vt vitam inſignem laudamus Iſocratis artem. ſit Lucilius Satira. v. Si minus delectat: quòd ἄτεχνον Iſocraticũ hoc eſt. Sidon. Tutum crum, & vachalin, viſurgin albin. eſt autem Phal. verſus. Ouidius: Data grata ſiſimbria myrto: Auſoni. Vel ciſio trijugi ſ, d, i. Horatius: Quid ceſſas agedum ſumme hoc ptiſanarium, orizæ Martial. Bubalus, atque Biſon. Iuuenalis: & ptyſis, & vomiceæ p, e, d, c.* Aliorum incuria.

I *Ante T, breuis eſt: vt item, iter, lito, litas: vnde corrigitur à Seruio Donatus: quod in eo Virgilij dixerit* Donatus arguitur.

Litus. Seruium non admitto. Donatus defenſus. xerit carmine: *Iacet ingens littore truncus, litus eſſe locum ante altare, a litando: cuius correctio mihi non blanditur: nā poſſet duplicari i, in litore, vt in multis, alijs: ideo a litando poſſet dici littus. Demito Pitholeon, apud Horatium Sat.x. trito, vithongus, triticum, triticeus, tritura, Triton, Tityrus, tita, titilo, Thitonus, Tithonius, zithus, Ityreus, clitella, nitor verbum: citus, quando diuiſum (teſte Seruio commenta. octauo) ſignificat: obliquos a dis, dito, dittor. ditiſſimus, diteo: obliquos, a lis litigo, litigium, & a glis, glitis, obliquos litium: Italia, Italus: licet ambigue hęc duo, litera: quia duplici t, ſcribitur pytheſche.i. interrogare, ſi Straboni credimus lib. Georgi.ix. Pyton, pityſma, pſitacus, litus, ſitis, a ſum: ſcitis, a ſcio: titis, itur clitorius, ſcitus, ſcitum, clitumnes, Clito, clitis, fluuius, apud Sidonium ſithon, ſithonia, triton. palus: Tritonius, Tritonia, ſcito, ſcitor, ſithonis, Pithagoras: Pytho, ciuitas: Dithyrambus: Bithinia, Bithinius, pituita: hæc tria ambigue. producito etiam ſi, m, vel r, vel u, præit: vt mittis, mitigo, rito, ritus, rites, rite, vita. Eximantur, Mytileno, mitilo, Mitella, Britannus, Britannicus, vitulus, vitelius, vitrum, vitreus, brittannus: hæc tria ambigue.*

Alexādri & Ioā. Paſtra. error. *Britones vero, contra Alexandrum, longatur, qui in eodem errore Iō. Paſtranenſem habet municipalem. Auſon. Tres numerantur item. Sidon. Iam poſt Vitungos e, n, b, ſ, Auſon. Zitillata b, q, i, ſ, ſ, u. Columel.*

Virgilij locus. *xi. E, p, p, pocula zythi. Virgil. Georg.ij. Cornus, & ityreos taxi curuantur in arcus. quamquam alij aliter legunt. Horat. Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.*

Nonij Marcelli error. *Nunc quia diximus, citum.i. diuiſum, longari, non ab re fuerit Nonij Marcelli errorem taxare, dicentis ſuper hoc Virgiliano: Haud procul inde citæ Metiū*

in

in diuerſa quadrigæ: ibi citum.i. diuiſum interpretan-dum eſſe: quo in loco Seruius Donatum taxat Marcello adhærentem: ideo exponendum citæ, ideſt veloces ſuper his, dum ſe exercet Pius Baptiſta, fallitur, autumans forte Nonium recognouiſſe illud carmen; vt legatur: Haud procul huic citæ Metium in d, q, nonne omnino Nonius aberraret, quando oſcito in media abſque dubio corripiatur: exin aduertat in eo carmine Seruium blaterare ſuper dictione Metij: blateret precor, dum exempla proſequar. Ouidius: cauſam litis traiecit in omnes. Vnde miror Feſtum Pomp. dixiſſe, lituū, a lite venire, cum breuietur: niſi forte ſit propter literarum mutationem. Ouidius Te maxime Phyton, aliqui tamen legunt, Python Iuuenal. Q, l, pytiſmate lubricat orbem. vbi varia eſt Neotericorum opinio, tu ipſe legito Politianum, Domit. Merul. Britan. Aegnatiū vbi tamen ait Georgius Valla, Pytiſma, dici a pitis: id eſt pinus: qui errat, cum pytis habeat primam breuem, vt ex primo liquet Theocriti carmine: ſed omnino legendum Pityliſmate, in noſtris diximus dubitationibus Ouid. Clitorio quicunque ſ, d, f, l. Auſon. Qui ſcita Platonis. Virgi. Hinc alibi Clitumne greges. Stat. iiij. Th. Et rapidus Cliton e, q, t, p, l. Ouidius: Tu quoque Sithonios u, m p, a. Idem. Meta. vi. Sithonis accepto q, a, p, p, a, ſuper quo carmine inter me, & Aldum Manutium vtriuſque linguæ reparatorem eſt diſſenſio, quam in noſtris leges dubitationibus, & de Sithone diximus in libro de mulieribus. Tibul. ij. Vbi Delphica Pytho: cuius interpres Cyllenius tam declarat, quā non intelligit. Ibi nanq; putat accipi, Pytho, pro ſerpente Pythone, cum pro vrbe accipiendum ſit & ne mihi adſcribam, ingenue, Iano Parrhaſio accepto referam: dignū

Donati error. Baptiſtæ Pii incuria. Seruius blaterat. Feſtū pompeium mirror. Lituus. Geo. Val. error. Pytis. Aldus. Manu. Mulierum opus compoſui. Cylenij error. Tibulli locus. Pytho.

Mancinelli error. nanque laudare eſt per quos profecimus. Mancinellus quoque (vt Cylenius) errauit in ſuo Verſilogo. Vnde apud Heſiodum mentionem fieri Pithonis verbis credi derim cum eius interpres Mombritius dicat, Iupiter hunc capit, inque ſacra pithone manere Iuſſerat. Horat. Car.iiij.Seu per audaces noua, Dithyrambo. Iuue. Saty.vi. Profectura domo Sicula non mitior aula: vbi interpretes, ſiculam aulam, exponunt propter Phalaridem, aut propter Dionyſium: ego vero de aula Aeoli intelligo quod ſi bene rimeris lector, laudabis, & annues. Horat. Claram Rhodon, aut Mitylenem. Ouid. in Phil. M. tempore nunc mitilans. Virgi. C, ſ, c, Gra ia redimita mitella. De ambiguis in.vi.videto.

Iuue. locus

I Præ V longatur: vt viuo, friuola. Deme, obliquos a nix, niualis, a bis, & ter compoſita: vt biuius. triuius: Triuia, nomen Dianę: triuicus.. hic nullam exceptionem Antonius, fecit Nebriſſenſis. Virgil. Mors autem veniens viuite ait venio. vbi etiam lego: Mors autem vellens viuite ait venio. Iuue. iam friuola tranſfert. Horat. Niſi nos vicina triuici.

Antonii nebriſſenſis incuria. Carmen Virgilii dupliciter lego.

De O, in primis ſyllabis.

O Præcedens B, longatur: vt gobio: qui & gobus dicitur: obex ambigue ponitur. Breuiato autem obes, obeſt, ſoboles, obeſus, obelus,: obeliſcus obolus. Phobetor, & ſi ob componatur cū dictione a vocali incipiente, & ſi duplex præit conſonans: vt glob us, ſcrobis, probo, probum contra Sulpitium: quod ambiguum eſt, non autem penitus longatur (vt vult ille) ſed naturaliter breuiatur. Hinc demito, Crobialus n, p. Iuuel. Cum ſit tibi gobio tantum. Horat. Cum ſit obeſo. Auſon. Pone obelos igitur p, ſ, u. Priſcia. Semioboli duplum eſt. Ouidius Mortale phobetora uulgus

Sulpitio aduerſor.

gus. *Martial, Capell.ij, Orbita curua globos. Horati. Opprobrium dignum l, i, i, Valer. Flac. v. Crobia i, latus, & f, r, t, n.*

O Sequente C, corripitur: vt iocus, cocyto, procitum: ideſt petitum, teſte Pompeio. Deme, locuſta cocalus, apud Ouid. Metamorpho. vij. & quia græce κώκαλοσ: Coceius n, p, ocymū, obliquos a vox vocis, & venientia: vt vocalis: occulo verbum c, duplici: procerus, ocyor, ocyus, Ochenius n, p, Ocyroe, ocium, Iocaſta, phoca: Phocus n, p, focus, piſcis. Ocheus n, p, procio, Cocytos, Cocytus: cocytius cotitia, tium, Phoce vrbs: phocea, vrbs, Oceanus, poculum, oco, phōcis, ocalee, procedo, procido, proculco, procindo, procūbo, procire: ideſt prouacare, ſeu producere: focale, & procuro: iſta duo ambigua ſunt: Iocundus a Sulpitio excipitur: tamen non hac ſub regula perſiſtit: quia ſcribitur per u, ante c, & per u, ante d, nec venit a ioco: ſed a iuuo, ideo conſtat Iſidorum eraſſe id præcipientē, teſtatur. A. Gellius. in hoc errore etiam Ioannes Paſtranus militat. Iuuel. Bapte laſſare Cocyto: vbi mendum eſſe crediderim: quia ibi breuiatur, cum Cocitos lōgetur: ideo cotyto, per t, legendum putauerim. & nullo pacto admittendus eſt Georg. Merula: quia pueriliter lapſitans: ait, ibi poni pro Proſerpina vbi coleretur, & allegat carmen ei aduerſans in Priap. Raptam Cocytos oſtreoſa Diua. in quo carmine poſt Spondeum Dactylus eſt, Nonne in ſyllaba diſcordant. Præterea Domi neſcio quas ibi nugas interpollet, ſcribens: A. Cocyto fluuio, eliſo c, breuiari, ergo Politiano aſſentiens, Cotyto, legendum autumo: quem legito in miſcel, cap. x. Horat. Cecetius, Capitoq; ſimul. Vale. Flac. Ochenij dedit ille ſonum. Ouid. Metamor. ij. Ocyroen nō

Sulpitij error.

Iucundus vnde.

Iſidori error.

Io. Paſtranę error.

Cotyto, Iuuenalis emaculatus.

Georgij Merulæ error.

Domitius fallitur.

hæc

hæc a c, p. Claud. C, p; fratres Iocaſta maritos: Virgi. Sternunt ſe corpore phocæ. Ouid. Metamor. vi. Et proles tertia phocus. Auſon. L, c, p, tergora focus. Val. Fla. ij. preceps equus ochea conto. Ouid. in Priap. Raptam Cocytos oſtreoſa diuam: quamquam Cyzicos, aliqui ibi legunt. Virg. Rabiem Cocytia virgo. Varro attacinus. Cingitur Oceano Libyco mare fl, n. Ouid. pri. Meta. Actæis phocis ab aruis. Stat. Ocalee, Medeonque, & confertiſſima ſyluis. & apud Grecos ſcribitur: ὠκαλὴ.

O *Ante D, in biſyllabis longatur; vt podex, rodo, rodis, nodus. Demantur, modus modo, odor, Rhoddos, vrbs, Rhodos: ideſt roſa. In pluriſyllabis corripitur vt odium. Demitto, Clodius, Clodia, rodro, proderim, prodeſſe, produco, prodigno, prodigo, prodigus, ga, gum, prodigitas, Dodona, Dodoneus, Zodiacus. Quia, vt diximus rodo rodis longari non te moueat Prudentius in Amart. Aut populata rodit geminantia germina brochus. nam aut errat, aut mendoſus eſt. nam legerem fodit, non rodit. Horat. Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus: quæ dictio, vt diuerticulum faciam, admonet. legitur nanque apud Terentium: Nodum in ſyrpo quæ: ſcio quid referant interpretes. hoc adagium et Plautinus Meſſenio in Mench. & Auſonius in Epiſt. ternarij numeri ad Symachum tetigerunt. & Ennius: Quærunt in ſyrpo ſoliti quid dicere nodum. ſic Hieronymus ad pammachium. Nos autem omiſſa omnium opinione, alium, eruemus ſenſum. qui ſi penitus non admittetur, ab aliquibus ſaltem non damnabitur: Nodum ergo in ſyrpo quære, intelligo duram in ænigmate. nam Pamphilus ait: Quæri nodū in ſyrpo. i. durum quoddam in ænigmate. i. rem, inquit Pamphilius, faciliorem, cum ſit facilis, quęritas tanquam*

Prudētius aut errat, aut mendoſus.

Terentij locus. Pauli locus, & Auſon. Syllus.

quàm nodum in nodo ſyrpo: cum ſyrpus, ænigma ex omni parte haud intelligatur: & vt id comprobetur. A. Gelli verba ponam, lib. xij.cap.vi· Aenigmata, quæ, Græci dicunt, aliqui è noſtris veteribus ſcyrpos appellarunt. ſi cui hic placebit ſenſus. Quintianum primum ſciat inuentorem. Non deſunt tamen qui Gellium mendoſum, referant, legentes, griphos, non ſyrpos, legas, eſt à verbo ſyrpare, ideſt implicare. ſi griphos eſt, quia γρῖφος rete dicitur, & ſermo perplexus Græcis. Vir. in Cul. Laurus.i.ph, decus exurgens Rhododaphne. Iuuenal. Prodiga non ſentit p, ſ, c. Auſon. Nec Dodonei ceſſat tinnitus aheni: hic obiter quid vaſa ſint Dodonea ahena declarabo: nam pelues circa Iouis fani parietes ita poſitas ſcribunt Græci, vt ſiquis vnam leui tactus tangeret, omnes machinata comploſione longũ tinnirent. Auſon. illo in loco, inquit, quotidiano Solis ortu radijs contactas crepare. Vnde etiam Prouerbium in loquaces eſt: Ille eſt Dodoneus lebes. alij dicunt (teſte Menandro) lebetem quendam fuiſſe æneum ſupra columnam in ſublimi poſitum, & puerum æneum, fabrefactum in alta cominus columna conſtitutũ, flagellum tenentem æneum: qui flante vento lebetẽ percuteret: & ita locus ille diu reſonabat, alij referũt fuiſſe Aenea uaſa: quæ magni aliquid negocij facturi cõſulerẽt Heroes: & percutiendo vox exiliret e tinnitu: qua quid acturi eſſent, datis ſeriatim incuſſibus, intelligebãt: ex quo nõ deſunt aliqui dicẽtes in.3. Aenei. Helenũ Dodoneos lebetas Aeneæ dediſſe tãquã fatidicos ĩ repercuſſu: quod crederem, ſi vel ſemel Aeneas lebetes conſuleret quod in toto Virgi. nuſquã eſt: ſed latius in noſtris dubitationibus diſſeremus. Lucil. v. Nequitia occupat hoc, petulantia prodigitasq;. Auſon. Quodq; ſ, t, ſidera zodiaci.

A. Gelli locus.
Syrpare.
Griphi.
Auſonij locus.
Dodonea pelues.
Prouerbiũ in loquaces.
Puer æneus.
Ex Virgilio.

OVe

Aliquorū error.

O Veniente poſt F, breuis eſt: vt ſtropha, offella, Ophiucus. Demito tophus, ſcropha. pſophis, offa: licet poſitio, ſi, profero, proficio, profugio ab aliquibus excipitur: ſed omnino breuiatur, teſte A. Gellio libro. ij. capito. xiij. proficiſcor, profundo hæc duo ambigue ponuntur. Martia. Iam ſtropha talis erit. Vir. Et tophus ſcaber, & n, e, c. Gerem. Cęſ. Medium cingēs Ophiucum Iuuenal. Eadem ſtropha fœcundior alba Ouid. Metamorpho. v. Vſque ſub Orchomeno, pſophidaq; c, q. Et quia diximus, profugio, longari aliquorum ſententia, exemplo comprobabimus omnino breuiari. Manil. Qui Babiloniacas ſubmerſa profugit in vndas. Iuuenal. Profectura domos ſ, n, m, a, vbi deceptus Georgius Valla legēdum eſſe, Præfectura, autumat, eo quod eſſet barbariſmus. Ego vero poni ambigue in. vi. ſcribam. Robertus Gaguinus tamē allegauit carmen Silij. libro v. ſuper hac dictione, Hinc profectus equo poſt quam inter prælia notam, ſed illud carmen in noſtro codice ita legitur, Hinc prouectus equo, non autē, profectus, ut male allegauit ille, alioqui bonus literator.

Georgius Valla fallitur. Robertus malle allegat. Silius defenſus.

O Ante G, longatur, vt cogo, Trogilios, inſula, ſi Hermolao credimus. Demitto, Bogus, n, p, rogo, rogas: Phlogis n, p, vogeſus, rogito, rogus, toga, togatus, logos. Phlogius n, p, Progne, ambiguum inueniri in vi. dicemus Epograph. Sil. iiij. Contra læta Bogus tyrio c, o, r. Martial. lib. xi. pulchrior eſt Chione: ſed Phlogis vlcus habet. Lucan. caſtraque, quæ vogeſi curuam ſ, a, r. Valer. Flac. v. Aut Olicū Phlogiumque d, ſ.

Franciſcus errat.

O Super L, breuis eſt vt ſtola, Coloſſus, oleo ſcola. non autem longatur: vt vult Franciſcus Niger. Demantur, bola, dolium, nolo, nolis, nolit, nolu-

nolumus, nolimus, Colus, ciuitas, colo,las Bolanus n, p, molior, moliris olim, moles, nomen, molimen, obliqui a Sol ſolus, la, lum, ſolarium, ſolers: Soles, in numero plurali, prolixus, ſolennis, ſolor, ſolertia, ſolamem, ſolatium, molyops proles, proletarius, boletus, Polentinus colyphia, Nola, Tmolus, ſtolo, colyabus, loligo, olea ros, olenus, olenius, colyrium, colina, coleus, Spoletum, ſpoletinus, moly, Folia n, p, proluo prolongo, prolato, proloquor, prologus, prolabro, Pollydamus. Pollydamanteus, pollypus: licet poſitio ſit metri cauſa: tamen aliqui dicunt aliquando Grecos o, in u, permutare: & tunc longari: vt apud. Oppi. libro primo.
πουλίδεσ σχολιοῖχοῖσ κόρδυλοσ κδαλίευσι *ſic* χο- Aliorum incuria.
λεον κούλεον. *Homerus. illia pri.* ἀψδέσ κούλεον ὥστε
μέγαξίφοσ οἰδ' ἀπί θισε. *Dolon, indifferens. ſic & Polycletus: quod alij minime viderunt. Tibul. Et ſtola*
longa pedes. non autem longatur: vt inerudite dicit Io.Paſtra.
Ioan. Paſtranus. Stat. pri. Sil. Q, ſ, i, m, geminata, error.
Coloſſo, & obiter ſcias: Diuum Paulum vaſtiſſimum, Pauli locus.
eloquentiæ pelagus ſæpius ad Coloſſenſes ſcribere: qui Coloſſenſes qui.
ſunt Rhodienſes, a Colloſſo ſolis ſuo. Ouid. Et olentes ſul Ouid. defenſus.
phure thedæ. Hinc tueri Naſonem a Diomede veritas
cogit. ait nanque Diomedes vitioſe dictum ab Ouidio: Virgi. locus.
Olentia ſulphure: quod ſulphura dicere debuiſſet, & Diomedi aduerſor.
apud Virgil. Redolentq; thymo fragantia mella: quod Oleo cum ablatiuo.
thymo. non ab oleo regatur: ſed à fragantia. eſto gram- Iuuenalis
matice. excuſes Propertianum hoc: Cur nardo flam- locus.
mæ non oluere meę. Virgi. Caſtrumq; innui, Bolamque Coramque. Auſon. Cui dolia ſedes. Iuue. Aut paſtor fuit aut aliud. quod dicere nolo ſic obiter quid ſit, quod Iuuenalis nolit dicere, cum interpretes allucinentur, de clarabo. Ergo primi erimus qui quod nolit poeta effari

pateſaciemus. arguit enim Romanos ſanguinis nobilitate tumidos, dicens. Quiſquis maiorum fuerit, aut paſtor fuit, propter Romulum: aut aliud, quod dicere nolo propter Romuli nutricem, quæ fuit proſtibularis meretrix, & Lupa. Ideo quòd Romani ſint ex Lupa genitrice orti, ac educati poeta neat dicere: & vt Quintiani doctis aduletur opinio, apponam Auſonij epigramma quoddam in diuitem mœcho genitum: Quidam ſuperbus opibus, & faſtu tumens: Tantumque verbis nobilis, ſpernit vigentis clara ſecli nomina, antiqua captans ſtẽmata: Marte Remumque, & conditorem, Romulum Primos parentes nuncupans. Hos ille ſerum veſte cõtegi iubet: Hos celat argento graui. Ceris inurens ianuarum limina: Et atriorum pegmata. Credo: quòd illi nec pater certus fuit: & mater eſt vere Lupa. Ecce quantum Auſonij verba Iuuenalis concordent. Ita flores inſeram vt aliquo nullos afficiam faſtidio. Auſon Grato ſchola nomine dicta. Manil. v. Et colare vagos i, r. a. Stat. Th. vij. Qui colon denſamq; iugis æ, t. Ouid. Moly vocant ſuperi. Stat. ſyl. ij. Seu Polentinos merſiſſet f, ſ. Iuuenal. Comedunt colyphia paucæ. Ennius Annal. iij. Proletarius publicus excubijs, ferroq;. Eſt autem verſus Hexameter ſpondaicus. Virgi. Nola iugo, ſi Aul. gellio credimus. Sil. xij. Campo Nola ſedet c, c, i, o, vnde errauit Prudentius, dicens: Iamque Nolanus ager: quia omnino Nola longatur. Sil. xiiij. Trãſfert citus agmina Nolam. Martial. ij. Mollem debilitate Choliambum. Virgi. iij. Olearon, niueamque Paron u, q, d, Stat. Th. iiij. Olenos Ionijs c, f, h, p. Ouid. x. Meta. Olenus eſſe nocens. Horat. Sat. v. H, o, e, nigra meis collyria lippus, Martia. Spectaſſes Cato coleon ſeuere. Perſi. Ne mihi Pollydamas. alij, Pulydamas, legunt

Prudẽtius errat.

legunt. Ouid. Deprehenſam Pollypus haſtam. Martia. v. Spoletina data eſt. Quidi. Moly vocant ſuperi n, r, t. vbi falſo, Tmoli, legit Tortellius. Horat. Ariminē-ſem foliam. eſt autem dimetrum Iambicum: vbi, ſemſo, ſpondeus eſt. Tortellius falſus.

O Veniente poſt M, longatur: vt como comis, comis, comis, cominus: pomilio, apud Martialem. Demitto, Gomorra, Gomorreus, chromis, homole: Promulus, n, p, tomaculà, momordi, Bromius, Tomyris, nomas, Bromus, Dromas, dromo, dromos, homilia, homo: Tomorus, mons, omitto, homerus, domus, tomos, tomitta & alia a tome: ideſt incido; comedo, dominus, domina, coma come, comes comitis, comitor, comata, comare, vomo, comœtes, vomitus, ſtomachus, omaſum, glomus, glomero, domo domas, como comas, vomica: hoc nomē ambiguum: quod alij, omiſerunt. Martial. Capell. pri. Comere vernificis f, l, ſ. Ouid. Art. iij. Comibus eſt oculis a, a. Prudent. in Pſich. Sodomæ, Gomorræ, quas fouebat aduena: vbi poſt Anapæſtum, Iambus ſequitur. Virgi. xi. Demophoonta, Chrominque. Idem. vij. Deſcendunt Centauri Homolen, otrynque niualem. Idem: Dioxippum, Promulumq;. Iuuenal. Diuina tomacula porcæ. Ouid. Nyctileum, Bromiumque vocant. Tibul. iiij. N, q, Regna vago Tomyris finiuit Araxe. Sil. v. E, m, q, m, Caramasq;, Nomasque. Ouid. xij. Metamor. Ceneus, Syphelumq;, Bromumque Idem. iij. Metamorpho. Et Dromas & Canaces ſ, q. Interpres Strab. vij. Aut Tomori incuriam cædem per membra cruentam. Horat. Et preſens in tempus omittat. vnde & Priſcia. vj. ait: Omitto dicimus pro ommitto. ex quo falli Baptiſtam Pium Pylades in Comment. Plauti aſſeuerat: quod Pius dixerit: Ommitto ſcribi duplici

Aliquotū incuria.

Baptiſta Pius defenditur. Pylades fallitur.

plici m, mox Horatij carmen inducat: Aut ſpem depo nas, aut partem illuſus ommittas. ſed Pylades falſo corrigit. nam Pius inquit Ommitto per m, duplex ſcribi. ſed mitto ſimplici dici, quod approbat illo carmine Horatiano in quo breuiatur. Iuuenal. Comedunt colyphia pauca: licet comeſſatio longetur, quia a con & menſa venit non autem a comeſſe: vt docuit. Seruius, refragante ſtructu camœnali. vel (vt F. Pompeius ait) a κώμας. i. vicus. nam in vicis fiebant conuictus. Luca. Toti prælate comatæ. Virgil. c, i, u, e, nec ſera comantem. alia exempla repertu facillima ſunt.

Cõmeſſatio vnde. Seruij error.

O *Præ N, breuiatur: vt onager. Demuntur, Phonaſcus, Ionas, tonum, tonites, zona, nonus, nona, ponus, Nonæ, Monychus, & ſi c, d, r, vel p, præit, o: vt Conopeum, conor, donum, pono: pone, aduerbium pronus. hinc excipito, conon pronepos, proneptis, proneſpum: Donyſa: Donus n, p, Mart. Dum tenet eſt, onager ſ, q. l, m, Phonaſcus: quia Greci φώνασκον vnde ſidonius ab Hermolao arguitur, dicens: Pſalmorum modulator, & phonaſcus, vnde conſtat, ſidonium literarum græcarum non fuiſſe ſtudioſum, etiam ſi Rhythmos comicos, & Menandri fabulas in manibus habuiſſe prædicet. Sidon. Compleſti Ionam, reſonãt d, o, m. Priſcia. in Pon. Cui tono interius modico p, i, g. Idem: Atque gradu medio Thonites exit, & intrat. Virgi. Qua zona niualis. Ouid. Nona dies aderat q, t, i, c. Idem. ij. Faſti. Quærebam Nonas ſ, f, n, r, Stat. ij. Th. Pallada monithijs, cui n, a, p, u. Iuuenalis, Iaculetur Monychus ornos. Idem: Vt teſtudineo tibi Lentule Conopeo: nec venit a Canopo, ideſt Aegipto, vt falſo dicit Papias, ſed a κώνωψ, ideſt culex. nam ad arcendos culices aptum eſt Catullus, Idem me ille Conon*

Sidonius Græcorũ non ſtudioſus.

Sidon ab Hermolao arguitur. Papiæ error.

Conopeũ.

non c, m, u, cuius nominis, cum memini, offertur illud Maronis: in medio duo ſigna Conon, & quis fuit alter Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem: vbi ait ſeruius, Virgiliũ intellexiſſe de Ptolæmeo, cum Claudius, Ptolemæus multis poſt Virgiliũ annis floruit: ſed intelligas de Conone Samio nobile mathematico: qui tempore Ptolemæi regis fuit. Sed latius in noſtris dubitationibus diſſerã. Val. Flac. 3. Tonſas, auroq́, Proneſon. Perſ. Patruelis nulla proneptis. Virgi. Viridem quam Donyſam. Lucret. At cum membra donas p, f, ſ. Seruij error. Virg. locus. Ptolomęus Conon ſamius.

O Super P, breuiationi inhæret: vt tropi, tropicus, propitius: quia a prope, quamquã inuenio aliquando longum, ſed eſt quia aliter nõ poteſt poni, niſi contra naturã longetur pro: propago in homine etiam breuiatur, nõ autem eſt cõmunis: vt vult Nicol. Ferretus: ſed eſt propter differentiam. vt dicemus inferius: poſita etiam Probi regula. Demuntur ſopio, ſopitus, Dropax: propago, in vite: propago, verbum: quod ambigue ponitur: populus, pro arbore: tophus, ſcropha, pſophis, propugno, propalo, propello, propono. Opis, nympha: poppiſma, poſitione: quod non aduertit Sulpitius, ſic, & opperior, opportunus, ſtlopus, propino poples hęc duo ambigue contra Aelium Antonium: qui poples ſolum longari præcipit. producito etiam ſi c, præit, o: ut ſcopa ſcopę, copia. Demito ſcopus, ſcopulus: ſcopas ii, p, copas, cophinus. Sulpitius, & Pylades dicunt, Opilio longum eſſe, quod breuiatur, ſi Seruio credimus: vt legatur: Venit & Vpilio, non Opilio. tamen in. ij. videto Epogra. vbi de diphton. oppidum, per duplex p, longatur, cum ab opere veniat, teſtibus Feſto, & Pomponio iuriſconſulto. Virg. Quantaque nox tropico ſ, p, i, c. Idem. vi. Vobis Romana propago. Licinius Cuſtodes Nicolaum Ferretum non admittos. Sulpitij incuria. Aelij Antonij incuria. Sulpitij, Pyladiſq́ error. Oppidum vnde. Licinius emaculatus

Franc. Quin. O ouium,

ouium,teneræq; propaginis agnum, & ſic legito apud Gellium hoc carmen lib.xix. cap. ix.non autem. vt in Codicibus Inuenies ſcriptitatū. Auſon. Leuas tibi Dro pace cauſa eſt.non autem breuiatur: vt Antonius Nebriſſenſis decipitur. Virg.Geor.ij.S,t,o, melius propagine vitis & (vt dixi) Nicolaus Ferretus cõmunem, tenet in vtroque ſignificato: cū debeat diſcrimen annotare. Super hoc regulam Probi obijciam:dicentis: Alia eſſe nomina,quę in vno intellectu, per caſus naturam vertunt:vt in nominatiuo:Vobis Romana propago. at in ablatiuo longum eſſe: vt Melius propagine vitis.an, tibi placeat: ſuſq;, deq; facio. Claud. Si propagandi ruerant pro limite Regni. Aliqui etiam breuiant, vt in vi. legere poteris. Auſon. Aut de fronde loquens cur dicat populea frons.hic Auſoniū explico.quærit ille: cur cum ait de fronde,dicat in nominatiuo frõs, cum melius dicatur, frondis,teſte Seruio.vnde ait Serenus:Prodeſt præterea cum Bacco perſica frondis.Virgil.xi.V,i, ſuperis in ſedibus Operim. Perſ. Nec ſtlopo tumidas. hinc aduerte aliquorum errorem ſcribentium per c, ſclopum:cum per t, ſcribi Priſcianus,& Martial. Capella teſtētur.Mart.pri.In pretio Scopas teſtatur p.ſ.Perſ. geminos horoſcope Varro.Ouid.in Priap.Nõ me Praxiteles, ſcopaſue fecit.Iuue.fęno,cophinoq; relictis.

Antoi Nebriſ. fallitur. — *Probi regula.* — *Auſonij locus. Frons. frondis.* — *Aliquorū error. Stlopus ꝑ t,nõ per c.*

O Ante Q, breuis eſt.vt loquutio, loquutus, coquus, quoque, coniunctio. Demito compoſita: vt quoque,ablatiuus,proquiro,quoquo.Probus Nocet eſſe locutum. vnde Antonius Ruffus,qui de ortographia ſcribit,per q,non per c, ſcribi volebat.nā (ut dixi) Q, ſecundum aliquos,non eſt aliud,quàm c, & u.

Locutio. per, q. — *Q. nil aliud quā c, & u.*

O Præcedens R, corripitur: vt ſoror,ſororius, icoria apud Virgilium in Ciri. Demito,Chorus,ventus, Cloreus,

Cloreus,oritæ,Dorion,choreus,Chorytus,cloro,Cloris, Doris,doricus, corycus Corytium, Corytus, noris, norim norit, mori moris morit, moram, morus, morum, norycus,coram,Orythus, ſora.ſoracte, ſorax: ſtorax, apud Virg.in Ciri: Orithia, obliquos a mos moris, moroſus,ſa,ſum. & venientia a mos moris, vt morigeratus, obliquos, ab os oris, oro, oras,orator,oratio, hora horæ, ora oræ,thorax, morio: Phoreus n, p. Voraptus n, p, horum,ſorex: Orion,corrallium,hæc duo indifferẽter,quod non adnotarunt Sulpi. Maturantius.& Anto. Io. q; Paſtranus. Producito etiam, cum præit l, aut r, vt locorum, lorica, loripes,roris.Ouid.ix. Metamorphoſ. Non eſſe ſororia poſſent & ibi Varini (quem falſo Guarinum indocti appellant licet ita ſeipſe appellauerit) error notandus eſt,& imperitorum: qui dicunt Sororium,ſubſtantiue reperiri, cũ ſemper adiectiuũ ſit Phineus Marcidus condolet:quòd ſuum errorem patefaciam.Iuuenal.Atque abeas coro ſemper t,e,a, Virg. xij.Cloreaque Sybarimque. Priſcia.Oritas,Aribasq; ſimul l,q,a,Lucanus.vi.theoloſq;,& Dorion ira.in quo carmine Lucani hallucinationem Hermolaus Barbarus dicit:eo quòd Dorion dixerit:cum Docion legendum ſit melius. ipſum legito in caſtiga. Plin.libro.quarto, capite.xi.Sidonius: Pugnaſtis pariter francis qua cloropatentes. Iuuenalis: Et clorida nullo Cultam palliolo. vbi falſo legitur Dorida. quę nam ſit Cloris, aſpicito. Ouid. in Annalibus, nos plura in noſtris dubitationibus diſſeremus. Virgil. xi. Cybelle Choreus olimq; ſacerdos. Ouid. v. Triſt. Eſt nemo, qui non Coryton, & arcum.aliqui tamen legunt, Goryton. Virgil.Doris amara ſuam n, i, u, Idem: Et Dorica caſtra. Ouidi. pri. Metamor.Corycidas nymphas e, n,m,a.Virgil.x.Co-

Aliquorũ incuria.

Varini, & imperitorum error.

Sorori

Lucanus allucinatur.

Iuue. locus Cloris.

rytique lenes humeris. ſi vero erit n, p. breuiatur. Ouid. Quaque pater Coryti parua tumulatus harena. Idem. xiiij. Metamor. Quod Noricus excoquit ignis. Virgi. .x. Incluſum buxo, aut Orythia therebinto. Iuuenal.

Sorax. *Aut vltima ſoræ. Virgil. Hi ſoractis habent. Sorax idem eſt quod Soracte, ſi Porphirioni credimus. Ouid. Magnæ ſoror Orythiæ. Mart. Sed non moroſa ludere Parce ſiti. Idem. viij. Morio dictus eris u, m, e, Val. Fal. iij. Phoreaq; Olenidem. Idem: Sancte mihi Vorapte pater. Seren. Si prægnans artus captiui ſoricis edit. Iuuenal. Loripedem rectus derideat æ, a.*

Oſi, vna tantum dictio: *O Super S, longatur: vt roſidus, a rore: oſi apud Perſium. & vnam eſſe dictionem aliqui referunt: Moſes, Hæbreus, oſor. Demuntur, alter Moſes, Moſa, roſa, proſopon, Oſinius, proſeuca, moſella, doſis, Coſę, poſui, Proſymna, Oſiris, non autem longatur, vt vult Franciſcus nyger, coſyra, hoc nomen ambigue ſic, & Proſerpina. quod non videre, qui ante me ſcripſerunt. Egnatius primo, Roſida noctiuagis aſtris labentibus Phæbę. Iuuena T, a, q, volumine Moſes. Auſon. I, p, p, q, u, tu mitis & oſor. emaculabis Auſoniũ ideo, quia in Codicibus legitur, Tumidis, & oſor, ſil. xv. Decidit enſe Moſæ d. p, t, ſidon Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa matrona ſequana ledus. Mart. Turba proſopon amat. Virgi. x. aduectus Oſinius oris. Iuuenal. Et qua te quęro proſeuca. quod nomen non diffuſile inuenies, nec paſſim, Auſon. ſ, l, tecto rumore moſellę. Virgil. x. Quique vrbem liquere Coſas. Stat. Th. pri. Hinc cellæ Iunonia templa Proſymnæ. Tibul. P, a, m, ſolerti fecit Oſiris.*

Franci. Nigri error. Aliorum defenſus.

Auſon. emaculatus

Proſeuca.

O Pręcedens T, corripimus, vt Notus ventus, nothus, ideſt ſpurius, apud Phædram Ouidianam.

pote,

pote, aduerbium: botulus, quotus ta tum, non autem, longatur, vt male ſenſit Franciſcus Niger. Demit to, plotus a quo Plautus, notus ta tum, noteſco, notifi co, notum, notu, lotos, & compoſita: vt lotophagus, o-thos, , ſoteria, obliquos a dos dotis, & cos, cottis, doto, dotas, dotion, ſorades, totus ta tum, lotum ſotus, vo-tum, motus, & tandem omnia ſupina biſyllaba Gothus quotidie, hæc duo ambigue: quod ab alijs omiſſum eſt. ſulpitius autem putat, quando breuiatur: vt apud Mar tialem figurate poni. ego vero naturalius breuiari edo ceo. nam ſi Quintiliano credimus, dicitur quaſi quota, & die & quotus primam corripit ſyllabam. producito etiam ſi bina præit conſonas: vt ſcotus, ſcotia apud ſido nium: Clotho. hinc tollito, crotalum, Croton, proteron, crotopus, proteruus. a ſulpitio Protogenes, & Proto-tomus excipiuntur; ego vero ſemper longari inuenio. de dictione, protos, vide in. ij. Epogra. vbi de compoſitio ne fit mentio. Mart. in Apo. Qui venit botulus medio t, t, ſ. Virgil. Fama ſuper æthera notus. ex hoc aduerte. fœde Mancinellum lapſitaſſe in hoc Horatiano: Illam cogit amor Nothi. eſt autem carmen Glyconicum: vbi Nothi, genitiuus eſt nominis proprij & ille, noti, id-eſt cogniti interpretatur, contra ſtructum ſyllabarium Ouid. Et equatica lotos. Idem. ij. Remed. Illo lotopha-gus ideſt ſ, i, a, Mart. Nam quoties ſurgis ſoteria p, a, Palad. xiij. Dotat & ignotum c, a, d. Lucan. vi. teloſq; et dotiō ira. et ſic Lucanus ponere debuerat. vt ſuperius diximus. Mar. 6. Periclitatur capite Sotades noſter, ubi te ſo, Iābus eſt. ſic apud Terentianū inuenies. Ouid. Cym bala cū crotalis p, a, d. Idē: Et in hoſpita tecta Crotonis Stat. 1. Th. Tecta aut opulēta Crotopi. Iuuen. Protoge-nes aliquis u, d, a, e. Colu. xi. Et iam protonomos t, d, c.

Franc. Nigri error.

Aliorum incuria.

Sulpitij error.

Quotidie vnde.

Sulpitius fallitur.

Mancinelli error.

Horatij locus.

O Super V, breuis eſt: vt Ouidius, ouis, in nominatiuo pro pecude, voueo. Demito, voui, præteritum, & ab eo venientia: vt voueram, vouerim, vouero, vouiſſem, vouiſſe, & noui. ſimiliter ouum, prouincia, prouidus, prouoco, prouoluo, prouenio, & alia ſimilia compoſita. Mart. Quinte Caledonios. Ouid. viſure Britannos. Iuuen. Tu vitrix prouincia ploras.

De V, in primis ſyllabis. Cap. 15.

V Ante B, curtatur, vt iubar, lubricus, lubrico. & ſi muta, & liquida ſequentibus longari poſſent, ſed natura breuiantur. Demitto, ſubula ſubulo, glubo, iubilum, tuber generis neutri: ſuber vber, vbertas, pubet, pubertas, pubes, rubigus, rubigo, ambigue ponitur. producito etiam ſi b, vel n, preit: vt bubo, nubo, bubaſtis. demito, bubulcus, & hæc compoſia, innuba, pronuba. Mart. Q, t, i, t, ſubula ſicca rapi. Auſon. Lucilij vatis ſubulo, pullo, premo. & ſic legitur in omnibus Codicibus: tamen legerem ſubulo pullipremo, quaſi præmens pullos. i. pueros, Auſonius Deglubit, feliat m, p, u, c, Sil. xiiij. E, l, ſ. audiuit iubila Cyclops. Iuuenal. Poſt hunc raduntur tubera ſi ver. ſi vero maſc. gen. breuiatur. Mart. N, t, d, tuberes, & apirina r. Perſ. Et grandi ſubere coctum. Rubigo tantum longari ſcribit Sulpitius, qui apud Martialem legitur: Nimiaq; erugine, non rubigine, immo poni ambigue in. vi. referam.

Auſonij locus.

Tubera. Tuberes.

Sulpitius fallitur. Aliorum incuria.

V Super C, longatur: vt tucetum, fucor, fucus, tamen inuenio ambigue poni, quod alij ante me minime annotarunt. Deme, lucrum, lucellũ, Lucumo, ſucerda, lucerna, obliquos a dux ducis, duco, ducas, vnde educo: ducentũ Lucrinus, lucrum hæc duo indifferentia: ſic & luceres: quod alij minime viderunt.

Corri-

Corripito quoque ſi c, præit, vel n, vel r, vt nucis, cucuma, crucis. hinc demito Nuceria, cucurio, cucubo, bruchus. Horat. in Epod. Stercore fucatus crocodilli, iamque ſubando. Auſon. ſamij Lucumonis acumen. Lucil. xxx. Hic in ſtercore humi, ſapuliſq; fimo, atque ſucerdis. Virgil. Quos educat Vfens. Martia. Extruxit cucumam, fecit. Otacilius Sil. viij. Illic Nuceria, & Gaurus n, a, Ouid. Cucurire ſolet gallus. Idem: n, l, cucubat in tenebris. Prudent in amart. Gemmantia germina brucus. Aliorum incuria.

VPræ D, longatione gaudet: vt trudo: cudo, non autem breuiatur: vt præcipit Franciſcus Niger. Demuntur, tuders, rudis, ſtudeo, ſtudiū, rudimentum, rudio, ruder, rudiæ: rudis, virga: rudinus, ſudes, pro ſtipite, pudet: pudor, pudicus, puditicia, rudo ambigue: ſic a tudi in præterito cōpoſita: vt in. vi. leges Virgi. Detrudūt naues ſcopulo l, i, t, vnde miror legi v. Aenei. Ferrataſq; trudes, & a, c, c, legito: Ferrataſq; ſudes, & ibidem Chriſtophori Landini errorem ſcias, trudes, a trudo trudis legentis. ex quo etiam male allegauit Philippus Beroaldus Cōmentario in Apul. ij. Sil. iiij. celſo de colletudertem. Ouid. pri. Articu. Tale rudimentum. t, n, ſ, n, d, Virgil. Fremituq; virum, ſtudiſq; fauentum delirat Vgutio ille inter triuiales ineruditus, dicens, ſtudet, in prima longari Auſon. Vnde Rudinus ait d, d, a, c. & ſcito ibi Auſonium intelligere de Ennio qui fuit ex Rudijs. Iuuenal. accepta rude cæpiſſet u, u, Virgi. Agitur ſudibusúe præuſtis. Ouid. Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Franci. Nigri error. Virgil. emaculatus. Criſtophori Landini error. Philip. Beroaldus. malle allegat. Vgutionis error. Auſonij locus.

VPoſt F, longatur: Vfens. Demito, rufæ. Virg. In mare conditur Vfens. Idem: Quique rufas botulumque t, a, a, c, alij. hoc omiſerunt. Alij omittunt.

Mugil. Mugilis.

V Subſequente G, producitur: vt mugil, vel mugilis, vtroq; enim modo in nominatiuo dicitur, mugio. Demantur, rugio, tugurium, & ſi p, vel i, vel f, præit: vt pugil: quanquam Prudent longat in. vi. legito: iugum, fugio. Demito hinc pugio, iuger iugis: ideſt perpetuus, & iugiter: fugi præteritum, & ab eius preterito venientia: vt fugeram, fugiſſem, fugero fugerim, fugiſſe: pugilar, hoc nomē ambigue. quod nō vidit Sulpitius cū alijs, ſic iugulans, & bugloſſa. Ouid. in Phili. T, i, rancant, rugiuntq; leones. Virgi. Pauperis & tuguri congeſtū c, c. Sidon Sparta teraneo pugilē cum gymnade pinguem. Mart. in Apo. pugio quem curius ſ, o, u. Tibul. pri. Iugera magna ſolit. Auſoni. Iugitet, acciri celebranda a, ſ, u. ex quo liquet ſedulium errori obnoxium, dicentem: Hoc iugibus votis, hoc noctē, dieque præcemur, ergo melius legas, Iugibus hoc votis. ſed quia diximus, pugil breuiari, non mireris, Prudent. in. ij. contra ſymac: dixiſſe vnctis pugillibus miles pugnabat Ethruſcus. nā aliter non poſſet ſtare in exametro. Licet aliquando vti figura: cum vna dictio ſit inidonea, vt verſui interſeratur: ſed raro. & hoc Quintianus, niſi impulſus, haud fecerit.

Sulpitij & aliorum incuria.

Sedulij error vel emaculatio Prudētius excuſatur.

V Super L, corripitur: vt culex. Demantur, Pulidamas, vligorbulimeon, thule, Iulius, Iulianus: Pullulo, licet poſitione, apud Columel. Dulichius, culus, culeus, puleium, pulex, hoc nomen indifferens: ſic & vlulo. Producito etiam ſi g, vel f, vel m, præit u, vt fuligo, gulio, mulus. Hinc demitto gula, mulier, muliebris. fulica ab aliquibus, & vix ab omnibus demitur. & ab aliquibus coætaneis meis corripitur quod etiam Virgilius in Georgi. facit, ego vero quid ſentio proferam. nam cum a fulgine veniat, fulicam, in pri

ma

ma elongari poſſe dicerem, nixus vel Furij Antiatis, carmine: vt ex Aulo Gellio nouimus, dicentis: Vt fulica leuis volitat ſuper ęthera claſſis. & ſic leges apud Gellium, libro decimo octauo. cap. xi. adito codicem Gellij, vbi non ita legi videris. alij tamen legunt. Vt fuligo leuis. ſed id abſque ſcropulo legeretur, niſi primam dictionem ab omnibus approbari viderem ſi placebit lector, poteris potius cum Virgilio errare, quàm mecum bene loqui. Martialis: Accipe facundi Culicem. eſt. n. Maronis opus, in quo paſtorem mordens Culex interficitur, non autem ibi pro paſtore Culex ponitur: vt ineruditè Iunianus ſcribit. ſuper hoc Angelus nõ tacuit Politianus. nos in noſtris Dubitationibus plura. Priſcianus: Bulimeon pariter p, l, c. Claudi. Pictonum ſanguine Thule. & dicitur etiam Thyle. nam y, aliquando in u, mutatur. Nec audiendus eſt Tortellius, dicens: Tilen, dici a τηλόθεν. ideſt longe. quod ſi ita eſſet, Tele, diceretur quod nuſquam inuenies. Virgilius Georgicorum ſecundo: Dulciq; vligine lęta. Aliqui tamen ambigue reperiti ſcribunt. Virgilius Dulichias vexaſſe rates. Iuuenalis ſati. Non vnus ſerpens, non culeus vnus. Seren. Puleiumúe potens u, ſ, a, l.

Fulica vel Culex carmē ex Gellio eſt maculatū.

Culex Maronianus. Iuniani error.

Tortelli error.

Sumo ſimplici m, ſcribitur.

V *Antecedens M, longatur: vt iumentum, ſumo per m, ſimplex: non, ſummo, dicas per m, duplex.* Excipiuntur, *Rumex, Rumulus: Rumus, nomen proprium: rumis: ideſt mãma: vnde irrumo. quod verbum Georgius Merula, a rima i, in u, mutata dicit. cur id dicat, ipſe viderit. ſumus, crumena humus, humilis, humerus, & ſi prę ſit e, q, vel t, vt, cumulus, Numantia, tumulus, hinc tollito, Cume, Cumanus, numen, numus. Iuuenalis. Sed iumẽta vocant l, ſ, i, e, e, & non deduci a iuuo, vt vult, Sulpitius, ſed a iugando:*

Geor. Merula nõ admittitur.

Iumentum vnde.

gando: vt varro, & Marcellus, teſtantur, Neſtor ſcribit, ſed & Sulpitius Columellę, & Lactantij auctoritate nititur. Lucil. Tum ſpara, tum rumices p, t, p, & quia dixi, Rumulum, & Rumen, breuiari: ſcito Rumulum, ideſt Romulum: & Rumen: ideſt Remum dictos Ethruſcis vocabulis, ab euentu: vt ait Sempronius in Italiæ diuiſione: eo quòd mammam ſuggerent lupæ. vnde non immerito, Remus, breuiatur, nomen proprium. Romulus, ideo longatur: quia a Roma, non autem a Romulo Roma dicta eſt: vt ait ille. Et ſcias etiam Romum quendam regnaſſe apud Celtas, Manæthone Aegyptio teſte. Iuuen. Quis enim te deficiente crumena. Idem: Quod ſedem ponere Cumis Deſtinet.

Sulpitius defenſus. Neſtoris incuria. Aliquorū error. Romulus. Rumis. Romulus. Roma.

V Super N, longatione vtitur: vt prunum. iunior, & non venit a iuuene: vt Priſcia. teſtatur ſed (teſte Cornut.) a iune. iunis enim minor iuuene dicitur: vnde iunior: ideo producitur: ex hoc iunix iunicis dicitur, ſi quidem, Iunices, ætate viridiores vaccæ ſunt. Perſ. Saty. ij. Iunicum omenta liqueſcant. Excipito, druna, cuniculus, cuneus, cuneatus, tunica. vnde fallitur Maturantius, tantum duo corripi ſcribens Iuuena. Quo pruna, & coctana vento. Auſon. Te druna, te ſparſis i, d, r. Mart. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Ouid. E, c, venit tunica vellata recincta, Auſon. Cuneati forma theatri.

Priſcianū non teneo Iunior vñ. Iunices. Maturantius fallitur.

V Præ P, breuis eſt: ut lupercus. Demitto, vpilio, bupalus, ſuparus, vel ſuparum: Supiter, quāuis ſit poſitio: ſtupa, cupa. Longato etiam ſi n, p, r, prꝑunt: vt nuper, rupus, ſcrupus, ſcrupeus, pupilius pupula. Hinc demito, pupugi, ſcrupulū, ſtuprū, cupreſſus, hæc tria ambigue ponuntur. ſic & pupa, indifferenter poni innuit Plautius Perſii interpres: allegans illud Auſonia-

Plautius fallitur.

Auſonianum: Vincis alumna pupas, cuius quantus ſit error, in .vi. legito Epogra. vbi de pupa fit mētio. Iuue. Agili præbere luperco. Politia. in Nutr. Bupalon, & ſtratum morſu l, a, Politiano tantum fidei adhibeo, quantum alicui circa ſyllabas, quo nil melius: elegantiusq; nilúe ornatius inuenies. Lucan. Supara nudatos, cingunt a, l, Stupa, quia a ſtipando. Lucil. Namq; ratem vacuæ ſupereminet vndiq; cupæ. ceſi aliqui duplici p, ſcribunt. Nicolaus Homeri interpres: hunc nanq; allego. non vt pedamentum, ſed quia conſeruat regulā, quam diximus in .ij. Epogra. ait enim: Aurea molliculā pupugit mala fibula veſtem.

Politianū in ſyllabis admitto.

V Super R, longari optat: vt cura, prurio: Turias fluuius, apud Claudianum. Demito, Curius: Cures, populi: Turios n, p, muria, murinus: Turis n, p, nurus, durauus, ſpurius furio, furiæ furioſus, furibundus: Durius, fluuius, curulis: Curetes, hoc nomen indifferenter, ſic & Furius. Ticida: Lydia doctorum maxima cura liber. Iuue. Qui Curios ſimulāt e, b, u. Virg. R, t, q, ſeni, curibusq; ſeueris. Horat. Grande malum Turius ſ, q, ſ, c. Idem: Q, p, n, mero, muriaq; decebit. Mart. Campis diues Apollo de muris. ſuper qua dictione non tacuit Domitius Cald. in calce cōment. in Martialem. Sil. vij. Inde ruens, Turin, & Buten, & m, & a. Auſon. Concedat gelido duraui de m, u. Idem: Q uique notas ſpurij verſibus appoſuit. Iuuena. Sellas ſpectare curules. Sil. pri. Pactole tibi, Duriuſq;, Tagusque.

V Præcedens S, longatur: vt puſio ſic puſus puſa. nam ita dicebant antiqui pro puero, & puella: ſic muſerda, ſi Pompeio credimus. Excipimus vſurro, ſuſurrus, Suſanna, puſillus la, lum, fruſino, Buſiris, hoc nomen eſt ambiguum: quod non viderunt Maturan-

Puſus Puſa. Maſmāit

& Vallæ incuria. turantius:& Valla ſiculus. Iuue. Puſio, qui noctu n, l, e, a, t. Virg. ſuadebit inire ſuſurro. Claud. Sic l, d, u, ſancta Suſanna ſuas. Iuuena. Aut ſrabateriæ domus, aut fruſione paretur.

A. Nonio, Marcel. diſſentio. Luteſco. VT Poſt ſequẽte T, in biſyllabis producitur: vt ſcruta, Pluto, nuto nutas. Demito, rutrum, & rutellum, diminutiuum a quo venit nec a radendo venire crediderim, vt vult Marcellus, ſed a ruendo, rutum, dixerim: vel ſuffragantibus Pompeio, Varroneq́; . puto putas, putatum, puta, aduerbium: vti, aduerbium: cutis frutex, & ab eo venientia: vter, vtra, lutum, pro fimo, vnde luteſco. Furius Antias, vt ex Gellio, lib. xviij. cap. xi. nouimus: Sanguine diluditur tellus, caua: terra luteſcit: putor putoris: Suthul, vrbs:

Suthul. Muthul. Muthul flumen, ab vno breuiantur. quibus dictionibus vtitur Saluſtius in Iugurt. putris, & muto, pro Priapo, hæc duo ambigue. quod debuiſſent annotare, Neſtor, & alij. ſic ambigue ponito vtrunq; vtraq́;, vter vtris. ab aliquibus lõgatur ego vero corripere͂, quãdo vterus breuietur. In pluriſyllabis vero breuiatur vt Mutina, vterus, non aũt elõgatur: vt vult Franciſ. Niger. Demitto mutinũ: vt ĩ Priap. legitur: Tutia, riuus, brutius, tia tiũ luteus, Mutius, ſutilis, luteolus, lutius, mutuus tua tuũ, mutuo, mutio, muteo, mutito. i. mutua ago, vt in Attei Capitonis legitur Commentarijs, puteo, putidus, putidulus mutuo, verbũ: glutin: futilis, futio, tutela vtilis, vtebar, Iuturna, buteo: buteoli, vicus: putreo naturaliter breuiatur contra Sulpitium, non longatur: Rutilius putridus, putreſco, gluten, glutinor, glutinum, ambigua ſunt. quæ omnia, qui ante me ſcripſere, nõ viderunt, Strutius, apud Græcos omnino longatur, qui ſcribitur per ου. Hora vendentem ſcruta propello. & eſt di

Neſteris. incuria.

Franci. Nigri error.

Sulpitio aduerſor. Alij prætermiſe- runt.

Scruta.

ctio

ctio non diffuſilis apud latinos, teſte Poli. ſunt, autẽ ſcruta, res viles: & omnia vilia ſcruta poſſent appellitari, vnde ſcrutarius ria rium.i.uilis. & ſcrutariam dicimus rem paruipendendam. Ex hoc obiter ſuboritur Apulei locus Metamorpho.iij. Et aniles cellulas reptãtes ſcrutariam facitis. vbi facere ſcrutariam, eſt vilia inquirere et nullius pratij. Quod ĩ ſcholaſtico ſuggeſtu, publice multis audientibus plauſibiliter enarraui. vbi quid dicat Philippus Beroaldus nec laudo nec admitto. Ennius, belli victoria nutat. Animaduertas Silij Codices eſſe emaculandos in primo: Scandit in aduerſum, per ſaxa nutantia nixu. carmen nanq; proculdubio claudicat. legas tu: Per ſaxa natantia nixu: vel potius. Micantia. Marſus interpres & ipſe decipitur. Nutantia, legens, & interpretans. Lucil. Sat. iiij. Frumentarius eſt modium ſecum, atque rutellum, putus ta, tum, (ſi Gellio credimus) omnino breuiatur quia a putando dicitur, & non à valde purum, vt perperam ſenſit Alphenus Iuriſconſultus. legito noctes atticas, lib. vi. ca. v. Vnde eorum penitus non admittenda opinio eſt, qui legunt illud Iuuenalis Saty. x. Pauca licet portes argẽti vaſcula puti: ideſt puri, non aduertens claudicantem verſum. ideo legendum eſt: Vaſcula puri, vt ubiq; legitur. Iuuenal. Compoſitiq; luto nullos h, p. Et non te moueat illud eiuſdẽ Poetæ Sat. vi. Dũ redit, & terram luto ferit inteſtino: carmen autem eſt mendoſum: quod in ſtaurabis ita: Dum redijt, terramq; luto ferit inteſtino. Stat. Sil. iiij. Deterges ſterilis ſoli putorem. quanquã puteo (vt diximus) longatur. Virgil. Cauas vteri et tentare latebras, hic aduerte: quia in, vteri dictionem incidimus apud Gellium lib. iij. ca. iij. legi carmẽ Plauti mendoſum. carmen hoc eſt eſurientis Paraſiti: Nã me

Scrutarius Apulei locus.

Philipp. Beroal. non admitto.

Sylius emaculat.

Marſus fallitur.

Putus ta tum.

Alpheni iuriſc. error.

Iuuenalis defenſus. Aliquorũ error.

Iuuenal. emaculatus.

Ex Gellio Plauti locus.

me puero vetus erat ſolarium. vbi non legendum vetus: ſed vterus, vel poſito pignore diſputauerim, quod ſententiæ nimirum congruit. Stat. Sil. Brutia ſicanium circunſpicit ora Pelorum Virgil. Mollia luteola pingit u, c, ex hoc miror Iuuenal. Sat. x. Incude, & loteo, Volcano ad r, m, dixiſſe, niſi fiat ſinæreſis Ouid. Et mutua vulnera ſenſit. Riſu quatior, cum ſyllabographus. Valla ſiculus de ſyllabis præcipiat errauit in hoc ſapphico. Iura permittunt mutuo naturæ: vbi quoque perperam in Naturæ, primam corripui. Perſ. Men mutire nephas. Horat. Putet aper, rhombusq́; r, licet putor breuietur, vt vidimus. Iuuenalis: Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus. Horat. Effutire leues l, i, t, u. Ouidius Circa iuturnæ compoſuere lacus. Ouid. in Phil. Buteo bubit aquis I, de m: Puteleosq́; ſinus.

Iuuenalis miror: Vallę ſiculi error duplex.

V Ante V, breuiatur: vt fluuius, pluuia. Demito, vua, vuidus. Et ſic tandem, diuino annuente numine, hanc tertiam perfecimus Epographiam. Phineus detrahat quantum velit, non poterit quin quarta, exeat. Exi quarta placebis ſcio, iam te omnes expoſcunt tyronculi. Hęc eſt intende lector.

EPOGRAPHIÆ III. FINIS.

IOAN.

IOAN· FRANCISCI QVINTIANI STOAE POETAE LAVREATI,

De ſyllabarum quantitate, Epographia. IIII.

PROOEMIVM.

C*OCITARVM humaniſſimi literarum cultores, ac pollineæ, ſectatores Academiæ, auſpicijs noſtris vmbilicum apponere, & abſque latratorum nihilipendenda rabie, ac ſine lauernarum obtuſis aculeis coronydem attingere. Sed præter opinionem noſtram aliqui nõ defuerũt nugiuenduli: qui ſtimulante liuore, lancinantique cordolio exciti in tenebris exputant me. ſ. in hoc ſcribendi negocio inſudare: vt cæteris antiſtare videar: conſuetum rati aliquos doctoribus reclamare: vt nomen adipiſcantur famigeratius. Proh ſupremum nephas? quid diſſeminant? quid implanant? quid leuiora floccis diſpergunt? hoc exantlauerim: vt aliorum refutem ſententias, & apud omnes ſim plauſibilior? id non me (vt in operis dixi Veſtibulo) impellit, non ſtimulat. Quis enim eſt tam inſanus, & merace indigens anticyræ: qui doctis detrahendo ſe doctum appellitari perſuadeat?*

Sciant

Sciant velim hi alieni nominis turpatores, alienarum vigiliarum hamiotę, enotaſſe hoc, noſtrum fuiſſe inſtitutum, eruditorum enotaſſe labeculas: non vt eorū candidum offuſcarem ingenium: ſed vt eorum deuio itinere in camœnali pœnario veritatis excuſſor fierem: quod legentes proculdubio aſſeuerabunt. Inuidia, vt oblatrent cogit. Parco. Non eis parcunt tamen intercutanei, & medulitus circunfuſi ſuſpiritus, & intima tormenta: quæ cæteri patiuntur inuidi, inſurgant gaudeo, diſpereant lętor. Nam (vt ait Ingenioſus Naſo) Summa petit liuor. Si eſſem diobolaris, ac ſellularius Iuuenis, abeſſent inuidi: ſed quia (citra iactantiam) inter literarū milites, annumeror, & feliciter audeam, non poſſunt quin ſpumoſis detrahant ſingultibus. Taceant pręcor, & quartam recto lumine rimentur Epograghiam: in qua, quo ad multijugam obſeruationem, & ad multiplicem frugem prioribus, nō tantum conferenda ſed & præponenda, viderint annotamenta, & Primo: quod modis mediæ cognoſcantur videamus ſyllabę.

Summa petit liuor.

Quod modis mediæ cognoſcuntur ſyllabæ. Cap. I.

Modi quot mediarum cognoſcendarum.

MEdiarum ſyllabarum quantitatem omnes ſex cognoſci modis edocent: nos ſeptem enarrabimus. Exemplo. ſ. poſitione, Accentu, Vocali ante aliam, Regula, Diphtongo, & ſimplici, aut duplici ſimilium literarum coniunctione. Exemplo: vt ſi quantæ ſint mediæ in Matutinus, ignores, Ouidij cognoſces exēplo, Perſidaq;, & radijs iuga ſubdita matutinis: Poſitione. vt ſi ſequantur duæ vocalem conſonantes, tunc illa vocalis longatur vt lapillus: niſi muta ſequatur cum liquida: quia tunc ambigua eſt. vide latius in prima. Epogra. Accentu qui triplex eſt. Correptus:

Accentus tres.

correptus.

reptus:

reptus: qui Grauis dicitur, quoties penul. dictionis corripitur, vt dominus, productus, quem acutum nominamus, cũ penultima lõgatur vt natura. Et ſcitu dignũ eſt (teſte Seruio) cum in verbis i, breuis profertur, & cũ illud i, in medio in e conuertitur: illud e, breuiari: vt, legerem, legero: niſi ab m, vel b, & t, excipiatur: vt legebam, legetis. De circumflexo latius in noſtro de accentu Opuſculo dicemus. Vocali ante aliam: quia in latinis dictionibus corripitur, vt prȩtium, ſtudium: vt in ſecunda vidimus: & quæ demi oporteat. Hic non ab re fuerit denotare Franciſci Maturantij errorem alioqui eruditiſſi dicentis in Nemea, penultimam modo longari, modo breuiari: vt in platea: qui cum aliquibus nitatur exemplis ſponte aſcia ſua crus illidit proprium, illius exempla pono. Lucanus: Nemæi pectora monſtri. Mart. Non Maratho taurum Nemeȩ frondoſa leonẽ. Cogitat. n. apud Lucanum legi, Nemȩi, dictione triſyllaba: cum legatur, Nemæi, quadriſyllaba: quia adiectiuum eſt a Nemea. Illud vero Martialis ſubſtantiuum eſt, vbi etiam fallitur Pylades: ideo Nemea faciet Nemeæus. Vnde quid Chriſtophorus Landinus in ſimili dicat errore, ſcribendum exiſtimaui ait ille in. v. Aenei Comment. Tegea, penul. correpta, vrbs eſt. a Tegea, Tegȩus, Tegæum, deriuatiuum eſt, & penultima producitur quia diphtongum habet: vt Nemæa, a qua eſt Nemæus, Nemæa, Nemæũ, reſpice Landine, quod ais confundis: confuſa, perturbas. ſi verum quod dicis ergo Tegea, & Nemea ſubſtantiua, & Tegæus, Nemæus, adiectiua, indifferenti ponerentur prima ſyllaba audi, nec te pigeat: a Tegea & Nemea veniũt: Tegeus Nemæus quadriſyllabæ: & non (vt putas) triſyllabæ dictiones: quapropter te artis, expertem metricæ (ſic

Grauis. Acutus. Productus I, in e, verſum breuiatur. Regula pulchra. Maturãtij error. Lucanus a uitio defenſus. Nemea: Nemeæus Pyladis error. Landini error. Tegea. Tegæus. Landinus artis exps metrice.

enim te cognoui: cum etiam in Horatij comment. ſuper primo carmine in fine Odes.xxx. falſum adducis carmen) proculdubio crediderim: vbi & ſi Seruium, & in primo Geor. intellexiſſes, cum Maturantio in errorē decidiſſes nunquam. Regula cognoſcuntur: vt in.ij.tertia, & in iſta Epogra. Diphtongo longantur: vt Comœdia: tamen aliquando ſed raro ſequente vocali breuiantur: vt romphea. Simplici, aut duplici ſimilium literarum cōiunctione: vt cibele, cibelle: parnaſius, parnaſſius, Marcelianus, marcellianus: Porſena, Porſenna.

De A, in medijs ſyllabis. Cap. 2.

A *Ante B, corripimus: vt Arabus: Calabria, ambigue ponitur. Demito primę coniugationis præterita, & futura: vt amabam, amabo:*

Amabo aduerbiū. Priſciani regula. *Barabas: amabo, aduerbium: vocabulum: Atabulus, ventus: nomina in bundus, vt amabundus, teste in.ij. Priſciano, dicente: In bundus, ſi a prima coniugatione longatur, nomina ab alijs breuiantur coniugationibus, longato item nomina in bulum: vt tintinabulum: in bilis: vt amabilis: præter inſtabilis, inhabilis, & circundabilis.*

Vallæ error. *Virgi. vij. Hyrcanis ue, Arabiſque parant. vnde conſtat Vallam Siculum erraſſe longari dicentem niſi calcotyporum, chalcographorum ue euenerit cauſa. Martia. viij. Dic verum mihi Marce, dic amabo. Sedu. Tūc elegere Baraban. ſic & Iuuenc. iiij. P, d, p. legiq; Baraban. Marullus tamen inter Neotericos gemma dixit in fine Pentametri: Mulciber es Baraba. Horati. quæ ſunt in honore vocabula ſi volet vſus. Idem in ſer.*

Iuue. locus Dodoneæ pelues. *Oſtentare mihi quos torret Atabulus e, q, Iuuena. Tot pariter, pelues & tintinabula dicas. vbi alludit omnino ad Dodoneas pelues, quas fuiſſe circa iouis templi. parietes ſuperius diximus: vt ſiquis vnam, vel*

leui

leui tactu, contigerent, protinus omnes tinnitum redderent: vnde in loquaces prouerbium eſſe oſtendimus, et ſic non immerito ſatyricus loquacem mulierẽ taxãs, peluibus comparauit: vt late in annotationibus diximus.

A *Prçcedens C, breuis eſt: vt abacus, Trinacria, ambiguum eſt. Demas, Iacus, & non mirũ, eſt quia (teſte Euſtachio) vnum c, metri gratia interpoſitum eſt omnino longato, piſtacium, muſtacium, ſolopachium. nouacula, opaco opacas: Pediacia n, p, emacus cloaca, ſyracuſæ, ſyracuſius, meracus, paſtinaca portulaca tomacula, benacus, Phæacus. Phæacius. longato etiam in acus adiectiua: vt opacus, ſarracum, adiectiua in culus: vt vernaculus. in cula: vt fornacula. in aceus: vt betaceus, maſtaceus, in cundus: vt iracundus. in culum: vt ientaculum, vmbraculum. ſuper hoc non deſunt: qui Omnibonum lancinent: quod dixerit a, ante culum, in omnibus longari: cum Virgi. dixerit in. v. cumque gubernaculo liquidas proiecit in vndas. reuera aberraſſet Omnibonus, ſi ita legeretur. nã fit ſyncopa legitur nanq; gubernaclo, quadriſyllabũ, ſic etiam defendetur Ant. Nebriſ. dicens, gubernaculũ, longari. hoc facit: vt apud Proper. ſpectaclum, non ſpectaculum legas. in. vi. aſpice: vbi de ambiguis fit mentio. Producito etiam nomina in acis genitiuum, reddentia, vt mẽdacis, loquacis, & ab his venientia: vt mendacium fallcia, Hinc tollito, ſmilacis, candacis, dropacis ſtyracis, athacis, atracis, Pharnacis, liphacis, hoc nomen ambigue. Pallad. xiiij. ſubeunt piſtacia ramos. Iuuena. Cænam & muſtacia perdas. Catul. Dij magni ſolapachium diſertum: tamen legas, ſolopichium, vt multi faciunt dicitur autem ab ὁλοσ totus, & πηχισ non πάπισ brachium. Aliqui etiam contendunt ſolopugiũ,*

Omnibonus defenditur.

Anto. Nebriſ. defenditur.

Catul. locus.

Solopichium.

Aliqui decipiuntur.

legi: vt Hermol.caſt.viij.cap. xxix. Tāmen, non annuente ſyllabarum menſu, decipi, crediderim. Mart. Cum tuta nouacula theca. Horat. Fragilis pediacia ſ, q, Stat. ſyl. ij. Reditus emacus vlyſſis. Macer: Et paſtinacæ virtus i,ſ, t, Stat. ſyl. primo. Et maſtaceus, & latente palma. Mac. A, g, quæ portulaca latine. Iuue. Diuina tomacula porci. Idem: Tardi ſarraca Būotæ. Ouid. iiij. Metamor. Et c, i, p, verſum cum ſmilace flores. vbi, ſmilace, eſt triſyllaba. & non ſimilace, quadriſyllaba legendum eſt contra Tortelliū, Neſtoremq;. Auſon. L, q, c, leuas tibi Dropace cauſa eſt. Seren. Aut ſtyracem tornes a, d, u, a. Stat. pri. Th. Atracia rubet arte labor. Lucan. ij. Nec Pharnacis arma relinquas.

Tortellij, & Neſtoris error.

A Super D, cicada producit. Alia corripiunt vt cycladis, quod dicat ſulpitius, Achademiam in ſecunda longari apud Callimachum noſtri tēporis vatem egregium non teneas. nam ſemper breuiatur: quod Callimachus ille non diffiteretur, quanquam ipſe longauerit quem id feciſſe miror. Iuuena. S, q, p, p, cui vix in Cyclada mitti. vbi Georgius Valla neſcio quid puerile, & infantiſſimum ſcribit. putat enim legi, Cyclade. eadē, ablatiuus, & Troades, ambigue ponito.

Sulpitius non admittitur. Calimachū miror

Georgij Vallæ error.

A Ante F, breuis eſt, vt colaphus. Iuuenal. Nos colaphum incutimus l, c, ſ.

A Ante G, productione gaudet: vt ſuffragor, & ab eo ſuffragium: indago, nomen, & verbū: andrago ſecundum aliquos, longatur: quos cū breuiari contendam, minime ſequor. Excipe a phagus compoſita, & a vagus, vt lotophaghus noctiuagus, & quę à græco: vt Ampſagoras, Pythagoras, Anaxagoras Maſſagetæ, Anaglypha, Atagena, Phenagore, Synagoga,

goga, aſtiages mandragora, indagus ga gum, naufragus, & ſimilia. compoſita a frango ſecundum aliquos: vt lubrifragium, ſuffragium, crurifragium, coxifragiũ, lalage, pantagia, & nomina ſecundæ inflexionis: vt aſparagus: pedagogus, contra Sulpitium, longari dicẽtem: Paphlagones, vertagus, onager, podager, aruiragus, agragas, hoc nomen indifferens: quod alij nõ videre, ſic podagra, & chiragra. Ouid. Tu ſuffragare rogatos. Idem. ij. Pon. Grata quidem hæc ſunt hæc animo ſuffragia noſtro. Mart. Ionicarum guſtus atagenarum. in quo ſcazonte, tage, iambus eſt. Priſc. Poſtquam Phęnagoren, Hermonaßaq; u, Sedul. Diſcedat ſynagoga, ſuo f, c. Ouid. Metamor. v. Dum ſtupes aſtiages n, t, e. Mart. Capel. G, m, g, quodq; indaga veri. Ouid. Naufraga pupis ęqua. ita obiter, vt Virgilij emendes carmen in. iij. admonuerim. C, q, a, & naufragium Scylaceum: legas tu nauifragum Et non mireris, cur ſcylaceum, breuietur: cum (ſi Seruio credimus) à ſcyla deueniat. qm̃ multa id genus inſuperioribus recenſuimus, & quia diximus, a frango cõpoſita, breuiari, referã carmẽ cui alij innituntur. Ouidi. Quid niſi ſuffragiũ nimbos vitãtibus eſſem. Ideſt in opere, cui titulus eſt de Nuce, quod falſo tribuitur Ouidio. An id recipias lector paruifacio. Ouid. Faſt. 4. Megareaq; Pantagiãq;. Mart. Crinitę Line pedagoge turbę. Interpres. Str. xij. Paphlagonesq; ferox. d, i, a, p. Mart. Venatur Vertagus acer. Idẽ: Dum tener eſt onager ſ, q, l, m. Claud. A, n, p, ſtare puta podager. Iuue. Et de temone Britanno Excidet aruiragus. Sil. xij. In bella Hampſagoras Tyrios r, u.

Sulpitij error. Aliorum incuria.

Virg. emaculatus.

A *Ante L, breuiationem capit: vt tantalus: abeſalom: quod cum m, in fine Neſtor, non (vt aliqui) abſalon, triſyllabum legit. quod nomen longat ſulpitius,*

Abeſalom nõ abſalõ.

Aliquorū error. *tius, cui adhærebo ſi exemplis comprobet. Demitto, ſardanapalus, ſandalia, Omphale ſtymphalus, Cephalonia, Cephalones : Caramalus, apud ſidonium: aqualiculus, exhalo, las. nomina propria, & adiectiua in nominatiuo in alis terminantia, & in ale: vt Martialis, ambaruale, trabalis, penetralis: heteroclita in alia: vt magalia, mapalia. obliqua à nominibus in al neutris, vt animalis, ſi vero aliter, breuiantur: vt Aſtrubalis, Hannibalis tamen, vt habemus apud Gellium lib. iiij. cap. vij. Probus ille hæc nomina in al, barbara, in obliquis, ita proferebat: vt in penultima haberent accētum. Ennius: Qui propter Annibalis copias conſiderant. eſt autem tetrametrum carmen iambicum Brachicatalecticum in quo, niba, iambus eſt, vltimam longam continens: non autem ſpondeus eſt: vt vitioſe dixit Anto. Nebriſſenſis. ſed alias latius dicemus: Pharſaliæ, hoc nomen ambiguum, & atalante, italia, ſtimphalides, coralium. quæ omnia non videre qui ante me ſcripſerunt. vnus tamen Aldus dixit, ſtymphalidas, tantum longari: cui ne hæreas. in. vi, legito Epograph. Ouid. in ibin: Quem finem vitæ ſardanapalus habet. Virg. in obitu Mecœn. quod opus Cornelio tribuitur: A, t, etiam ſandalia talos. Proper. iij. Omphale in tantum f, p, h. Ouid. Metamor. ix. Veſtrum ſtymphalides vndæ, Seneca in Troa Greſſus nephandos Dux Cæphalonum admonet. vbi. Cepha. Iambus eſt vltima gaudens longa. Perſ. Pinguis aqualiculus p, ſ, e. Virg. Aeternumq; aditis effer penetralibus ignem. Hic non abſonum erit a Iano diſſentire Parrhaſio, ſcribente æternum ignem, dici propter penates: ego vero de Veſta intelligēdum exiſtimo. Et ne ariolari videar, legito Ouid. vlti. Metamor. Obuia turba ruit quæq; ignes Troica ſeruat Veſta tuos. ſed latius*

Margin notes: Sulpitio. nō hæreo. — Hānibalis penul. longa. — Antonij Nebriſ. error. — Aliorum incuria. — Aldo non hæreo. — Virgilij locus. — A. Parrhaſio diſſenſio.

latius in dubitationibus diximus.

A *Ante M, breuis eſt: vt calamus. Demito, ſyridame, tymama, examino, cõtamino, dictamus nomina in mentum: vt armamentum. in men: vt examen. nomina barbara ad latinam declinationem venientia: vt Adamus, Abrahamus. verba primæ coniugationis in præſenti. & præterito indicatiui: vt amamus, amabamus: niſi in compoſitis a, damus, duntaxat in præſenti: vt circundamus. producito etiã omnia verba cuiuſcunque coniugationis in quolibet modo propter crementum. vt doceamus, audiebamus. Horat. Tu ne ſyridame, aut d, aut ſ, a. Mart. primo: Vilis contaminat vnco. Virg. Dictamum genitrix d, c, a, t. Iuuena. Quicquid habent telorum armamentaria cœli, vnde neſcio qua ratione motus Aratus, dixerit. ij. Calciamenta pedum dignus n, ſ, i, niſi forte fiat ſyneresis. Pulchra regula de nominibus in mentum inferius eſt. vbi de u, ante m, fiet mentio Claud. in Rap. Pro I, c, credas examina fundi: vbi interpres Ianus perperam interpretatur: putat nanque fundi genitiui eſſe caſus, cum ſit infinitiuus a fundor funderis.*

Aratus qua ratione motus ignoro. Iano Parrha. reclamo. Claudiani locus.

A *Ante N, corripitur: vt balanus, Emanuel, Taprobane, extraneus: vt in Priap. legitur: tamẽ apud aliquos inuenio longari. Demantur, uomanus, Aliphanus, Meuania, alanus, Patalane, Carmanus: Elanus, carmanis, Dianas, Diana, Pænites, Amanum, Afranius, Bianor, & ſimilia: vt Alcanor, euaneſco, euanui, Volanerius, Meſana, Tigranes, aranea, araneolus, Lucania, Lemanus, Garganus, Aquitanus, Aquitania, Vulcanus, miſcellanea, gauranum, nomina in anus præcedente i, litera. vt Quintianus, oppianus. producito item deriuata: vt montanus, lupanar, Bacchana-*

chanalia. gentilia: vt Romanus, Brixianus, adiectiua tertiæ declina. vt inanis. ſecundæ: vt paganus excipito ea quæ a breuibus veniunt: vt Dardanius quia a Dardano longato quoque obliquos a nominibus in an Græcis: vt Titanis. Cyane, & ſicanus ambigua ſunt hæc duo ſic & Cyaneæ: quod alij non viderunt. Auſo. Florum ſpirat odor balani c, m, h, t, ſic errorem Alexandri noſcas, longari præcipientis: immo breuiatur & deriuatiuum: Perſ. T, q, maxillis balanatum gauſape pectis, Prudent. in Apoth. Edidit Emanuelque meum c, f. Ouid. pri. Pont. Aut ubi Taprobanem Indica tingit aqua. Sil. viij. ſlatq; humectata meuano. Idem. xij. Hinc Aliſanus Iaccho. Stat. ſyl. primo: Vacuit Meuaniæ ualles. Priſc. Et martia pectora alani. Idem: D, c, Patalane cingitur unda non deſunt, qui & Patalene, legunt Idem Carmaui ſolis ab ortu. Idem, ſi poſt carmanida ſumam; Idem: Dianas fons, eſt c, c, u. Idem: Quam Pæanitem perhibent. Lucan. Populus non cultor Amani. Idem. iiij. Caſtris Afranius iſtis. Horati. Scurra Volanerius poſtquã illi. ſyl. xiiij. incumbẽs Meſana freto. Luca. Tygranemq; meum. Virgi. ut quoque araneoli. quæ dictio ſubijcit mendum eſſe in ſidonij Codicibus, vbi ait: Archneola micat proprias conferre laborat. lege tu: Splendet arachneola, & proprias c, l, et coniunctione addita. quod Prius non animaduertit Baptiſta, alioqui ſedulitatis acerrimæ. Luca. Sic iuncta lemano. Idem. v. Exit Carganus in vndas. Auſon. Inter Aquitanas gentes. Iuuenal. Veniunt ad miſcellanea ludi. Mart. viij. Gaurana, & Coſmi t, m, a. Quintianus, & oppianus, apud Martialem longantur: Licet Politianus dixerit. Oppianus, diuesq; auro. Ex hoc Quintianus apud me breuiatur ſępius. Et quia in nomen

Aliorum incuria: Alexãdri error.

Sidonius emaculatus.

Bapt. Pius non animaduertit.

men noſtrũ incidi, quare inditũ fuerit explicabo. Nam dum olim aduleſcens ipſe in Muſarum penario, & Camœnalibus incumberem uigilijs (ita dante omnium rerum opifice) cæteris antiſtare viderer, multi non ſpernendæ eruditionis iuuenes ſynchroni meam lubenti limam animo ſubibant: utpote quem ſuorum aſſertorem carminum dicerent: & ut alluderent ad illud Martialis dictum, me Quintianum appellitarunt: quod nomen ſeruans augebo, & ſi primæ vos eiuſdem nominis non excellere opera noſtra demonſtrabunt: tamen illos me ſuum retinere nomen non pœnitebit. Fuere autem ante me plures. Quintiani: quos nec infelix poterit ruere, annorum ſeries: quos ſemper venerabitur poſteritas. Vnus fuit ille, quem Martialis aſſertorem ſuorum facit carminum. Alius fuit Afranius. Quintianus Piſonianæ coniurationis conſcius, vt ait Tacitus: quanquam falſo in Codicibus legatur, Quintilianus. Alius Pompei Quintiani mortem, lib. Epi. vij. deflet Plinius Quintianum proconſulem, & Quintianum Caputeum in quibuſdam reperiri epiſtolis, quæ perperam Quinto tribuuntur Curtio: quarum ſtilum non approbo, nedum ſuſpicio. hoc ſi quis rimatur, noſtrę proculdubio adhærebit opinioni. Alium prompti, atque audacis animi Quintianum nominat Herodianus hiſtoriographus. Alium Ap. Quintianum ſibi amicum in prima apolo. notat Apuleius. in Alium Quintianus Neronem ſcripſiſſe Satyram retulit Cornelius. Quintiano alij, Sidonius æternitatem condonauit. ab alio Quintiano Agatha virgo erumnas paſſa eſt, quem merito dediſſe pœnas autumo. Alius Quintianus martyr, vt fuit in ſanctorũ habemus Catalogo. Quintiani alius meminit Imperator Antonius Codice de inofficioſo taſtamento.

Quintianus quare cognomen meum.

Quintiani ante me plures.

Cor. Tacitus emaculatus.

Curtij nõ ſunt quæ tribuuntur Epiſt.

Alium

Alium Quintianum nominat Epitaphium quoddam Romę in diuę templo Crucis copiā fecit Andreas Alciatus Mediolanēſis vtranq; linguā eruditus, antiquitatum omnium fidiſſimus interpres, quod hoc eſt.

Andrea Alciatus.

ATTIAE QVINTAE TATTIVS PLEGON CONIVGI OPTIMAE, ET TATTIVS. T. F. PAL. QVINTIANVS ROMA PARENTIBVS INDVLGENTISSIMIS.

Aliū nominat marmor quodā Mediolani in Diui tēplo Nazarij, in Porta Romana, in propyleo, quod hoc eſt.

L. VIRGINIVS. L. F. O. V. F. ATTILIANVS. VI. VIR SIBI ET. L. VERGINIO MESSORI PATRI, ET VER VETLAE Q. F. ATTILIAE MATRI. M. DIDIO MARCELLO. L. VERGINIO QVINTIANO FRATRIB. VIRGINIAE SEMPHRONIAE, QVINTIAE SORORIB. SENTIALE, ET PAVLINAE VXORIB. ET CONGIO GILONI LIBERTIS. AED. M. VICTO. PRO CIRCO AEMIL.

Philobius

Dij faxint: vt idoneum viuam æuum (nam & ipſe ſum φιλοβιοσ. i. vitę cupidus) nec ego ipſe inter ſeculi obliteſcam tenebras: qui tertio & vigeſimo ętatis anno publico legendi & . xxiiij. Laureæ donatus ſum munere. Hęc annotaſſe volui: vt nulla ex parte hoc opus tibi lector diſpliceat.

Iſapis.

A *Super P, breuis eſt: vt ſandapila, ſatrapa, apud Sidonium. Demitto, Iſapis, Iapis, Iapix, Iapygia, iapidia, Neapolis, Meſapus, ſynapis, Cynapes*

napes, ſerapion, Anapis Priapus, licet aliqui poſitionē faciant, Terepaneus, & ſerapis, hæc duo ambigue. Lucan.ij. Et iunctus iſapis iſaurō. non autem, ſapis, vt inerudite omnes legunt: Ex hoc liquet Io. Bocatium erraſſe, lib. de fluminibus ſapis, ſcribentem. emaculabis ideo Plinium. lib.iij.cap.xiiij. vbi ait: Ab eo ſapis: cū legendum ſit: Ab eo iſapis. latius aſpicito Abstemiū lib.ij. Virgi.xij. Ante alios dilectus iapis. Horat. Præter iapyga. Virg.iij, Geor. Caſtella in tumulis, & iapidis arua timaui: vbi, iapygis, aliqui: alij lapidis perperam legunt. Stat. ſyl. iiij ſecreta Neapolis aras. Columell. xi. S, q, ſ, fletum factura ſinapis, Ouid. iiij. Pōt. & voluens ſaxa Cynapes. Idem.ij. Pont. Quaq; ſuis Cyanem miſcet Anapis aquis, ſed quia diximus. Terapneus, poni ambigue: non ab re fore duxi, ſi Aliquorū taxem contumaciam, dicentum, ſcribendum eſſe, teramneum, per m, non per p, iraſcor profecto, cum neſcientes minus curent. ego per p, ſcribendum aſſeuero, cum aliquando breuietur propter p, quæ litera eſt muta ſequente n, aliquando liquida. an velint hi m, inter mutas connumerari? quos potius inter literarum, oſtes annumerauerim.

Luca. emaculatus. Boccatij error. Pli. emaculatus. Virgil locus. Aliquorū opinio falſa. Terapneus. Aliquorū defectus.

A *Ante Q, breuiationi iūgitur: vt tanaquil. Excipito in ablatiuo compoſita: vt vtraq;, nequaquam. Claudi. Preſcia fatorum tanaquil rediēs q, p, u, hanc regulam aliqui omiſere.*

A *Ante R, corripitur: vt icarus, icarius. Demitto, tartarus, apud Claudi. Aaron, angario, Byzares: Caluaria, piſcis, & mons: vbi Chriſtus omnium rerum parens crucifixus eſt: prognariter, apud Ennium ſexto: vt pro Romano populo prognariter armis. Zodoara, Margaritum, Margarita, paranea, Balea-*

Baleares, Caphareus, Megarus, phalarica, thiara, mortarium. deriuata: vt ſcholaris, Appollinaris, auarus in rius, ria, rium: vt ſextarius aquarium, vicarius, temerarius, ſtlataria, carnalium, mulctarium, diarium. nomina in are: vt cocleare. denominatiua: vt auxiliare: verba in are, & ari: vt amare, dominari: niſi veniãt a do, vel daris: ut circũdare, peſſundari. Et quia in arius diximus produci, excipito, tenarius, quia a breui breuiato. obliquos: vt Cæſaris. demuntur calcaris, torcularis. Hic lector aduerte in hac regula ad vnguem non poſſe cognoſci ſyllabas: vt exemplis. Ideo ſi omnia nõ cõprehendero: mihi non detrahes: difficile enim eſt (vt Probus ait) ſyllabas ratione artis cognoſcere, quicquid tamen potui, annotaſſe me haud negaueris. Ouid. dictus es iſmarijs iße per agmen equis. vbi multi dubitant, cur penelope timeat, cum victor Vlyſſes ierit per agmen Græcorum iſamarijs equis, cum lætari oporteret; lector Quintianum audi: timebat enim ne Vlyſſem interficerent Græci ſub ſpecie Rhæſi: quia equos habebat, quos abſtulerat hoſtibus, inſcijs omnibus, præter Diomedem. Hoc dixi, vt grammatiſtas admoneam, qui illud non tam intelligunt, quàm intelligere minus curent. Idem: Me patericarius u, d, l, cuius dictionis, cum recordor, error ſuccurrit Tortellij, Iunianiq́; dicentum, Icarium patrem fuiſſe Erigones, auctorem proferant. Icarum fuiſſe auctores proferam. quam opinionem tenuimus in Diſtichis in Ouidium: Sum quod & Icarus eſt: ſum quod & Erigone. Prudent. in Pſych. ſummus, nam fertur Aaron. Arat. ij. Pia iuſſa canunt angariat inquit. Priſcia. in Perth. Byzares primi iuxta quos terra Vechirum. vbi falſo, Bizeres, legitur. nam Dionyſius ait βυζαρέσ πρῶτα καὶ ἀγχόθι φύλλα βεχέρων.

Syllabæ exemplo melius, quam regula.

Ouidij locus.

Tortellij, & Iuniani error.

Priſcianus emaculatus.

ζων. Ennius. Pollyppus Corcyræ Caluaria pinguia carne. ſuper monte Caluariæ exemplum non eſt, niſi apud nos In tragœ. de Chriſto, & ſcias dictum eſſe mõtem Caluariæ illum, quia ibi multa caluariæ. i. mortuorum capita viderentur. nam in eo loco omnes malefactores trucidabant. Proh dedecus, ingens dedecus: mõdi, ac cęlorum Opificem ſic turpi in loco Cruci ſuffigi? nepharia gens, infida, propudioſa, an idoneum mortis inueniſti locũ? Heu heu humaniſſime lector, dum lachrymas tergo, tu exempla lege: ac interim tuos ſtudendo ſaties appettitus. Mac. A ſumptis Zodoaram obſtare venenis. Prudent. in Pſych. Margaritum ingens opibus & viribus arte. de qua dictione inferius vbi de i, ante t, fiet mentio. Mart. v. Cum panare olis t, d. Ouid. iij. Metamor. Quantum balearica plumbum. Idem Triſt. Q, a, declaſſe Caphærea fugit. Priſcia. Rapidusq; Megarus, Luca. vi. vibrata phalarica neruis. alia per ſe notiſſima ſunt. Denarius ambigue ponitur. Et quia ſic ſiccis non abeundum eſt pedibus, talaria, ſub hac eſſe regula nulli dubium eſt. Ergo Auſon. emaculabimus. eſt autem carmen ſic: Iam nunc per auras Perſes talaribus. tu legito, Perſeos. de quo Ouid. v. Meta. vel legatur, Perſei.

Caluaria. Calua. Euangelij locus.

Auſonius emaculatus.

A Præcedens S, Breuis eſt: vt ceraſus, Paraſitus, gymnaſium. Demitto, Gimnaſiæ, inſulæ, a maſis deriuata: vt agaſo, occaſio, omaſum, colocaſium: viribaſius n, p, amaſius amaſia: meo iudicio etiam elungambis: Parnaſſus, per duo. ſſ. ſcribitur ſecundum aliquos: quod alij negant. a cuius deriuato vnum ſ, Martia. Capel. Amouit, & a ante ſ, curtauit in Parnaſius. Nemeſian. Aegl. pri. Accipe quæ ſuper hæc ceraſus, quam cernis a, a. Iuuenal. Gymnaſia,

Parnaſſus Vnum mi tor.

ſia,atque audi f, m, a, ex quo non poſſum non mirari Vnum alioqui diuinum, cum ait. Hic honos gymnaſi nobis. Luca. ix. tumulis euulſus amaſis: Iuuena. Sat. xv. Rapienda occaſio cunctis. Mart. viij. Creſcunt colocaſia Phœbo. Sil. viij. S, n, ſ, deſit, Viribaſius armat. Mart. Capel. Conſcia Parnaſio c, f, ſ, c, quod alij producunt: vt Marcellianus a Marcello, Scylaceum a ſcylla. in quibus demitur conſonans: vt ſæpius diximus.

Aliorum incuria.

A Sequente T, breuiatur. vt affatim, tamen ambiguum inuenio: quod ante me cæteri non viderunt. Demito, Egates: Viriatus n, p, Argathonius, Leucata, grabatum, Gagates, theutates, lupatum, erycates, tyridates, trebatius, Aratus n, p, Cyrratus, phanaticus, pirrata obſtraturus, gregatim, tifata, teate, certatim. denominatiua, & participia, & verbalia ſupinaúe: vt armatus, barbatus: niſi a datus: vt circundatus, producito etiam deriuata à primitiuis longis: vt præfatus, præfatio creatura, quod tamen breuiauit Sidon. Materiam cunctis creaturis aera credens. longantur etiam verba in atis, vt doceatis, legatis, doleatis, audiatis: niſi a do compoſita in præſenti. ſimiliter obliquos a nominibus in as, vt pietatis præter anas anatis, contra Sulp. producantur item in tes nomina: vt Achates. demantur hinc a bates, & crates, compoſita: vt Eurybates, ſocrates, lapates, pelates, zelates, antiphates, Socrates tamen, & ſocraticus, hæc duo ambigua ſunt: quod alij non viderunt. Hic etiam difficile omnia continere: vt nil ſit difficilius: ideo melius exemplis, quàm regula cognoſces: tamen hæc a Maturãtio, Valla Siculo, & Nebriſſenſi non excipiuntur. produc etiam nomina in tium: vt palatium, ſolatium, Nabatheus, ambigue: quod alij omiſerunt pri. Sil. Flore vi-

Sulp errat

Alij nõ viderunt.

Difficile hoc.

Alij qui nõ excipiunt.

re virens auet egates abolere p, Idem. x. Cum viriatus agens telis r, i, Idem Argathoniacos, armat Carteia nepotes: quamquam, argatonium, alij ſcribunt: ſed ex Strabone hæc dicit Hermolaus Barbarus. Idem. xv. Leucatæ, & Phębi u, c, a, t. Virgi. Vili demiſſa grabato. Priſcia. Nigro ſplendore gagates. Luca. pri. Theutates horrensq; feris. Virg. x. Lycaoniumq; erycatem. Horat. deduci poſſe trebati. Sta. vij. ſpes ne obſtatura Pelaſgis, Idem. viij. totidemq; gregatim. Syluarum. iij. Procul iſta fuit tifata teate, Marti. iij. Quæſta eſt prę fatio fauces. Ruf. Feſt. Latipedemq; anatem c, e, p. Ouid. Aliquē ſolatia moris honorē. alia patent exēpla. Cæteri omiſerunt.

A *Ante V, longatur: vt tignauia. Deme ab auo compoſita: vt abauus, proauus, Patauium, Durauus: Batauus, hoc nomen indifferens eſt. Probus: Quæ vitæ ignauia fertur, vnde Mancinellus errauit eo in verſu, dicens, Ignauiam perteſus ait: quem aliqui excuſant: quòd recitet Suetonij verba, eſto omnino hic aliquando in arte metrica dilapſus eſt, & infeliciter. preſertim Ode. xij. lib. iij. Horatij. Tu ipſe aſpicito: videbis eum allucinari. Virg. Hic tamē ille vrbem pataui ſedes q, l. Auſon. Gelido duraui de monte volutus.* Mancinelli error. Mancinellus lapſitat.

De E, in medijs ſyllabis. Cap. 3.

E *Ante B, producimus: vt Chorebus. Demuntur, helleborus, herebus terebullum, cerebullum, Celeber, Theleboę, archebulus, Atrebates, terebynthus, eſebon, & nomina in bundus: vt gemebundus ſi Priſciano credimus, cuius regulam, vbi de a, ante b, diximus, appoſui: tenebre, latebrę, ſalebræ, mulcebris, funebris, illecebræ, muliebris, terebro, cerebrum, & alia ſimilia naturaliter breuia: quæ licet propter mutam,*

tam,

tam, & liquidam aliquando longentur, tamen (vt dixi) natura corripiuntur. Mart. ix. A, ſ, ſ, potat in helleboro. ſuper hoc notandum eſt, helleborum, in virili eſſe genere: non autem in neutro: vt volunt Tortellius: & Neſtor. Vnde columel. Et negat helleboros, & noxia. g, ſ. Virgi. Helleboroſq; graues. Quod legatur apud Plinium. xxv. album, & nigrum, intelligas tu genus hellebori. Quod. xxxi. dicat: Per quæ belleborum bibitur. librarij mendum eſſe aſſeuero, nam alio in Codice bibunt, & in alio helleborus, legitur: nam hellebora nuſquam inuenies. Ouid. Noctiſq; Deos, Hereboq; Chaoq; Idem in Faſt. C, e, pompa celeber, numeroq; Deorum. Sil. iij. Theleboumq; domos t, u, d, u. Terentianus: Generi datur auctor huic vetus archebulus. eſt autem verſus anapeſticus: vbi, Chebulus, Bachius eſt primam breuem continens. Sidon. Atrebaton terras p, h, c. Virgi. x. aut Orythia terebintho.

Hellebo-rus.

Tortelli, Neſtoriſq; error.

Pli. locus. Plinij alius locus.

E *Ante C, producitur: vt verecundus. vnde Galli non eſſe quæ inueniuntur fragmenta coniecto, dicentis: At poſtquam teneram rompit verecūdia, frontem. Item: Proſtratus pedibus verecunda ſilentia, rupi. ecce quam inſipide e, ante c, in uerecundus breuiatur: ideo ea fragmeeta Gallum mētiuntur, Aliqui Maximiano cuidam attribuunt. Breuiato hæc, duodecatemoria: & omnia a deca compoſita, vt endecaſyllabum, Ezechias ſeneca: Telecoon n, p, romechium, illecebræ, imbecillis. hoc nomen ambiguum eſt, quod alij nō videre. ſic Phereclus, & execror. ſic & Phalecus: quod itidem alij non annotarunt. Ouid. Atque verecundo ſuffuderat o, r. Manil. ij. Duodecatemoria in titulos ſ, c, nam Proceleumaticus pes primus eſt. Prudent. in Ditt. Hic bonus Ezechias meruit t, q, p, a. Iuuena. Ma*

Galli non ſunt quæ inueniūtur fragmēta.

Aliorum incuria.

gnos Senecæ prædiuitis hortos. Val. Flac. iij. Telecoonta ſint. Ouid. vlt. Metamor. Rhomechiumq́; legit: licet, Rumentum legat Iacobus Crucius. Claud. in Ruf. Illecebris capitur nimium q, e, i, a.

E Sequente D, longetur: vt pepedi. Demito, lebedum, vagedruſa, Pucedanum, Empedocles, remedium, eſſedum, Veleda. nomina in edus: ut Tenedus. in eda, vt iphimeda, andromeda. in edon propria: vt Alchimedon, Laomedon, Menedemus: quod nomen (Donato teſte) tertio Pæone conſtat: qui pes tertiam longam, & tres breues continet. compoſita a pede, vt compedis, ſuppedito, comedo, impedio, Melchiſedech: ficedula, & Macedo, hæc duo ambigue quod non viderunt Maturantius, & Val. Siculus. Breuiato etiam naturaliter ab ἕδρα venientia: vt exhedra, ſinhedra, cathedra: tamen apud poetas longantur aliquãdo muta, & liquida ſequente Mart. Aethon in Capitolio pepedit. Horat. pri. Epiſt. an lebedum laudas odio m, a, u. Sil. xiiij. Qui fontes Vagedruſa tuos e, p, a. Lucan. ix. Pucedanumq́; ſonans f, e, q, i. Horat. Dum petit Empedocles ardentem f, æ, Lucret. Nec ratio remedij communis c, d. Virg. Georg. iij. melius fert aſſeda collo. Stat Sil. pri. Captiuæq́; præces Veledæ q, m, n. Claud. ſuppeditant vires, præbetur origo. Prudent. in Pſych. Melchiſedech qua ſtirpe, quis maioribus. eſt. n. Iambicus verſus: vbi ſedech, Iambus eſt.

Maturãtij & vallæ incuria.

E Præcedens F, breuis eſt, vt elephas. Demito, veneficium, veneficus ca, cum, contra Franciſcum Nigrum breuiari dicentem: liquefacio, tepefacio, rubefacio, madefacio, ambigua iſta compoſita poſuerim: quod non annotauit Sulpiti. cum Maturãtio. Omnibonus quoque errat dicens: tantummodo bre-

Franc. Niger errat. Sulpitij Maturantijq; incuria. Omniboni error.

niari in.vi.legito.Ouid. Prim. Rem. Iſta veneficij u,e, u,n, a. Idem: veniſſe venefica pellex.& merito, quia a veneno, in qua dictione, ne, longatur ſyllaba.

Prudentiũ miror.

E Super G, breuiatur: vt Attegiæ, Elegia, egregius. vnde non poſſum non mirari Prudentium, in Hemiſtichio hoc dixiſſe: Doctor egregius: in quo gregius, Dactylus eſt. Longato iſta categoria: quia græce κατηγορεια: & η, vertitur in e, longum neupepegus: nã græce ſcribitur per η. ante γ, ſic & triſtega, collega, collegium, & quicquid componitur a lego legas primæ coniugationis, Cethegus, compegit.& alia ab egi compoſita: vt redigit: peregrinus, hoc nomẽ ambiguum. Iuue. Dirue Maurorum Attegias c, b, ſuper quo carmine Domitij pudendus error eſt putantis, Attegias, ibi accipi pro Mauritania: & nititur Dionyſii auctoritate: Ad ſummam Libyen habitant, Attegias vndas. Hui indeprecabilis deliratio: nam & auctorem mentitur, & carmen contaminat: nam carmẽ eſt Priſciani: vel (vt aliqui volunt) Rhemnij Fannij in perhi.& ibi non legitur, Attigias, ſed Ad Tethyos: qui ſi menſum camœnalem, ſyllabarumq; ſpacia conſuluiſſet, talia dixiſſet nunquam. Nam in Attegias, te longabat. & as breuiabat, contra omnium auctoritatem. Erunt ideo Attegiæ (Politiano teſte) vmbracula qualia Mauri habitant, qua dictione vtitur Ruffinus interpres Ioſephi de bello Iudaico. vi. Ouid. Flendus amor meus eſt Elegia flebile carmen: ita vt pentaſyllabum, non quadriſyl. legatur contra Tortellium, & Domitium: qui ſi eſſent veri, e, ante, g, ambigue poneretur, nullis annuentibus poetis. In eo quoque carmine, legi, præteritum à Georgio Merula perperam legitur; cui omnis doctiorum reclamat chorus ait autem;

Iuue. locus Domitij error.

Priſcia. a vitio defenſus.

Attegiæ.

Ouid. emaculatus. Tortelij, Domitijq; error.

Georgius Merula decipitur.

elegi,

elegi,ſubſtituendum eſſe quia non ſtaret verſus,immo ſi legit: vt præcepi, non claudicabit. Iuuenal. Catylina Cethegum. Horat. Collegia pharmacopolæ. Idē Colegā Lepidum q,c,l, a. Calph. cōpegit harundine Lygdon.

E Super L, produci iubemus: vt videlicet: parallelus. nam per η, græce ſcribitur. Demitto, alleluia, Angelus: & græca in teles: vt Pyrgoteles, Eleleus, Nictelius, ficelis, Ardelio, vindelicus, Marcellianus, Agelades, Aſphodelum, Obelus, obeliſcus, ſepelio, icelon: & aliqua propria: ut Eutrapelus, Steleneus, Menelaus, Thymele, Semele, Pteleras, Ampelus Nepheleus, Periſcelis, Euangelium, Euangeliſta Xerampelina, Hecatebeletes, Cybele, hoc nomen ambigue Iſraelita, videtur apud Iuuencum breuiari: Iſraelitarū ſtans u, n, e, tamen æ, ſimul coniungi dicerem. Lucret. pri. Eſſe videlicet in terris primordia rerum. Sido. cōcinentibus alleluia ripis. Tamen aduerte duas eſſe dictiones, alleluia, quod ex Auguſtino, & Hieronymo di dicimus. Ouid. iij. Metamor. Nicteliusq;. Eleleusque parens. Mart. vi. V, d, q, ſ, magnus es Ardelio. Claud. Vindelicos ſaltus c, n, r, t, Martia. ij. C, o, p, t, coma Marcelliano. Vbi aduerte (ſi Domitio credimus) a Marcello deriuare: vbi l, vnū demptum eſt: vt in Porſenna n, in ſcyllanceeum, Virgi. & Martialis abiecerunt. hoc ſuperius diximus. Columella. x. N, u, Phragmonis, aut ageladę. Carmen ex Aulo Gellio. xviij. Aut quanta vtilitas in malua, atq; aſphodelo ſit; quod etiam poſuit Heſiodus ἄνδλοσσν ἐν μαλάχῃ τὲ κ᾽ ἀσφοδέλῳ μεγ᾽ὄνειαρ. Et quia carmen ex Gellio allegauimus, viſum eſt breuiter vnum nec ſpernendum annotare: ſcilicet: non eſſe Gellij verſuum translationem græcorū, aut græcarum dictionum: ſed (vt alij volunt) fuiſſe Pe-

Alleluia duæ dictiones.

Marcellianus.

Verū Gellij ſint verborū Græcorū translationes.

Aliquorū error. *tius, cui adhærebo, ſi exemplis comprobet. Demitto, ſardanapalus, ſandalia, Omphale ſtymphalus, Cephalonia, Cephalones: Caramalus, apud ſidonium: aqualiculus, exhalo, las. nomina propria, & adiectiua in nominatiuo in alis terminantia, & in ale: vt Martialis, ambaruale, trabalis, penetralis: heteroclita in alia: vt magalia, mapalia. obliqua à nominibus in al neutris, vt animalis, ſi vero aliter, breuiantur: vt Aſtrubalis, Hannibalis tamen, vt habemus apud Gellium lib. iiij. cap. vij. Probus ille hæc nomina in al, barbara, in obliquis, ita proferebat: vt in penultima haberent accētum. Ennius: Qui propter Annibalis copias conſiderant. eſt autem tetrametrum carmen iambicum Brachicatalecticum in quo, niba, iambus eſt, vltimam longam continens: non autem ſpondeus eſt: vt vitioſe dixit Anto. Nebriſſenſis. ſed alias latius dicemus: Pharſalia, hoc nomen ambiguum, & atalante, italia, ſtimphalides, coralium. quæ omnia non videre qui ante me ſcripſerunt. vnus tamen Aldus dixit, ſtymphalidas, tantum longari: cui ne hæreas. in. vi, legito Epograph. Ouid. in ibin: Quem finem vitæ ſardanapalus habet. Virg. in obitu Mecœn. quod opus Cornelio tribuitur: A, t, etiam ſandalia talos. Proper. iij. Omphale in tantum f, p, h. Ouid. Metamor. ix. Veſtrum ſtymphalides vndæ, Seneca in Troa Greſſus nephandos Dux Cæphalonum admonet. vbi. Cepha. Iambus eſt vltima gaudens longa. Perſ. Pinguis aqualiculus p, ſ, e. Virg. Aeternumq; aditis effer penetralibus ignem. Hic non abſonum erit a Iano diſſentire Parrhaſio, ſcribente æternum ignem, dici propter penates: ego vero de Veſta intelligēdum exiſtimo. Et ne ariolari videar, legito Ouid. vlti. Metamor. Obuia turba ruit quæq; ignes Troica ſeruat Veſta tuos. ſed latius*

Margin notes: Sulpitio. nō hæreo. — Hānibalis penul. longa. — Antonij Nebriſ. error. — Aliorum incuria. — Aldo non hæreo. — Virgilij locus. — A, Parrhaſio diſſenſio.

latius in dubitationibus diximus.

A *Ante M, breuis eſt: vt calamus. Demito, ſyridame, tymama, examino, cõtamino, dictamus nomina in mentum: vt armamentum, in men: vt examen. nomina barbara ad latinam declinationem venientia: vt Adamus, Abrahamus. verba primæ coniugationis in præſenti. & præterito indicatiui: vt amamus, amabamus: niſi in compoſitis a, damus, duntaxat in præſenti: vt circundamus. producito etiã omnia verba cuiuſcunque coniugationis in quolibet modo propter crementum. vt doceamus, audiebamus. Horat. Tu ne ſyridame, aut d, aut ſ, a. Mart. primo: Vilis contaminat vnco. Virg. Dictamum genitrix d, c, a, i. Iuuena. Quicquid habent telorum armamentaria cœli, vnde neſcio qua ratione motus Aratus, dixerit. ij. Calciamenta pedum dignus n, ſ, i, niſi forte fiat ſynereſis. Pulchra regula de nominibus in mentum inferius eſt. vbi de u, ante m, fiet mentio Claud. in Rap. Pro I, c, credas examina fundi: vbi interpres Ianus perperam interpretatur: putat nanque fundi genitiui eſſe caſus, cum ſit infinitiuus a fundor funderis.*

Aratus qua ratione motus, ignoro. Iano Parrha. reclamo. Claudiani locus.

A *Ante N, corripitur: vt balanus, Emanuel, Taprobane, extraneus: vt in Priap. legitur: tamẽ apud aliquos inuenio longari. Demantur, uomanus, Aliphanus, Meuania, alanus, Patalane, Carmanus: Elanus, carmanis, Dianas, Diana, Pænites, Amanum, Afranius, Bianor, & ſimilia: vt Alcanor, euaneſco, euanui, Volanerius, Meſana, Tigranes, aranea, araneolus, Lucania, Lemanus, Garganus, Aquitanus, Aquitania, Vulcanus, miſcellanea, gauranum, nomina in anus præcedente i, litera. vt Quintianus, oppianus. producito item deriuata: vt montanus, lupanar, Bac-*

chanalia. gentilia: vt Romanus, Brixianus, adiectiua tertiæ declina. vt inanis. ſecundæ: vt paganus excipito ea quæ a breuibus veniunt: vt Dardanius quia a Dardano longato quoque obliquos a nominibus in an Græcis: vt Titanis. Cyane, & ſicanus ambigua ſunt hæc duo ſic & Cyaneæ: quod alij non viderunt. Auſo. Florum ſpirat odor balani c, m, h, t, ſic errorem Alexandri noſcas, longari præcipientis: immo breuiatur & deriuatiuum. Perſ. T, q, maxillis balanatum gauſape pectis, Prudent. in Apoth. Edidit Emanuelque meum c, f. Ouid. pri. Pont. Aut ubi Taprobanem Indica tingit aqua. Sil. viij. ſlatq; humectata meuano. Idem. xij. Hinc Aliſanus Iaccho. Stat. ſyl. primo: Vacuit Meuaniæ ualles. Priſc. Et martia pectora alani. Idem: D, c, Patalane cingitur unda non deſunt, qui & Patalene, legunt Idem Carmaui ſolis ab ortu. Idem, ſi poſt carmanida ſumam, Idem: Dianas fons, eſt c, c, u. Idem: Quam Pæanitem perhibent. Lucan. Populus non cultor Amani. Idem. iij. Caſtris Afranius iſtis. Horati. Scurra Volanerius poſtquã illi. ſyl. xiiij. incumbẽs Meſana freto. Luca. Tygranemq; meum. Virgi. ut quoque araneoli. quæ dictio ſubijcit mendum eſſe in ſidonij Codicibus, vbi ait: Archneola micat proprias conferre laborat. lege tu: Splendet arachneola, & proprias c, l, et coniunctione addita. quod Prius non animaduertit Baptiſta, alioqui ſedulitatis acerrimæ. Luca. Sic iuncta lemano. Idem. v. Exit Carganus in vndas. Auſon. Inter Aquitanas gentes. Iuuenal. Veniunt ad miſcellanea ludi. Mart. viij. Gaurana, & Coſmi t, m, a. Quintianus, & oppianus, apud Martialem longantur: Licet Politianus dixerit. Oppianus, diuesq; auro. Ex hoc Quintianus apud me breuiatur ſæpius. Et quia in nomen

Aliorum incuria. Alexãdri error.

Sidonius emaculatus.

Bapt. Pius non animaduertit.

men noſtrũ incidi, quare inditũ fuerit explicabo. Nam dum olim adoleſcens ipſe in Muſarum penario, & Camœnalibus incumberem uigilijs (ita dante omnium rerum opifice) cæteris antiſtare viderer, multi non ſpernendæ eruditionis iuuenes ſynchroni meam lubenti limam animo ſubibant: utpote quem ſuorum aſſertorem carminum dicerent: & ut alluderent ad illud Martialis dictum, me Quintianum appellitarunt: quod nomen ſeruans augebo, & ſi primæ vos eiuſdem nominis non excellere opera noſtra demonſtrabunt: tamen illos me ſuum retinere nomen non pœnitebit. Fuere autem ante me plures. Quintiani: quos nec infelix poterit ruere, annorum ſeries: quos ſemper venerabitur poſteritas. Vnus fuit ille, quem Martialis aſſertorem ſuorum facit carminum. Alius fuit Afranius. Quintianus Piſonianæ coniurationis conſcius, vt ait Tacitus: quanquam falſo in Codicibus legatur, Quintilianus. Alius Pompei Quintiani mortem, lib. Epi. vij. deflet Plinius Quintianum proconſulem, & Quintianum Caputeum in quibuſdam reperiri epiſtolis, quæ perperam Quinto tribuuntur Curtio: quarum ſtilum non approbo, nedum ſuſpicio. hoc ſi quis rimatur, noſtrę proculdubio adhærebit opinioni. Alium prompti, atque audacis animi Quintianum nominat Herodianus hiſtoriographus. Alium Ap. Quintianum ſibi amicum in prima apolo. notat Apuleius. in Alium Quintianus Neronem ſcripſiſſe Satyram retulit Cornelius. Quintiano alij, Sidonius æternitatem condonauit. ab alio Quintiano Agatha virgo erumnas paſſa eſt, quem merito dediſſe pœnas autumo. Alius Quintianus martyr, vt fuit in ſanctorũ habemus Catalogo. Quintiani alius meminit Imperator Antonius Codice de inofficioſo taſtamento.

Alium

Quintianus quare cognomen meum.

Quintiani ante me plures.

Cor. Tacitus emaculatus.

Curtij nõ ſunt quæ tribuuntur Epiſt.

Alium Quintianum nominat Epitaphium quoddam Romę in diuæ templo Crucis copiā fecit Andreas Alciatus Mediolanēſis vtranq; linguā eruditus, antiquitatum omnium fidiſſimus interpres, quod hoc eſt.

Andrea Alciatus.

ATTIAE QVINTAE TATTIVS PLEGON CONIVGI OPTIMAE, ET TATTIVS. T. F. PAL. QVINTIANVS ROMA PARENTIBVS INDVLGENTISSIMIS.

Aliū nominat marmor quodā Mediolani in Diui tēplo Nazarij, in Porta Romana, in propyleo, quod hoc eſt.

L. VIRGINIVS. L. F. O. V. F. ATTILIANVS. VI. VIR SIBI ET. L. VERGINIO MESSORI PATRI, ET VER VETLAE Q. F. ATTILIAE MATRI. M. DIDIO MARCELLO. L. VERGINIO QVINTIANO FRATRIB. VIRGINIAE SEMPHRONIAE, QVINTIAE SORORIB. SENTIALE, ET PAVLINAE VXORIB. ET CONGIO GILONI LIBERTIS. AED. M. VICTO. PRO CIRCO AEMIL.

Philobius

Dij faxint: vt idoneum viuam æuum (nam & ipſe ſum φιλοβιοσ. i. vitę cupidus) nec ego ipſe inter ſeculi obliteſcam tenebras: qui tertio & vigeſimo ętatis anno publico legendi &. xxiiij. Laureæ donatus ſum munere. Hęc annotaſſe volui: vt nulla ex parte hoc opus tibi lector diſpliceat.

Iſapis.

A *Super P, breuis eſt: vt ſandapila, ſatrapa, apud Sidonium. Demitto, Iſapis, Iapis, Iapix, Iapygia, iapidia, Neapolis, Meſapus, ſynapis, Cynapes*

napes,ſerapion,Anapis Priapus, licet aliqui poſitionē faciant, Terepaneus, & ſerapis, hæc duo ambigue. Lucan.ij. Et iunctus iſapis iſaurō. non autem,ſapis, vt inerudite omnes legunt: Ex hoc liquet Io. Bocatium erraſſe, lib. de fluminibus ſapis, ſcribentem. emaculabis ideo Plinium. lib.iij.cap.xiiij.vbi ait: Ab eo ſapis: cū legendum ſit: Ab eo iſapis. latius aſpicito Abstemiū lib.ij.Virgi.xij.Ante alios dilectus iapis. Horat.Præter iapyga.Virg.iij,Geor.Caſtella in tumulis, & iapidis arua timaui: vbi, iapygis, aliqui: alij lapidis per peram legunt.Stat.ſyl. iiij ſecreta Neapolis aras. Columell. xi.S,q,ſ,fletum factura ſinapis,Ouid.iiij.Pōt. & voluens ſaxa Cynapes. Idem.ij.Pont. Quaq; ſuis Cyanem miſcet Anapis aquis,ſed quia diximus. Terapneus poni ambigue: non ab re fore duxi, ſi Aliquorū taxem contumaciam, dicentum, ſcribendum eſſe, teramneum,per m, non per p, iraſcor profecto, cum neſcientes minus curent. ego per p, ſcribendum aſſeuero, cum aliquando breuietur propter p, quæ litera eſt muta ſequente n,aliquando liquida.an velint hi m, inter mutas connumerari? quos potius inter literarum, oſtes annumerauerim.

Luca.emaculatus. Boccatij error. Pli.emaculatus. Vrgil locus. Aliquorū opinio falſa. Terapneus. Aliquorū defectus.

A *Ante Q, breuiationi iūgitur: vt tanaquil. Excipito in ablatiuo compoſita: vt vtraq;, nequaquam. Claudi. Præſcia fatorum tanaquil rediēs q, p, u, hanc regulam aliqui omiſere.*

A *Ante R, corripitur: vt icarus, icarius. Demitto, tartarus, apud Claudi. Aaron, angario, Byzares: Caluaria piſcis, & mons: vbi Chriſtus omnium rerum parens crucifixus eſt: prognariter, apud Ennium ſexto: vt pro Romano populo prognariter armis. Zodoara, Margaritum, Margarita, paranea,*

Balea-

Baleares, Caphareus, Megarus, phalarica, tiara, mortarium. deriuata: vt ſcholaris, Appollinaris, auarus in rius, ria, rium: vt ſextarius aquarium, vicarius, temerarius, ſtlataria, carnalium, mulctarium, diarium. nomina in are: vt cocleare. denominatiua: vt auxiliare: verba in are, & ari: vt amare, dominari: niſi veniãt a do, vel daris: ut circũdare, peſſundari. Et quia in arius diximus produci, excipito, tenarius, quia a breui breuiato. obliquos: vt Cæſaris. demuntur calcaris, torcularis. Hic lector aduerte in hac regula ad vnguem non poſſe cognoſci ſyllabas: vt exemplis. Ideo ſi omnia nõ cõprehendero: mihi non detrahes: difficile enim eſt (vt Probus ait) ſyllabas ratione artis cognoſcere, quicquid tamen potui, annotaſſe me haud negaueris. Ouid. dictus es iſmarijs iſse per agmen equis. vbi multi dubitant, cur penelope timeat, cum victor Vlyſſes ierit per agmen Græcorum iſamarijs equis, cum lætari oporteret; lector Quintianum audi: timebat enim ne Vlyſſem interficerent Græci ſub ſpecie Rhæſi: quia equos habebat, quos abſtulerat hoſtibus, inſcijs omnibus, præter Diomedem. Hoc dixi, vt grammatiſtas admoneam, qui illud non tam intelligunt, quàm intelligere minus curent. Idem: Me patericarius u, d, l, cuius dictionis, cum recordor, error ſuccurrit Tortellij, Iunianiq; dicentum, Icarium patrem fuiſſe Erigones, auctorem proferant. Icarum fuiſſe auctores proferam. quam opinionem tenuimus in Diſtichis in Ouidium: Sum quod & Icarus eſt: ſum quod & Erigone. Prudent. in Pſych. ſummus, nam fertur Aaron. Arat. ij. Pia iuſſa canunt angariat inquit. Priſcia. in Perth. Byzares primi iuxta quos terra Vechirum. vbi falſo, Bizeres, legitur. nam Dionyſius ait βυζαρίσ πρῶτα καὶ ἀγχόθι φῦλα βεχείρων.

Syllabæ exemplo melius, quam regula.

Ouidij locus.

Tortellij, & Iuniani error.

Priſcianus emaculatus.

γων. Ennius. Pollyppus Corcyræ Caluaria pinguia carne. ſuper monte Caluariæ exemplum non eſt, niſi apud nos In tragœ. de Chriſto, & ſcias dictum eſſe mõtem Caluariæ illum, quia ibi multæ caluariæ .i. mortuorum capita viderentur. nam in eo loco omnes malefactores trucidabant. Proh dedecus, ingens dedecus: mõdi, ac cęlorum Opificem ſic turpi in loco Cruci ſuffigi? nepharia gens, infida, propudioſa, an idoneum mortis inueniſti locũ? Heu heu humaniſſime lector, dum lachrymas tergo, tu exempla lege: ac interim tuos ſtudendo ſaties appettitus. Mac. A ſumptis Zodoaram obſtare venenis. Prudent. in Pſych. Margaritum ingens opibus & viribus arte. de qua dictione inferius vbi de i, ante t, fiet mentio. Mart. v. Cum panare olis t, d. Ouid. iij. Metamor. Quantum balearica plumbum. Idem Triſt. Q, a, de claſſe Caphарea fugit. Priſcia. Rapidusq; Megarus, Luca. vi. vibrata phalarica neruis. alia per ſe notiſſima ſunt. Denarius ambigue ponitur. Et quia ſic ſiccis non abeundum eſt pedibus, talaria, ſub hac eſſe regula nulli dubium eſt. Ergo Auſon. emaculabimus. eſt autem carmen ſic: Iam nunc per auras Perſes talaribus. tu legito, Perſeos. de quo Ouid. v. Meta. vel legatur, Perſei.

Caluariæ Calua. Euangelij locus.

Auſonius emaculatus.

A Præcedens S, Breuis eſt: vt ceraſus, Paraſitus, gymnaſium. Demitto, Gimnaſiæ, inſulæ, a maſis deriuata: vt agaſo, occaſio, omaſum, colocaſium: viribaſius n, p, amaſius amaſia: meo iudicio etiam elungambis: Parnaſſus, per duo. ſſ. ſcribitur ſecundum aliquos: quod alij negant. a cuius deriuato vnum ſ, Martia. Capel. Amouit, & a ante ſ, curtauit in Parnaſius. Nemeſian. Aegl. pri. Accipe quæ ſuper hæc ceraſus, quam cernis a, a. Iuuenal. Gymnaſia,

Parnaſſus Vnum minor.

ſia,atque audi f, m, a, ex quo non poſſum non mirari Vnum alioqui diuinum, cum ait. Hic honos gymnaſi nobis. Luca. ix. tumulis euulſus amaſis: Iuuena. Sat. xv. Rapienda occaſio cunctis. Mart. viij. Creſcunt colocaſia Phœbo. Sil. viij. S, n, ſ, deſit, Viribaſius armat. Mart. Capel. Conſcia Parnaſio c, f, ſ, c, quod alij producunt: vt Marcellianus a Marcello, Scylaceum a ſcylla. in quibus demitur conſonans: vt ſæpius diximus.

Aliorum incuria.

A Sequente T, breuiatur. vt affatim, tamen ambiguum inuenio: quod ante me cæteri non viderunt. Demito, Egates: Viriatus n, p, Argathonius, Leucata, grabatum, Gagates, theutates, lupatum, erycates, tyridates, trebatius, Aratus n, p, Cyrratus, phanaticus, pirrata obſtraturus, gregatim, tifata, teate, certatim. denominatiua, & participia, & verbalia ſupinaûe: vt armatus, barbatus: niſi a datus: vt circundatus, producito etiam deriuata à primitiuis longis: vt præfatus, præfatio creatura, quod tamen breuiauit Sidon. Materiam cunctis creaturis aera credens. longantur etiam verba in atis, vt doceatis, legatis, doleatis, audiatis: niſi a do compoſita in præſenti. ſimiliter obliquos a nominibus in as, vt pietatis præter anas anatis, contra Sulp. producantur item in tes nomina: vt Achates. demantur hinc a bates, & crates, compoſita: vt Eurybates, ſocrates, lapates, pelates, zelates, antiphates, Socrates tamen, & ſocraticus, hæc duo ambigua ſunt: quod alij non viderunt. Hic etiam difficile omnia continere: vt nil ſit difficilius: ideo melius exemplis, quàm regula cognoſces: tamen hæc a Maturãtio, Valla Siculo, & Nebriſſenſi non excipiuntur. produc etiam nomina in tium: vt palatium, ſolatium, Nabatheus, ambigue: quod alij omiſerunt pri. Sil. Flore vi-

Sulp errat

Alij nõ viderunt.

Difficile hoc.

Alij qui nõ excipiunt.

re virens auet egates abolere p, Idem.x. Cum viriatus agens telis r, i, Idem Argathoniacos, armat Carteia nepotes: quamquam, argatonium, alij ſcribunt: ſed ex Strabone hæc dicit Hermolaus Barbarus. Idem.xv. Leucatæ, & Thebi u, c, a, t. Virgi. Vili demiſſa grabato. Priſcia. Nigro ſplendore gagates. Luca.pri. Theutates horrensq; feris. Virg.x. Lycaoniumq; erycatem. Horat. deduci poſſe trebati. Sta.vij. ſpes ne obſtatura Pelaſgis, Idem.viij. totidemq; gregatim. Syluarum. iij. Procul iſta fuit tifata teate, Marti.iij. Quæſta eſt pręfatio fauces. Ruf. Feſt. Latipedemq; anatem c, e, p. Ouid. Aliquē ſolatia moris honorē. alia patent exēpla. Cæteri omiſerunt.

A *Ante V, longatur: vt tignauia. Deme ab auo compoſita: vt abauus, proauus, Patauium, Durauus: Batauus, hoc nomen indifferens eſt. Probus: Quæ vitæ ignauia fertur, vnde Mancinellus errauit eo in verſu, dicens, Ignauiam perteſus ait: quem aliqui excuſant: quòd recitet Suetonij verba, eſto omnino hic aliquando in arte metrica dilapſus eſt, & infeliciter. pręſertim Ode.xij. lib. iij. Horatij. Tu ipſe aſpicito: videbis eum allucinari. Virg. Hic tamē ille vrbem pataui ſedes q, l. Auſon. Gelido duraui de monte volutus.* Mancinelli error. Mancinellus lapſitat.

De E, in medijs ſyllabis. Cap. 3.

E *Ante B, producimus: vt Chorebus. Demuntur, helleborus, herebus terebullum, cerebullum, Celeber, Thelebo, archebulus, Atrebates, terebynthus, eſebon, & nomina in bundus: vt gemebundus ſi Priſciano credimus, cuius regulam, vbi de a, ante b, diximus, appoſui: tenebre, latebrę, ſalebræ, mulcebris, funebris, illecebræ, muliebris, terebro, cerebrum, & alia ſimilia naturaliter breuia: quæ licet propter mutam,*

tam, & liquidam aliquando longentur, tamen (vt dixi) natura corripiuntur. Mart. ix. A, ſ, ſ, potat in helleboro. ſuper hoc notandum eſt, helleborum, in virili eſſe genere: non autem in neutro: vt volunt Tortellius: & Neſtor. Vnde columel. Et negat helleboros, & noxia. g, ſ. Virgi. Helleborosq; graues. Quod legatur apud Plinium. xxv. album, & nigrum, intelligas tu genus hellebori. Quod. xxxi. dicat: Per quæ helleborum bibitur. librarij mendum eſſe aſſeuero, nam alio in Codice bibunt, & in alio helleborus, legitur: nam hellebora nuſquam inuenies. Ouid. Noctisq; Deos, Hereboq; Chaoq; Idem in Faſt. C, e, pompa celeber, numeroq; Deorum. Sil. iij. Theleboumq; domos t, u, d, u. Terentianus: Generi datur auctor huic vetus archebulus. eſt autem verſus anapęſticus: vbi, Chebulus, Bachius eſt primam breuem continens. Sidon. Atrebaton terras p, h, c. Virgi. x. aut Orythia terebintho.

Helleborus. Tortelli. Neſtoriſq; error. Pli. locus. Plinij alius locus.

E Ante C, producitur: vt verecundus. vnde Galli non eſſe quæ inueniuntur fragmenta conjecto, dicentis: At poſtquam teneram rompit verecūdia, frontem. Item: Proſtratus pedibus verecunda ſilentia, rupi. ecce quam inſipide e, ante c, in uerecundus breuiatur: ideo ea fragmeeta Gallum mētiuntur, Aliqui Maximiano cuidam attribuunt. Breuiato hæc, duodecatemoria: & omnia a deca compoſita, vt endecaſyllabum, Ezechias ſeneca: Telecoon n, p, romechium, illecebræ, imbecillis. hoc nomen ambiguum eſt, quod alij nō videre. ſic Therechus, & execror. ſic & Phalecus: quod itidem alij non annotarunt. Ouid. Atque verecundo ſuffuderat o, r. Manil. ij. Duodecatemoria in titulos ſ, c, nam Proceleumaticus pes primus eſt. Prudent. in Ditt. Hic bonus Ezechias meruit t, q, p, a. Iuuena. Magnos

Galli non ſunt quæ inueniūtur fragmēta. Aliorum incuria.

gnos Senecæ prǽddiuitis hortos. Val. Flac. iij. Telecoon-ta ſint. Ouid. vlt. Metamor. Rhomechiumq́; legit: li-cet, Rumentum legat Iacobus Crucius. Claud. in Ruf. Illecebris capitur nimium q, e, i, a.

E Sequente D, longetur: vt pepedi. Demiſto, le bedum, vagedruſa, Pucedanum, Empedocles, remedium, eſſedum, Veleda. nomina in edus: ut Tenedus. in eda, vt iphimeda, andromeda. in edon propria: vt Alchimedon, Laomedon, Menedemus: quod nomen (Donato teſte) tertio Pæone conſtat: qui pes tertiam longam, & tres breues continet. compoſita a pede, vt compedis, ſuppedito, comedo, impedio, Melchiſedech: ficedula, & Macedo, hæc duo ambigue quod non viderunt Maturantius, & Val. Siculus. Breuiato etiam naturaliter ab ἕδρα venientia: vt exhedra, ſinhedra, cathedra: tamen apud poetas longantur aliquādo muta, & liquida ſequente Mart. Aethon in Capitolio pepedit. Horat. pri. Epiſt. an lebedum laudas odio m, a, u. Sil. xiiij. Qui fontes Vagedruſa tuos e, p, a. Lucan. ix. Pucedanumq́; ſonans f, e, q, i. Horat. Dum petit Empedocles ardentem f, æ, Lucret. Nec ratio remedij communis c, d. Virg. Georg. iij. melius fert aſſeda collo. Stat Sil. pri. Captiuæq́; praces Veledæ q, m, n. Claud. ſuppeditant vires, præbetur origo. Prudent. in Pſych. Melchiſedech quā ſtirpe, quis maioribus. eſt. n. Iambicus verſus: vbi ſedech, Iambus eſt. Maturāij & vallæ incuria.

E Precedens F, breuis eſt, vt elephas. Demito, veneficium, veneficus ca, cum, contra Franciſcum Nigrum breuiari dicentem: liquefacio, tepefacio, rubefacio, madefacio, ambigua iſta compoſita poſuerim: quod non annotauit Sulpiti. cum Maturātio. Omnibonus quoque errat dicens: tantummodo bre- Franci. Niger errat. Sulpitij Maturantijq; incuria. Omniboni error.

elegi, ſubſtituendum eſſe quia non ſtaret verſus, immo ſi legit: vt præcepi, non claudicabit. Iuuenal. Catylina Cethegum. Horat. Collegia pharmacopolæ. Idē Colegā Lepidum q,c,l, a. Calph. cōpegit harundine Lygdon.

E Super L, produci iubemus: vt videlicet: parallelus. nam per η, græce ſcribitur. Demitto, alleluia, Angelus: & græca in teles: vt Pyrgoteles, Eleleus, Nictelius, ficelis, Ardelio, vindelicus, Marcellianus, Agelades, Aſphodelum, Obelus, obeliſcus, ſepelio, icelon: & aliqua propria: ut Eutrapelus, Steleneus, Menelaus, Thymele, Semele, Pteleras, Ampelus Nepheleus, Periſcelis, Euangelium, Euangeliſta Xerampelina, Hecatebeletes, Cybele, hoc nomen ambigue Iſraelita, videtur apud Iuuencum breuiari: Iſraelitarū ſtans u, n, e, tamen æ, ſimul coniungi dicerem. Lucret. pri. Eſſe videlicet in terris primordia rerum. Sido. cōcinentibus alleluia ripis. Tamen aduerte duas eſſe dictiones, alleluia, quod ex Auguſtino, & Hieronymo didicimus. Ouid. iij. Metamor. Nicteliusq;. Eleleusque parens. Mart. vi. V,d,q, ſ, magnus es Ardelio. Claud. Vindelicos ſaltus c, n, r, t, Martia. ij. C, o, p, t, coma Marcelliano. Vbi aduerte (ſi Domitio credimus) a Marcello deriuare: vbi l, vnū demptum eſt: vt in Porſenna n, in ſcyllanceeum, Virgi. & Martialis abiecerunt. hoc ſuperius diximus. Columella. x. N, u, Phragmonis, aut ageladę. Carmen ex Aulo Gellio. xviij. Aut quanta vtilitas in malua, atq; aſphodelo ſit; quod etiam poſuit Heſiodus ἄνδοσιν ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μεγ᾽ ὄνειαρ. Et quia carmen ex Gellio allegauimus, viſum eſt breuiter vnum nec ſpernendum annotare: ſcilicet: non eſſe Gellij verſuum tranſlationem græcorū, aut græcarum dictionum: ſed (vt alij volunt) fuiſſe Perotti

Alleluia duæ dictiones.

Marcellianus.

Vtrū Gellij ſint verborū Græcorū tranſlationes.

rotti vel(vt alij annuunt)Theodori Gazæ. Auſon. Pone obelus igitur p, ſ, u, hęc dictio, obelus, in aliquibus Lexicis græcis in penultima habet diphtongū:ſed male nam breuis eſt. Ex hoc Callepinum deceptum crediderim: qui obelus, in media produci ait:quod nusquam inuenies. Virg. in Roſ. Faſtigia celſa obeliſci. Mæcen. Nō curo tumulum ſepelit Natura relictos. Ouid. xi. Meta. Hunc icelon ſuperi m,ph,u, idem. iij. Faſt, Ampelon intonſum ſ, n, q, c. Prudent. in Roma. Euangeliſta ſcribit ipſum talia. eſt carmen Iambicum in quo poſt ſpondeum iambus eſt. Idem. in Apoth. Aut Euangelici pietas ſpernenda libelli. Suetonius: Noſter erit Pæan ille Hecatebeletes. Suetonium auctorem non dico: ſed eius munere hoc didici carmen, in vita Neronis Ceſaris.

Græcum Lexicon corripitur.

Callepinus decipitur.

E Super N, longatur: vt vindemia: procemium, licet diphtongo: diaſtema, Euphemia, gloſſema. Demitto Ptolemeus, artemidorus, anchemolus, archemorus: Polemus n: p, apud ſidonium. nomina in Polemus: vt tripolemus, triptolemus, elementū. elemoſina, Gethſemani, nomina quę habent tele, vt telemus, telemachus, ſolemus, n, p, tutemet. obliquos ab hyems, vt vehemens, quando triſyllabum eſt: alemanus, alemanie, teſte ſeruio, heremus vero contra Maturantium, & ſulpitium producitur: quia græce ἔρημοσ. Diony. in Perhi. οὔποτι πι προχόησιν ἐρημα ἐν ανανυκτα. Ex quo miror Prudētium in Pſych. corripuiſſe: Excidit ergo animis eremiſitis e. i, Abſtemius, ambigue ponitur, in quo alij defecerunt. Virg. ſpumat vindemia labris. Hic annotes quoſdam, dicentes: Vindemiator, de, breui proferri. deceptos eſſe propter illud Horatij ſaty. xvij. Vindemator, & inuectus c, ſ, u, putantes, legi, Vindemiator omnia abijcitur i, ſicut apud. Ouid.

Maturātij & ſulpitij error:

Prudentiū miror.

Aliorum defectus.

Notandum eſt, Horatius a vitio defenſus.

iij. Faſt.abijcitur a, At non effugiet vindemitor hoc quoque cauſam. ſic ſeneca in Claudium: Carpebat raras ſeruus vindemitor vuas. Iuue. Miſeræ cognoſce proœmia rixæ,vbi falſo quidam (inter quos Nicolaus Ferretus eſt) legunt cognoſce præmia:quibus ſenſus,& ſyllaba reclamat. diaſtema,omnino longatur:quia græce διάσημα, & η, longatur:quæ litera in e,longum vertitur. Inde eſt: quod aliqui(inter quos Hermolaus eſt) indepredicabilem, & impatibilem Sidoni errorem recenſent: dicentis: Sic placidam Paphiem ſeruare diaſtema quintum. quo nos rectius in primo Orpheos (nã de Orpheo iam tria edidi volumina. Voce diaſtema, & rhythmi ſpecioſior ordo. Curius Lancilotus Neotericorum grammaticæ id potuiſſe ſidonium facere teſtatur, cui aſtipulor. nam velut diphtongi græce apud nos aliquando breuiantur, & η, aliquando poterit breuiari:vt in aliquibus dictionibus annotaui: ſic fecit in Euphemia:dicens: Gaudeat Euphemium ſidus diuale parentis, cum ſcribatur per η, apud Græcos. Aſin. Gal. Qui caput ad leuam didicit gloſſemata vobis. Luca.x. Te Ptolemeæ trahat t, e, ſ, Martia. ij. Artemidorus habet puerum ſ, u, a. Virg.x. Anchemolũ thalamos a, i, n. Stat.pri.Th. Archemorus nec fama Deæ. Ouid. Huius erat Solemus Phrygia c, u, a, i. Lucret.pri. Tutemet a nobis iam q, t, u, quod & teſtatur Seruius ſuper pri. Aenei. in eo verſu:Et voſmet rebus ſeruate ſecundis. Prudent. Præceptor vehemens eundo firmat. & (vt ait Seruius)quandoq; biſyllabum,& quandoq; triſyllabum eſt ſic eſt prebẽſus. latius in.ij. legito Claud. Hæc Alemanorum, ſpolijs auſtralibus illa: Idem: Imploretque tuum ſupplex Alemania nomen.

Iuuenalis a vitio defenſus.
Nicol fer. error.
Sidoni error.
Diaſtemij penult. breui.
Sidonius defenditur
Euphemia ſecunda breui.

E Super N, longatur: vt domicœnium: licet diph thongon: cathena: Neriene, ambigue ponitur. Excipito: carcenades, piſces apud Oppiani interpretem Lippium: cuius de piſcibus in latinum vertit opus Boryſthenes, Miritenes, Achemenius, degener, Berenicis, Stelenus: compoſita a venio, & gigno, & ſtheno: vt aduena, Phębigena, Demoſthenes, & a genos, vt archigenes, Origenes, iuuenis, iuuenilis, ingenium, ingenuus, Orchomenos, Eumenides. Idaſmenus, Helenus Helena, iphigenia, quatenus hactenus, Armenius, Hormeus, Hymenæus, Philopemenis Pœmenis, Abdenago. ambenus n, p, & mons. Ialmenus, Anaximenes, Nictimene, Periclimenus, Achimenides, Parmeno, Parmenio, Parthenope, & ſimilia compoſita: vt Parthenius, habenus, a ſenech, Clymene, olenos, olenus, clazomenius, claximenæ: ochenius n, p. Echenei Piſcis, & quia diximus a genos breuiari, erant aliqui longantes, Origenes, & præſertim iſti idiotę concionatores: qui nihil effutiunt præter barbariem: Proh ſupreme Iupiter, nonne ſibilo mulctandi eſſent? malunt enim hi barbaros habere duces, quam bonos ſequi auctores: Poſenna hoc nomen ambiguum eſt. Martial. v. Si triſti domicœnio laboras. Perſ. Trahitur pars magna cathenæ. Picus tamen Franciſcus in hymnis dixit: Aſſertor ſuperas cathenato Demone ſedes. quod aliqui approbant: eo quod cathena dicatur a cane, & teneo. Hæc poſuiſſe volui, vt ſcires lector apud auctores varie reperiri ſyllabas. Ego ipſe ſemper elongarem: vt in primo Orpheos: Deinde cathenatis torquere ſophiſmata nodis. Priſcianus: Porrecta Boryſthenis vnda. Idem Miritenenq; bonum nardi: Lucan. ij. Mundus Achemenijs decurrant m, ſ, Virgilius Degeneres animos timor a,

Concinnatorũ error.

b, q,

h,q,i, Luca. ix. Tepida Berenicida Lepti. Ouid. v. Meta. Vſq; ſub orchomeno p, q, c, q. Val. Flac. vi. Proceſſere melas & idaſmenus incipit h. Iuuenalis. In ſtantem Regi Armenio r, q, c. Ouidius, N, r, p. Orme ni Nympha tuos Auſonius: Carcere in argiuo Philopemena lenta adijt mors. in quo verſu quis fuerit iſte Philopemenes Iuſtinum legito lib. xxxij. Ouidius. iij. Metamorpho. Pœmenis, & natis c, b, d, Valerius Flaccus. vi. Ambenus, & trunco m, ſ, o, l. Idem: Ambenus, & gelidis pollens Ophiuſa venenis. licet ex Herodoto Hermolaus legendum eſſe, embolus, in Caſt. Plinianis lib. iiij. cap. xij. innuat. Pindarus Auſonius in Perio. Aſcalaphusq; potens. & ialmenus acer vterque. Sidon. Quicquid anaximenes Euclides a, z. Ouidius. ij. Metamorphoſeon: Nyctimenen auis illa quidem ſ, c, c. Idem Metamor. xij. Mira Periclymeni mors eſt c, p, ſ. Idem: Noſcitachimeniden i, q, r. Idem vndecimo Metamor. In medio torus eſt hebeno ſ, i, a. Idem: Et tulit ad Clymenen e, c, m. Stat. iiij. Theb. Olenos ionijs e, f, h, p. Ouid. Metamor. x. Olenus eſſe nocens. Auſon. Diſcit duce Clazomenio. Idē Et in pumice Claxomenas. Val. Flac. iij. Ochenij dedit ille ſonum. Lucan. vi. In medijs echeneis aquis.

Auſonij locus.

Vale. Flac locus.

E *Ante P, corripitur: vt decrepitus. Demantur præſepe, præſepium, aſepus, aſclepius, aſclepiades ioſephus: Hipępi, licet diphtongo. Iuuena. Qui bona donauit præſepibus c, o. Priſ. A, m, quos pellit numen aſepi. Mac. N, m, ſanas aſclepius aſſerit illas & quia ſcribitur ασκληπιος. Prudent. in Rom. Incenſus his aſclepiades iuſſerat. vbi, aſcle, ſpondeus eſt. Iuuenc. Vrgetur monitis Mariæ, puerumque Ioſephus: & non breuiatur contra aliquos, dicente Priſciano:*

Aliquorū error.

Priſciani regula.

Ioſephus Ioſippus. *Nomina barbara acutum in fine accentum detinentia more latino declinata acutum retinere, & penultimã producere: vt ab Adam adamus, Abraham abrahamus, Ioſeph ioſephus, ab alijs tamen, ioſippus dicitur.*

Aliquorũ incuria. Cicero arguitur. Obſequiũ ante Terẽtium. *E Super Q, breuis eſt vt diequinti: quod ex Aul. Gel. lib. ix. diſcimus: obſequor, obſequium, vndequaque: hanc regulam aliqui omiſerunt, & quia incidimus in, obſequium. Scias Ciceronem a Donato argui, putantem, Obſequium, prius eſſe a Terẽtio dictum, quam ante Terentium Plautus vſus fuerit.*

E Super R, corripitur: vt Cremera, Hiera, hiero, hiericum, hiericos, hieros, niſi duæ breues in vnã longam coeant. Manil. Hiera, ſyracuſas ſ, n, u, a, Virgil. tamen ait: Luco ſylueſtris Hiera. longando, e, ante r, Lactan. Impia Hieruſalem rabulis e, c, in ijs lector animaduertito. Longantur iſta: acheras n, p, ſynteresis: Eueridas n, p, Philere: vrbs: Cyperen, galerus, hyſpereſia: Valameris n, p, apud Sidonium: ricimer ricimeris, apud eundem: galeritus, ſtatere, trieteris, trieterica bizeres, machera, abdera, Beregitanus, arcæra, Neæra, Bythera, Cytheron, Cyteriacus, craterus, cratera, furia: chimera, panthera, perſeuero, verba ſecundæ coniugationis: vt docerem, doceres, & in prima, & quarta: vt ameris, audieris. niſi forte ſit in prçterito, aut futuro ſubiunctiui, vt amauerim, docuero, audierim, legero, videro, ſi erunt tertiæ, tantum in paſſiui futuro longatur, vt legar legeris legere. vide in. ij. vbi de cremento. Producito item propria in rus vt Rugerus, deriuata, ut auſterus, ſeuerus, iberus Breuiato tamen, quer, querus, bucerus, poſterus, obliquos breuiabis, ut mulieris, carceris, aeris, ætheris, Demito, bizeris, creueſtris, alteris, crateris, brachioneſtris, phyſi-

phyſiteris, ſoteris, ſtateris, luteris, cliſteris, poderis, vt diſputat Codrus. Breuiantur in rium, vt glycerium, miniſterium, magiſterium, deſiderium. Demitto tamen pſalterium, nyceterium, dicterium, ſoterium, miſterium baptiſterium quia græce βαπτισηριον, & η, in e longũ vertitur. Citherea, & perſeuero, ambigue, quod alij, non videre. Sil. iij Cæſæ, Germanus acheras. ſynthereſis, quia græce συντήρησις. & aduerte apud imperitos, ſcribi, ſyndereſis per d, erroris cauſa fuit, quia apud Græcos profertur per d, nam quoties ν ante τ, ponitur per d, profertur, & per t, ſcribitur. Politia. Oe uerida quod maneat pretium. ſic vtitur & Calimacus. quem in ea tranſtulit Politianus fabula, quam & tranſtulit Iacobus Crucius noſter. Interpres Laertij E, e, Muſæum terra Philerum. Petron. E, r, r, q, e, molle Cyperen. Virg. fuluosq; lupi de pelle galeros. Interpres Strabo. viij. Inde Hyſperiſiam, celſamq; in colle g, Pro pert. iiij. Prima galeritus poſuit p, l. Martia. x. Non ergo manus iſta ſed Statera. Idem. vi. Nec adhuc trieteride plena. Virgi. iiij. Stimulant trieterica Baccho. Priſcia. Bizeres primi i, q, t, u, quanquam, Bizares, legendum ſuperius diximus. Enni ſuccincti corda macheris. Ouid. Certis abdera diebus. Auſon. in fundo patriæ Begeritanę. arcera, & Neæra, quia diphtongo. Virg. ſuper alta Cythera: Ouid. natusque ad ſacra Citheron. Mart. ij. L, o, c, Gallæ Cytheriacis. Horatius. ij. Epiſt. Confuſa genus: panthera camelo. Martia. Dicas, & licet ipſe perſeueret. Aſſeuero tamen ab Auſonio breuiatur in. vi. legito, Val. Flac. vij. N., t, l, a, nec videris vlla iuuentæ. Hic in ſacerdotes non poſſum quin inuehar ineruditos. legitur autem in funebri Euangelio: Tu videris temporis futuri in ſubiunctiuo: ſcilicet media

Aliorum incuria.
Synthereſis
Imperitorum error.
Indoctos ſacerdotes

dia

dia breui. hi nanque media longa proferunt. Dij boni, vt diuerticulum faciam omnino excandeſcens cogit vehementia: quid (bonos, vt multi ſunt excipio) quot ineruditi ſunt? quid quòd rudimenta fere percipiat? & vix legendo dictiones exprimant? quid quòd cœnis indulgeant? myropolia tonſtrinas quæritent: calamiſtro cincinnos coaptent? ſed iam Auguſtino audientes, faſtidientes barbariſmorum rimas relinquamus, & quæ diximus exemplo comprobemus: Virgi. ferugine clarus ibera Lucillius: Querquera conſequitur m, c, q, d. Ouid. armentaq; buccera pauit. Virg. Poſtera Phœbea l, l, t. Mart. Ametiſtinasq; mulierum vocat veſtes: eſt autem Scazon: vbi erum, iambus eſt. ſic in prima, & quarta Andriæ ſcæna Terentius, mulierem, breuiauit: & Plautus in Milite. dicat aliquis, vt eſt Aſcenſius, apud Lucretium longari in iſto: Siqua virum ſcboles, ſiqua eſt mulieris origo. contextus autem mendoſus eſt, muliebris, enim legendum aſſeuero: quod ita legit, & Pompeius in dictione ſoboles, ſic & non ſemper breuiauimus in Theoandrothanato Tragœdia noſtra, in iſto: Chorus mulierũ flebat horrendas vices, & in illo: Mæſtæ mulieres fletibus detis modum, & in illo: Quid huic moleſti eſtis mulieri perperam: in quibus vbique, mulie, tribrachus eſt. ideo decipitur Io. Paſtranenſis, dicens, ambigue poni. ſi inuenias longum nullo pacto teneas: vel dic figuram eſſe: qua poteris excuſare Marullum Taracon. in hoc. Vt iam nemo ſibi mulieri ſperet ademptum. alioqui, niſi Ectaſis figura annueret, impatibilis eſſet error. tu caueto. Inſurgunt contumaces, grammatiſtæ, dicentes Priſcianum lib. de accentu præcipere, mulieris, in penultima longari. Non imus infitias: tamen illud non fuiſſe Priſciani opus in libro de accentu

Mulebris penul. breui omnino

Aſcenſius male allegat.

Lucretius emẽdatus.

Theoandrothanatos tragædia noſtra.

Io. Paſtra. fallitur.

Marullus excuſatur.

Priſciani non eſt opus de accentu.

centu noſtro, pluribus argumentis comprobabimus. & ſi omnino Priſciani eſt, abſque dubio pueriliter labitur. Ruff. Feſt. in ara. D, u, & phyſiteras anhelos. Luteris: quia grece λουτηρ: ſic σωτηρ. in quibus η, in e, vertitur longum. Cliſtere, præter naturam, ab illo Macro breuiatur: cui an fidem adhibeas, manum non vorto: tamen meo periculo ei, non inhereas. ait enim A, d, a intus cliſtere fuſus. Ouid. xi. Metamor. Feſta miniſterijs in r, q, l, Idem Metamor. vi. Eſſe poteſt triſti, deſiderioq; c. Non autẽ longatur: vt inerudite Valla Siculus voluit. Tibul. Q, m, ridebunt vana magiſteria. Virg. in Cir. Non arguta ſonant tenui pſalteria, chorda. Iuuenal. Et ceromatico fert Nyceteria collo. Martia. v. O, a, dicteria dicis in omnes. Idem. ij. N, q, ſurgis Soteria poſcis amicos. Paulinus Auſonianus: Q, q, Magos docuit myſteria vana Necepſi. in quo verſu zoroaſtrem intelligit Regem: qui docuit myſteria Necepſi. de quo Pli. ij. & vij. Natur. hiſto. & nos in pri. Orpheos: & Antiochenus in libris antilogiarum: vt ex hermolao diſcimus.

Vallæ Siculi error.

Paulini locus ex Auſonio.

E Super S, corripitur: vt videſis, apud Perſium Satir. prima. & eſſe vnã dictionem quidam referũt licet aliqui duas eſſe dictiones contendant: ut ibi vide, ſit, a vido vidis, tertiæ coniugationis. Demuntur: ithaceſius, Vageſus n, p. Eccleſia: quia grece εκκλησια: & η, in e, longum vertitur & dicitur (vt ita referam) concionatio: non autem proprie templum, dicitur: vt in ore ſemper ineruditorum enatat. Herbeſos, moneſes, mileſus, thermeſus, proconeſus, haleſinus, thelmeſis, tyareſos, obeſus, obeſo, galeſus, haleſus, poeſis careſis, carcheſium, moneſis, proneſon, ieſus, marpeſus, lyrneſus. megaleſia, tarteſius, mileſius theuneſus, megaleſos

Videſis vna dictio

Eccleſia. Aliquorũ error. Aliorum incuria.

galeſos, Mindeſius, magneſia, Phileſius, Opeſus, dioceſis, ſynthereſis, theoreſis, ſynechesis, compoſita a longis vt ambeſus. exeſus, adeſus: phreneſis, matheſis; ambigua hæc duo: ſic & pleureſis, quod alij minime viderunt. Sil viij. g, ſedes ithaceſia Bai. Idem. x. ſternit tellure Vageſum. Idem. xiiij. Non Herbeſos iners n, b, p, p. Val. Flac. vi. Correpto crine Moneſen. Priſcia. Thermeſus Lybiæ n, n, c, ſ, idem ſaxisq; viget Troneſus in illa. idem: Hic & Haleſius fons eſt m, u. Luca. viij. Magnosq; ſinus thel. me fidos vnde. Idem. vi. Defendit tyrateſos aquas l, q, ſ. Stat. ſyl. iij. pecuaria culta Galeſi. Virgi. x. Caſus occurrit Haleſus. Val. Flac. cura viri dipſanta careſus. Ouid. vij. Metamo. liquidi carcheſia mellis, ſuper qua dictione, an bene dixerit Macrobius, in noſtris dicemus Dubitationibus. Horat. car. iij. Iam bis Moneſis, & Pacori manus. eſt autem iambus poſt ſpondeum. Vale. Flac. iij. tonſas, auroque Troneſon. Ieſus omnino eſſe triſyllabum diximus: vt inuenies apud Prudentiū: qui tamē ab aliquibus corrigitur in Cath. in iſto: Ieſum ciemus vocibus; & ibi fecerit triſyllabum, & breuiarit e, ante ſ, quem ipſe ſic excuſauerim, feciſſe ſynæreſim, ita quòd omnino Ie, lōgetur. nam in dimetro Iambico in primo pede etiam ſpōdeus admittitur: tu tamen fugito, quando fere apud doctos triſyllabum eſt. Iuuenc. ij. Simul accipiebat Ieſus. Virgil. Quam ſit Marpeſia cautes. Ouid. xiij. Meta. Lyrneſia Mœniti dextra Auſon. C, i, ſ, equos Tarteſia calpe. hic declarandum Auſonij locum diximus: Aut auus, proauus antiquior, aut fuit olim Tarteſiorum regulus, fuit autem Argantonios, qui (vt teſtatur Plinius) centum quinquaginta vixit annos. ſuo iure vixerit, exempla perſequar. Ouid. ij. Triſt. I, a Mileſia carmina

Prudentiū defendo.

Auſonij locus. Argantonius.

mina ſecum. Stat. in th. quem per theumeſia tempe. Idem. vij. Quos pinigeris Megaleſos in aruis. Ouid. v. Metamorpho. Et Celedo Mindeſius occidit aſtreus. Idẽ in lib. pri. triſt. I, m, portus, & Opeſon, & arces. alia longantur: quia per η, a græcis ſcribuntur.

E *Ante T, longatur: vt arete alcinoi vxor: cacoëthes. Demito Hecatebeletes, Cercetis, pometius, icethaon, archetius, aetion: Venetus: quanquam a Franciſco Petrarcha, Venetia, pro regione longetur: quia aliter non poſſet in Heroico ſtare, Atque adrię imperitans, alterq; Venetia mundus: amethyſtus & ſi amethyſus melius dici aliqui inſinuent, ab arete compoſita: vt aretuſa, Panaretus, maſſagetæ, macete. obliquos ab hebes, hebeto, hereticus, nepeta, Phaetõ, Phaetuſa. nomina in etas i, ante e, habentia: vt pietas, ebrietas: Hypethaon, nomen proprium: aſcetus n, p. Epitheton, ſyntheton, cacoſyntheton, aganoteta, taygetus, taygete, trieteris, trieterica, iapetus, Lampetiæ, chryſendetum, antithetum. obliquos a nominibus in es: vt ſegetis interpretis. Demito Ceretis, agnetis, locupletis, quietis, lebetis, Daretis, Hermetis, thaletis, Philoctetis, chremetis, Pheretis, magnetis. Breuiato naturaliter, piretrum, feretrum, pharetra, triquetra, & quædam alia quę tamen propter t, & r, longari poſſunt. vietus, hoc nomen ambigue, ſic temetum, quod alij non viderunt.*

Cæterorũ incuria.

Arete, longatur, apud Græcos, & fuit Alcinoi vxor: & re, ſyllabam non breuiat: vt docui perperam Tortellius: qui & Iunianum in errore municipalem habet, & qui tam pueriliter, infantarieq; deceptus eſt, quàm alium amplius non poſſe crediderim & nititur illo Satyrici Sat. xv. Mouerat vt mendax aretalogus putans duas eſſe dictiones: ſcilicet, aretæ, &

Aretæ. Tortelij error. Iuniani idẽ error. Iuuenalis a vitio defenditur.

logos

logos. fallèris Arrettine cum municipali in errore tuo vbi ingenium tuum illud eſt? ibi autem vna eſt dictio: in qua etiam laſiptat Domitius cum Mancinello. Calderinus enim ſcribit (hunc appello tantum:.vt interpretum primarium) aretalogus αποτνσ αϱετνσ: ideſt a virtute: cui eruditiores reclamant. componitur, autē ab αϱετοσ: ideſt placitus, & logos ſermo: quaſi placita loquens. In Domitij errore Antonius Nebriſſen. etiam militat: de qua dictione apud Callepinum, & Neſtorem legito. Iuuenal. Scribendi cacoœthes, & ægro i, c, ſ. eſt autem dictio quadriſyllaba: vbi quid ſcribat Georgius Merula (Politiano teſte) eliminandum eſt. Suetoni. Noſter erit Pæan ille hecatebeletes. quod carmē apud Suetonium inuenies in Cæſaris Neronis vita. Priſcia. Poſt hos cercetij iuxta q, t, u. Idem: Purpureo que amethyſos ineſt ſ, c, Virgi. vij. Pometios, caſtrūq; inui. Idem. x. imbraſides, icethaoniusq; tymœtes. Idem xij. Archetium mneſtheus e, o, a, Ouidius. iij. Faſt. Et veteres aetionis opes. Iuuenal. vij. C, vendunt amethiſtina conuenit illis. Stat. in ach. Quo maceta ſua tela c, q, t. Mart. tardant hebetantq; palumbi. Arat. Cū tamen hæretica nigredine p, a. Seren. Siue apio nepetas teretio um m, i, aliqui tamen nepitas legunt. Valerius Flaccus. vi. E, n, magnanimos hypethaona geſſo. Stat. vi. thebai. Aſceton increpitant m, q, n, c. A theton compoſita breuiantur, quia ſimiliter græci. Virgilius: Taygetiq; canes Ouidius. iij. Faſt. Taygetenq; ioui. Idē Quam ſatus iapeto miſtam ſ, u. Idem: Candida Lampetiæ ſubita r, r, e. Martia. xi. Pueros chryſendeta mēſas. Virgi. x. Qui cerete domo, qui ſ, m, i, a, aduerto ſi ceritis, penultima breui inuenies, teſtibus Capro, & Priſciano, venire a nominatiuo hic & hæc ceritis. Martial.

Domitius, Mancinel lusq; lapſitat.

Antonij Nebriſ. error.

Geog, Merula errat.

Ceritis.

tial. Vxorem quare locupletem ducere nolim. Virgi. v. Pulſat, verſatq; Dareta. Iuuenal. Et mite Thaletis Ingenium Stat.ix. Th. l, p, a, q, t, ſed caſſa ferretis. Silius: Qui magneta ſecant ſ, h, i, m. In temeto, errauit Omnibonus, tantum breuiari ſcribens, cum ſit ambiguum.in.vi.videto. Oibonus errat.

E Super V, longatur: vt Sueuus: paraſceúe: quia græce παρασκευάζω: Excipe, Beneuentum: et compoſita a bene, & male: vt beneuolus, maleuolus Auſonius: Quod campana in Beneuento.

De I, in medijs ſyllabis. Cap. 4.

I Ante B, corripitur: vt ſenſibilis. aliqui, nullibi, in exemplum producunt: quam dictionem apud idoneos, velut barbaram, non inuenies auctores: vnde te admoneo: vt, nuſquam non nullibi, dicas. Demito Oribaſus. & compoſita, quæ per ſimplicia cognoſcuntur vt prælibo, Lucre.ij. Ex inſenſibili non credas ſenſile gigni. Ouid.iij. Metamor, Dorceus, & Oribaſus, Arcbades omnes. & Græci ſcribunt ὀρείβασος: & ει, in i, longum vertitur. Nullibi triuialis dictio. Nuſquam

I Super C, breuis eſt: vt ſuſpicor, quando ab aſpicio: ſic cum ſimilibus compoſitis: mordicus, vbicunq;, & hic Sulpitio adhærebo: vbicunque, ambigue poni edocenti, quem falſo Neſtor corrigit. & nomina in icus propria quæ a ſubſtantiuis, vel adiectiuis formantur, addita cus: vt a fædus fæderi, Fædericus, Theodori Theodoricus, Dominicus, ſic & nomina barbara: vt Alaricus: Aliqui tamen volunt talia elongari: quibus aſtipulatur Claud. dicens: Res Alarice tuas. Longato iſta, ſolopichyum: phænicopterus, apud Iuuenalem: inſpico cas: inſpicor, diſpicos, a ſpica: Palici, Scilices, febriculoſus, Apicius, extrico, Aricia, ſeticulus: Vaicus Sulpicio hæreo. Nestoris error.

n, p, extricatus, triuicum, cornicula, apricus, amicus, inimicus vmbilicus, formica, formicinus, nouicius, pudicus, pudicitia, lorica, cornicor, pedico, nomen, & verbum: lectica, mirica, maryca, cunyculus, Caycus embicus mendicus, mendico, veſica, veſicula, ceruical, vrtica, poſtica, poſticum, anticum, anticus, antica, lumbricus, rubrica. obliquos a radix, radicitus. perdico cis, multicium, laſſerpicium, cõuicium: quod nomen a vitio non venit: vt perperam aliqui præcipiunt ex Marcelli opinione, cũ ſtructus camænalis aduerſetur: ſed a voce, quaſi conuocium, ideo qui per t, ſcribunt, delirant. Ob, niſi auctorem proferam, reluctantur. Vlpianum en ecce profero iuriſconſultorum ſpirarchen. in lege itẽ apud Labeonem. paragrapho Ait pretor. digeſt. de iniurijs, & fam. lib. cuius verba ſunt: Conuicium autem dicitur vel a concitatione, vel a conuentu, hoc eſt acollatione vocum. cum enim in vnum quamplures voces cõferuntur, conuicium: quaſi conuocium, dicitur, Pompeius vero a vicis, in quibus primum habitatum eſt, oriri ait. qualicunque, quanticunque, tanticunque, periculum redimiculum, equilocus, cuticula, Canicula. tegeticula, craticula, labicum, vſtica, naſſica, pallicus, neſſica. nomina viri vt Beronide Polynices, theſſalonices andronica: Vaticanus: Numicius, bebrycis, orichalcum, ambigue hæc quatuor; ſic & Phæniceus. tot non videre qui ante me ſcripſerunt. Producito etiam obliquos ab adiectiuis, & fæmininis, in. ix. vt felicis, pernicis, ideſt velocis, lodicis. Hinc demito, pernicis a pernix quod nomen venit a perneco; vnde perniciosſus, natricis, iſtricis, ſalicis, maſticis, filicis, maſticis, piſtricis laricis coxendicis, onycis ſi vero obliqui erunt a maſculinis in. ix. breuiantur, vt calicis. Excipito ſandicis,

Marcellũ non admitto.
Conuiuiũ vnde.
Aliquorũ error.
Vlpianus iuriſcon. ſpirarches
Aliorum incuria.

ſpa-

ſpadicis, bombicis, Caycis, Phœnicis. Poſtremo nomẽ in, ex, obliquos reddit breues, vt verticis. ſilicis. Hinc tollito, uibicis: patricida, matricida, homicida, naturaliter breuiantur, ſe apud poetas, annuente verſu, longãtur, ſuper qua re nullam cæteri fecere mentionem. Fulica, auis, a Furio Antiate, longatur, vt Fulica, leuis volitat ſ, a, c, vt habemus ex Aul. Gel. lib. xviij. cap. xi. Doryclus, ambigue ponitur. Horat. iij. Car. Integer laudo fuge ſuſpicari. vnde miror Callepinum, dicentem ſuſpicor, & conſpicior venire a ſpica, vt inſpico apud Virg. Ferroq; faces inſpicat acuto, & ibit ait Priſcianum, non audiendum eſſe, dicentem hæc verba ab, aſpicio deſcendere. ego autem Priſciano aſſentiens, Callepinum non admittam, cogente ſic ſtructura camœnali, mox eſt propter differentiam, vt diximus. Horati. Diuellere mordicus agnam. Catullus, Dij magni ſolopichyrum diſertum, non autem, Solopachyrum, legas vt diximus. nam πηχυσ, non παχυσ dicitur. Vnde Oppianus quendam piſcem ἰσόπηχυν, ideſt cubitalem nominauit, Ouidius. v. Metamor. Stagna Palicorum rupta feruentia terra, & Paliſci, non dicuntur, vt perperã putat Tortellius, dicens, Eſſe compoſitum a græca: & latina dictione nomen. quem errorem vel infantiſſimus facile percipiet. Enni. Incedit veles vulgo Sicilicibus latis. Catul. Verum neſcio quid febriculoſi. Iuuenal. Saty. iiij. Quæ miſer. & frugi non fecit apicius hoc tu. Horati, Me cepit aricia Roma. Virg. Pariterq; ſeticulus aſper. Sil. pri. Et mutantem membra Vaicum. Horat. Sat. iij. M, n, a, h, vnde extricat amaras. Idem: Si pugnat extricata denſis. Idem ſaty. vij. Niſi nos vicina triuici. Idem moueat cornicula riſum. Mart. Iam preuenimus vſq; ad vmbilicum. Iuuenal. tetrumque noui-

Cæterorũ incuria.

Priſcianus defenſus.

Callepinũ non admitto.

Tortellij error.

cius horret. Priſcia. Tecum graue cornicaris inepte. Virg. Te noſtræ Varræ myrice. Martial. D, e habitare cuniculus antris. Lucret. vi. Tum plena animæ veſicula parua, Seren. Lumbici quoque terreſtres m, o. Perſci. Maſuri rubrica notauit. Iuuenal. ij. ſaty. cum tu multicia ſumas. Sil. viij. Raſtrisq; nouant equicola rura. Perſ. S, e, a, curuata cuticula ſole. Idem: F, q, a, ſ, inſana Canicula meſſes. Martial. Dat tibi fęcundos Iuli tegeticula ſomnos. Idem: P, t, incurua craticula ſudet ofella, & in his errat Omnibonus, dicens i, ante cula, tantummodo longari in cuticula, cum & in alijs, longetur. Neſtor vero ait, in viticula ti, breuiari, & apud Virgilium in Diris. Dulci namq; tumet nondum viticula Baccho: obelo confodiendam dictionem, & aſteriſco, vitecula, ſubſtituendum eſſe edocet: puerilique ratione motus, innuit, viticula non eſſe: vt: craticula, & alia quæ diximus: eo quòd in viticula, ex primis tribus ſyllabis Dactilus optime poſſet cõfici: non ſic in prę fatis dictionibus: an quę dixerit placeant, pilifacio me tamen non habebit municipalem. & quia vtor ſæpius, municipalem habere, eleganti metaphora intelligo eſſe eiſdem opinionis: velut dicimus, municipales eiuſdem municipij. Sil. xij. Ingreſſus & arua Labici. Horat. Valles, & vſticæ cubantis quòd Neſſica longetur, Priſcianum de accentu legito: quanquam alias illud Priſciani non eſſe opus dicemus. Mart. In Vaticanis condita muſta cadis, licet ambiguum ſit. Cõtra Callepinum duntaxat breuiari dicentem ſed multa non ſpernenda legito in. vi. Stat. Clari Polynicis ad ignes. Iuuen. Modo ſub lodice relictis. Aduertas lector contra grammatiſtas, grammatocyphonas: ideſt neceſſitate vrgente ſubmiſſo capite papyrum ſupra genu tenentes, dici in nominatiuo,

Omnibo- ni er.or. Neſtorem non admit to.

Municipa lē habere.

Callepini error.

Cõtra grā matiſtas. Grāmato- cyphones.

tiuo,lodix non lodex,Priſciano teſte.Lucil.Sat.ij.Si na tibus natricem i, c, e, c, C alph. Hirſuta ſpinoſior hyſtri ce barba. Sere. C, a, i, gemina coxendicis vmbras. Propter. Vel ſit ſandicis amictu.Virg.Georg.iiij. Spa dices,glauciq; color. Memento Spadica, apud Doricos auulſum e palma termitem cum fructu appellari: vbi, Thermes, dicitur ramus è trunco decerptus. ſic declarabis apud Au. Gelliū lib.ij.cap.xxvi. Perſi. Si puteal multa cautu vibice flagellas. De ambiguis in vi. aſpi ce. Alia exempla non exequar:quia aut reperitu facilia ſunt,aut alias induxi.

Spadix.

Termes.

A.Gellii locus.

I Præcedens D,corripitur,ut Stoicide,mitridates Calydonius:Chelidonia, ambiguum eſt. Demito,Eueridas n, p, Calydonius, a ſylua Britanniæ,quanquam Calidonius, per e, melius ſcribitur: Chelidonia: Neſidis,a Neſis:poſides,apud Iuuenal Saty.xiiij. Abydus, Pyſides, populi: Alibida, Syridame.Dauidis, pſophidis,eidem,meridies,ibidem, trucido, matricida, patricida,homicida: occido.i.interficio a cedo cedis. ce cidi, a cedo: incidius, & compoſita a cedo, ſuccidaneę vt ait Au.Gel.lib.iiij.cap.vi.compoſita a ſido ſidis: vt ſubſido, inſido, conſido: Eligidium, apud Peruſium, Acidalia,faſtidio,faſtidium, faſtiditus,crepido:crepida,apud Græcos,apud nos, corripitur. Lōgato etiam nomina propria in ides: vt Lycorides,Pherecides: Ariſtides, & patronymica a nominibus in eus dihptongum, vt Theſides, Coronides: alioqui patronymica breuiantur: vt Priamides: Bellides tamen longatur patronymico maſculino, ſic Lycurgides:vt etiam adnotant Codrus & Priſcianus. Longato etiam,Cupido cupidinis, libido,conſidero,deſidero,deſiderium formido nomē,& verbum,confido,collido, quia ſimplicia longātur, che-

lydrus, Dauidis, quotidie, Euripedes, hæc quatuor ambigua ſunt. Tot alij non adnotarunt, ſic videtur; & ibidem. Iuue. Stoicidæ quid enim falſi L, ſ, q, in qua dictione: vt placet, ita ferendus nõ eſt Georgius Valla, dicens, Stoicidæ fœminini eſſe generis. an audiendum ei ſit. doctiores iudicent. Ouid. vlti. Meta. Cinyphiumq; Iubam, Mithridateisq; tumentem. Politia. O Euerida quod maneat prætium & ſic Callim. quem in ea fabula tranſtulit. Mart. Quinte Calidonios Ouid. u, b, Columel. xi. Purpureaq; Chelydoniæ p, q, m, quanquã ibi, Caledoniæ, legatur melius. Sta. Syluaq;, quæ fixã pelago Neſida coronat. Lucanus: Admouit Sexton Abydo. Priſcia. Poſt hos Piſidum pinguiſſima r, c. Idẽ: Nec ſpatio diſtat Deſidum litora L. Virg. in Cop. Huc alibida veni ſ, i, ſ, a. Horat. Tu ne Syrida mea, d, ſ, a. Iuuenc. E. h, m, Dauidis origine ioſeph. tamen (vt dixi) e, ambigue ponitur Ouid. in Metamor. V, ſ, o. Pſophidaq; Cyllenemq;. Iuuena. Ire viam pergant, & eidẽ incumbere ſectæ. Horat. inclinare meridiem. Virg. Ter fluctus ibidem: ad placitum poni Sulpitius ſcribit, cui hereo, quanquam Neſtor corrigit, & a me reprehenſus niſi merito id comprobet. Virg. Primosq; trucidat. Auſo. Matricida Vero. Idem: Vt parricidæ r, a, d, & ait Priſcianus, vbi accẽtu (vel quicunq; fuerit) parricida matricida, ideo longari in penultima: quia e longa in i, productum vertitur. Stat. Summis inſiditur aſtris. nec talia cõpoſita a ſido ſidis tertiæ coniugationis i, ante, d, breuiant: vt vult Callepinus. ex quo Benedicti Philologi minus mihi adulatur opinio, dicentis: inſidias, ab inſido venire, cum refragetur ſyllaba: ſed ab inſideo potius: ideſt doloſe aliquem expecto. Mart. vi. Ludit Acidalio ſ, n, m, a, n. Iuuenal. Subſidunt pennæ. Idẽ

Aliorum defectus. Georg. Valla non admitto.

Sulpitio hæreo. Neſtor reprehenſus Priſciani regula.

Callepinus errat. Benedicto Philologo non hæreo Inſidiæ vnde.

Nulla

Nulla crepida vacat. crepida apud Græcos longatur. Theoc. Edyl. v. πάντα κρηπῖδας πάντα κλαμυδηφόροι ἄνδρες: apud nos breuiatur, Horat. in Sermo. Chryſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunquam. Perſ. Non hic, qui in crepidis græcorum l, g. Ouid. in Ibin Stela Lycoridæ cui fuit equa u, Seren. S, q, n, paueat Pherecidis Fata Tragedi Ouid. ij. Triſt. Iūxit Ariſtides m, c, ſ, alia facilia repertu ſunt. Euripides, omnino ambigue ponitur contra aliquos contumaces, qui in ſuis nugamentis longari tantum volunt. quod in. vi. poteris videre Epographia.

Crepida. Aliquorū error.

I Ante F, breuis eſt: vt Periphas, Antipho, Antiphus. Demito, meliphilla, Seripho, Aliſanus, Aliſani, calices: Aliſanum, oppidum: Cayphas, hoc nomen ambigue inuenio. Ouid. Teq; ſenex Peripha. Pindarus Auſon. in Perioc. Antiphon, ingenti proſtratum vulnere fundit. Virg. Georg. iij. Trita meliphilla e, c, e, g. Ouid. Planamq; Seriphon. Sil. xij. Orythia domos hinc Aliſanus Iacco. Horat. Sermo. ij. Inuertunt Aliſanus vinaria tota. De Caypha, quod ambiguum dixi, in. vi. legito.

I Sequente G, optat corripi: vt prodigus. Demitto, cocciges piſces apud Oppianum, ſalpyga, veſtigo, veſtigium, depygis, faſtigium, Leſtrigon, vectigal, præſtigia: præſtigiator, ſecundum quoſdā: quia a perſtringo: tamen inuenio breuiari: quod placet: vt inferius in exemplo dicam. Longato item nomina in ga, & in go, vt auriga, caligo: orrigo porriginis, apud Iuuenalem: & vitiligo, apud Lucilium pro macula, legito. Pompeium, præter caliga. Longato item, quadrigæ, affligo, confligo, caſtigo, in ſtigo in compoſitis aduerte, quia ſimplicia ſequuntur. Luca. ix. Tuas metuat ſalpyga

Quorundā error.

Sedulius excuſatur

ga latebras. Claudia.iij.Rap. Veſtigare domum p, c, a. Virg. Et veſtigia preſſit. ex quo Sedulij noſcitur dicentis error: Veſtigijs calcare ſuis: ſed a Iano Parrhaſio doctorum lãpade excuſatur. vt duo j, in vnum vertantur. Horatius: Depygis naſuta breui. Auſon. Intrent faſtigia nubes. Ouidij.ij, Pont. Q, n, a. Leſtrigona deuouer aut quis. Horat. Annonæ quoq; ueſtigal, merceſq; ſequẽtur. Mar. Capel. 4. Et iners Marſica dudũ fieret pręſtigia ſtrix. eſt autem carmen Ionicum a minore, quatuor Ionicos a minore recipiens: in quo: ſtigiatrix, eſt Ionicus minor duabus primis breuibus, & vltimis duabus longis: illis, qui volunt longari, ſi exemplum afferant, adhęrebo. Iuuena. cum pateant altæ caligantesq; feneſtræ. vnde emaculato carmen Sil. xij. Ac iuxta caligante ſitu, lege: Iuxta ac caligante, aliter verſus claudicaret: Iuuenal. Veniam caligatus in agros. Lucil. lib. xiij, Accubus inter ſeſe armis confligere cernit.

Silius emaculatus.

I Super L, corripitur, vt Atyla, rex: Maſtylia, vrbs Galliæ. Demito, Dactylotheca, apud Martial. Maſſylia, Libyæ regio, Manilius, Mania, Oileus, Pantilius Seruilius, Auſilena, Pamphylia, Pamphylius, la lum, Pamphylis, venilia, agilinus, triphylis, agileus, cõpilio, quia à pilo ideſt expolio: vt in tertia Epographia, vbi de i, ante l, diximus. Longato etiam neutra in e, vt cubile, ancyle mantile, ſedile, crocodilus, creophylus: Erypile, pro vxore Amphiarai: pugilares aſylum, mirmilo, cordilus, Agyletum, Petilia, maſylius, veſpertilio, aſylas: conchilium: quod alij, conchile, dicunt nomina in alis. vt hoſtilis exilis, Quintilis, aliqui etiam, futilis, adiungunt: quia a futio quartæ veniț coniugationis, vt eſt Callepinus tamen inuenio breuiari apud Virgi. xij. Mortalis mucro glacies ceu futilis,

Callepinũ nõ admitto

lis,

lis ictu. Demitto iſta quæ breuiantur omnino agilis dapſilis nubilis, vtilis, peſtilis, parilis, humilis, futilis atilis, . & nomina in bilis, quæ breuiantur: vt amabilis: Rutilius, Eryphile, Catylus, Galilęa, Seruilius: hæc quinque ambigue ponuntur. tot alij non viderunt S dō. E, t, i, t, diffuderat Attila turmis. Lucan. Maſyliam delere vacat. Iuuena. Accuſat Manilia ſi rea non eſt. Hora Ser. pri. Men moueat cimex pantilius aut c, q, Sil. v. Aderit Seruilius armis. tamen indifferenter reperiri in. vi. edocebo. Lucan. E, g, reſidens Maſſilia ferro. Catull. Aufilena fuit ſ. d, c. Priſcianus: Pamphylia clauditur iſto. Idem. Pamphylumq́; latus. Idem: Terræ Pamphylidis aris. Idem Zephyrum triphylidis aris, alij dicunt poſitionem eſſe. Virgi. x. Cui diua Venilia mater. Idem. xij. Troes, agiliniq́;, & p, a, u. Horati. Lenis Agileu. eſt nanque carmen Adonium. Idē. Nec te compilent fugientes h, t, h, Iuuenal. A, e, p, c. crocodilon adorat. Et non immerito, quando Gręci cum ει ηę κόδειλον ſcribant. Interpres Strab. Ante Creopyli. Iuppiter at fueram. & hoc ex Callimachi Epigrammate. Virgi. Mœſtamq́; Eryphilen. ſi vero eſt Sibila eiuſdem nominis e, ante r, longatur penultima breui. Tibul. ij. Eriphile Phœbo g, q, q, m. Iuuenal. Nec pugilares defers. Auſonius. Quis Mirmiloni c, æ, t, Martia. p. Argiletanas maius h, t. Virg. P, p, ſubnixa Petilia muro. Ouid. in Phil. S, n, ſ, & veſpertilio ſtridunt. Virgi. Coryneum ſternit Aſylas. Iuuenal. Horū ego nō fuggiam conchyliam p, i, Auſoni. Quiſquis ab exili progrediere loco: vbi impreſſi codices exilij, duplici i, in fine habent. Hic (vt opinor) Lauerniones, & mihi detrahentes inſurgunt: quod minimas impreſſorum adnotem labeculas: taceant hi literarum hoſtes qui, ſi ipſi

Aliorum incuria.

Auſonius emaculatus.

ſcriberent, aut adnotare minus ſcirent: aut labeculas labeculis contaminarent. Iuuena. Saty. v. Ad nos iã ueniet minor altilis i,p,Mart. Sutilis aptatur crinibus a,r.

I Præ M, curtari debet: vt Polymeſtor, redimitus: quanquam Prudentius dixit in Pſych. Ipſa remitos olea frondente capillos. Longantur vero, Adimãtus n, p. Theotimus n, p, adrimachides, Arimathia, Ariminum, diſcrimẽ, diſcrimino, patrimus, matrimus, quadrimus, rudimẽtum, pauimentum, opimus, opimius, Opimianus, apud Martial. ſublimis, illimis, ſuffimen, ephimerida, Amymone, Alymon, Amymone, Achimenides, Archimedes, quod tamen ambiguum inuenio. Longato etiam enthymema. primam in præſenti: perſonam pluralis quartæ coniugationis: vt audimus, & omnia ab ea deriuata: vt molimentum, munimentũ, veſtimentum de nominibus in mentum, pulchrã Priſcia. regulam in hac Epogra. vbi de u, ante m, narrabimus: tamen inuenies, inquimus, breuiari in hoc apud Hora. pri. Ser. Cõmuni ſenſu plane caret inquimus heu, erit, quia eſt anomalum. Præterea Probus vult, in omni ſubiunctiuo omnium coniugationum: quod in perfecto. futuro pluralibus penultima longetur: vt amauerimus, audiuerimus legito quid diximus in, ij. Epogr. vbi de præterito in, imus diſeruimus: ſed iam reuertamur, ad cõpoſita, quæ omnia ſequuntur ſimplicia. Ouid. xiij. Metamor. V, a, a, diræ Polymeſtora cædis. & ſcribas per m, non autem per m, & n, vt docet Tortellius. Ouid. in ibin: Quique in Adimantum ph. r, t. Quin. Catul. Aufugit mianimus credo (vt ſolet) ad Theotimũ Sil. ix. Vulgus Adrimachidæ pariter g, a, c. Iuuenc. iiij. hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph Luca. pri. Innodit Ariminum & ingens. Stat. pri. The. Frontem

Inquimus media breui.

Probi regula.

Tortelij error.

tem diſcriminat anguis. Ouid. primo Art. Tale rudimentum t, ſ, n, d. Lucil. Vere pauimenta a, e, u, Ouid. iij. Faſt. Sanguis equi ſuffimem erit. Iuuenal. Saty. vi. Cernis ephimeridas q, u, c, i. Sabi. in. Epiſt. Si ne que Amymomen, l, f. Idem: Circeq;, & Alimone nata. Ouid. vi. Meta. Argos Amimonem Ephyre p, u. Idem: Noſcit Achimenidem. Martia. Capel. Archimedea aſtrificante manu. Iuuenalis: Torqueat enthymema, nec h, ſ, o. Ouid. xiij. Meta. Foſſas munimine cingo. Catullus: Dehinc cum millia multa fecerimus.

I Præcedens N. breuiatur: vt circino, inquino, deſtino: Amineum, Sardinia: licet hæc duo ambigue, quod alij nõ viderunt. Excipiantur, Latinas. Amerinus n, p, mancinus, bouinator, paupertinus, veterinus: cirinus: ſelynis, prodino, inteſtinum: Lepinus mons: puluinar, Haleſinus, confinium, acceſſinus, Moſſini: Peruſinus, couinum, caudinæ, corphinum, verginius Hercinia ſylua, apud Senecam: Verginia n, p, Phorcinis, Opiterginus, echinades, genuinus, inclino, opinio, opinor, opinio: triclinium, quod ambiguum eſt, cæteris non adnotantibus, & obliqui a trachin: ithinus, caminus: Euxinus, Pachynus: licet iſta duo ponantur ambigue Erinis, Telchines ſalinum, eraſinus: obliqui ab acinax: vt apud Horatium: Medus Acinacis: Antoninus, vt ex Lampridio habemus: Flauinius, Ortinæ, Argantoninus, Iphinus, catinus, concinno licet poſitione: Spoletinum, feſtinus, omnino, ſupinus, lacinia. Altinum, Petrinum, Caſinum, Vrbinum, matinus, matutinus, Rudinus, Rutupinum, Lucrinus, Locrinus, Murinus, velinus, Arpinum, Hirpini, Leontini, Volſcini, Atinus, Appenninus, Lauinum, Salentinum: reſina, ſcantinia: quanquam hæc duo indifferenter ponuntur: quod maiores

Aliorum incuria.

Cæteri nõ adnotarũt

Alij non viderunt

res mei non videre. Sentinum. Aquinum, Vtinum, Turrinus, Bizantinus, Triphollinus, vicinus, vicinia, cuminum, Ticinum ſed videto inferius quid de hac referam dictione. Producito quoq; tintinabulum, hymine, myrſinos, eryneos, mytina nomina propria in inus: vt Martinus: Iuſtinus, Cratinus. hinc excipito Fuſcinus, Cælinus, Lycinus, Murinus, Hebrinus, Morinus, Producas item deriuata, vt Quirinus, demantur, diutinus, priſtinus, hornotinus, quatinus, criſtallinus, praſinus, amygdalinus, glaucinus, myrtinus, coccina, ianthinus, ac intinus, apyrinum, crocinum, oporinos, chimerinor, craſtinus, hiccine, hæcine, hoccine, nondinæ, bombycinus, amethyſtinus, ſandycinus, ſerotinus, protinus, oleaginus, biſſinus, faginus ſmaragdinus: quod nomen apud Poetas criſtianos ambiguū inuenies: Clandeſtinus, mediaſtinus, longantur, non breuianter: vt male ſentit Omnibonus cum Io. Paſtrano: quos forte decepit Tortellius, in dictione hyacinthus, eadem ſcribēs. Longato deinde nomina (Priſciano teſte) ab habentibus t, venientia: vt Tarētinus, preneſtinus, Arretinus, Demito adamantinus, hyacinthinus, amethyſtinus. Longato inſuper habentia i, ante, na, ut ſagina, hemina, cercina. collina, ſarpina aruina, farina, cortyna, libitina, culina, piſcina, de qua dictione vide Priſcianum in poſſeſſiuis. Hinc demito, fæmina, lamina, fiſcina Proſerpina, trutina, buccina, Mutina, ſarcina, elemoſina, ſtatina: ſquatina piſcis: catina, aſina, Felſcina, Sophroſina. ruſpina, Ephroſina: Caſina, Comœdia Plauti, Patina, ſaſina, machina, ſibina. Producit demum aliqua nomina propria in ne: vt neryne, Neptunine, Adraſtine. obliquos a nominibus in, in: vt Salaminis delphinis quod etiam delphinus, ni, dicitur. Hic difficillimum eſt omnia

Omniboni, & Ioã. Paſtra. error. Tortelij idem error.

Clandeſti. nus. Mediaſti. nus.

Caſina, Plauti comœdia.

Delphin. Delſinus

nia

nia ſub regula contineri: nam potius exempla edocent. Studioſe lector hic exemplis ſuperſedebimus: quia apud Neſtora lib. viij. inuenies: aliqua tamen, quę ille omiſerit: aut in quibus aliquid eruditionis edocebitur, apponemus. Virg. Et me deſtinat aræ, ſic deſtinatus, contra Franciſcum Maturantium, dicentem: deſtinatū apud Iuuenalem produci Sat. iiij. Et domini gladijs iam deſtinata, ſed olim. Vere opinionem firmauit ſuam: ſed fallitur. nam codicem mendoſum vel myops noſceret: et deſtinata, obelo expugnandum, & feſtinata, aſteriſco ſubſtituendum. Et quia obeli, & aſteriſci mentionem fecimus, non inuenuſtum erit declarare quid ſibi velint dictiones. Obelus autem erat virgula in tranſuerſum educta, qua vtebantur, quoties vna erat oblinenda dictio, aut expungenda hoc modo. / Aſteriſcus vero erat Stellulę forma, qua vtebantur, quoties aliam idoneiorē loco in epitoris interponebāt dictionem, hoc pacto. Hęc dixiſſe volui: vt memorię mandares dum exempla perſequerer. Ex hoc etiam miror Vnum (cuius parco nomini) alioqui bonū literatorem ſic dixiſſe: Vtpote quæ nato male deſtinata diu ante: cui penitus non hæreo. Sil. viij. At Larinatū dextris ſ, b, a. Idem in eodem: Fortes Amerimus & armis. Idem. ix. Mancinus gaudēs b, q, u, p. Lucil. xi. Hic ſtrigoſos bouinatorq́; ore Improbus duro, vbi, bouinator: ideſt tergiuerſator interpretatur, quanquam alijs bouiator, legitur. Sidon. Angulus iſte patet paupertinusq́; receſſus. Lucil. v. Et genus omne, quod eſt veterino ſemine partum. Iuuenc. ij. Cyrinus proprij, cui t, p, o, f. Sil. xiij. Palmis quoque onuſta ſelynis. Ennius: Prodinunt famuli cum candida lumina lucent. vbi, prodinunt: ideſt prodeunt, interpretandum eſt Luc. ij. Inteſtinum habeat cunctis i, r, a. Columel. Quæ*

Franc. Maturandus fallitur.

Iuuenalis a vitio defenſus.

Obelus.

Aſteriſcus

Vnum auctor.

Lucilij locus bouinator.

Ennij locus Prodinunt.

ſignat

ſignat monte Lepino. Priſcia. Hic & Haleſinus fons eſt. Idem Sibimet cõfinia ingens. Idem: Scopuli fundũt Aceſinem. Idem: Moſſiniq; domos p, q, l, t. Lucan. pri. His Cæſar Peruſina fames. Idem in eodem: Monſtrati, Belga Conuini. Idem. ij. Vltra caudinas ſ, u, f, Idem in eodem: Ad te Corphini validas c, m. Iuuenal. Verginia gibbum. Et aduerte antiquos, Verginiam, non Virginiam ſcripſiſſe, ſi credendum marmoribus. vnde Politianus, Vergilium, non Virgilium dicendum innuit: quod probo. Idem. T, n, ſ, quid enim Virginius armis. Luca. ix. Late. Phorcynidos ora meduſæ. Idem. iiij. Hic Opiterginis moles o, c. Idem. vi. Oblimat echinadas vndas. Sta. vi. Thebe. Nec opinio fine reponunt. Catul. Conceſſerit incola Ithini. Val. Flac. ij. Tranſit ad Iphinon: iiſdem q, a, i. Iuuena. Tot pariter pelues tot tintinabula dicas: licet verbum apud Catullum breuietur: Tintinant aures. eſt autem principium Sapphici: vbi Trocheus eſt in primo pede. Interpres Strab. viij. Et quantum Hymine Mirſinos, & vltima c, audit, Olæniæq; petræ. Idem. viij. Tu populos conſiſte tuos. ad Eryteon Hector. Idẽ. xij. i, u, monumẽta myrinæ. Ticinũ vel Ticinus apud Siliũ, tum longa, tũ breui media reperitur ſed vt conqueritur Franciſ. Philelphus. Silij Codex vbicunque ci, producitur, deprauatus eſt ab Vno: vt ſui errorem carminis tueretur, Quę tamen, cum vbicunque Silium non corruperit, eius fraus deprehenſa eſt. Nam inuenies, iticinum, apud Silium duabus primis lõgis lib. i, v. vi. ix. vbi corruptum Codicem aſſeuero. libro autem. vitale carmen eſt: Adde etiam Ticini ſpumantes ſanguine ripas: quod carmen verum eſt. Quod cogitans Neſtor allegat Sereni carmen: Allia præcipit Ticini ſententia necti: ſed decipitur: nam apud Serenũ non

Verginia.

Virgilius.

Tintino.

Ticinus.

Silij Codex corruptus.

Neſtor fallitur.

Serenus emendatus.

non Ticini ſed Titini, legendum eſt De Titinio facit mẽtionem Nonius Marcellus in dictione Toga, & in dictione, Argutor His enim fuis: poeta Togatarum ſcriptor vt diximus, & ex Sereno conijcimus. hunc etiã ſæpius inducit Priſcianus. Non eo tamen inficias, ci, ambigue poni: vt in. vi. dicemus. ſed, vel poſito pignore, affirmauerim, Ticinum, in prima ſemper breuiari: quod Baptiſta pius denegat: qui forte propter Silij exẽpla fallitur corruptiſſima. hinc fit: vt Iouiano Pontano in fine hexametri: Ticinide terra, prima longanti, minus hæream. Martia. Septem Iuſtina bibatur. Aduerte (vt ſæpius diximus) ſubſtantiua aliquando primitiuorum minus ſequi ſyllabas: vt Iuſtinus, Iuſtinianus in qua dictione ſecunda breuiatur; quam protenſam in primitiuo videmus. Itaq; (vt omnibus ſatisfaciam) carmen græcum in medium afferendum duxi: quod nõ minus bonarum literarum ſtudioſis erit gaudio, quam legum candidatis oblectamento: Præſertim ſi totum Epigramma Angeli Politiani munere, omnibus communem, & domeſticum quod in digeſtorum Florentiæ viſitur, frontiſpicio oculis ſubijciam.

A. Baptiſt a Pio diſſentio.

Βίβλο ἰουστινιανὸσ ἄαξ τηκνήσατο τήνδε
τὴν ῥατειβωνιανὸσ μεγάλῳ καμὲ παμβασιλῆϊ
οἷα τισ ἡρακλῆϊ πανάιολον ἀσπίδα τεύξασ
ἣ ἐφ' μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα τε μύθων
ἄντροποι δλασίνα τὰ δορύχθη τούτῳ λυθύσησ
οὔρωπησ πείθονται ὅλου σημαίνουσι κόσμον.

Nos aũt experiũdi ingenij gratia, ſic latina fecimus

Hunc Iuſtiniani fabricauit cura Libellum,
Ipſe Tribonianus, quem condidit omni regenti:
Herculeo vt quis agens varia vndique ſcuta lacerto.

In quibus actarum fulgent mira omnia legum.
Aſt homines Aſię, victæq; Libyſtidos haſta,
Europæq; tremunt, cui ſubdita machina mundi.

Praſinus color. Hiacintus color.

Hæc appoſuiſſe volui: vt vtraq; lingua conditos haberes verſus, in quibus, Iuſtinianus, ſecundam breuiat. Martia. De noſtra praſina Syntheſis e, t, quæ dictio facit: vt patefaciam duo colorum genera. ſ. praſinum & hiacyntinum. nam praſinus & hiacynthinus ab eruditis dicitur color quem triuiales viridem, & cæleſtem appellant. Lucret. i. Naturam clandeſtinam, cæcamque adibere. Idē. ij. Significet clandeſtinos, cæcosque ſubeſſe. Sil. vij. Ceu Clandeſtino traheretur ſ, b. Manil. pri. Et clandeſtiuis ſurgentia ſ, a. Horat. in Epiſto. Tu mediaſtinus tacita prece rura. p. Lucil. xvij. Villicum Ariſtocratem mediaſtinum, atque bubulcum: quanquā mediaſtrinum, ibi multi legunt. Tot exempla adſcripſi vt Tortellium erroneum taxarē. Iuuenalis Stomachū laxare. ſaginatus ta tum, corripuit Calp. Aeglog. iiij. Vt quoque turba bono plaudat ſaginata magiſtro. Catul. Tu ne Thetis tenet pulcherrima Neptunine. Alia (vt dixi) apud Neſtora inuenies exempla.

I Super P, breuiationi obedit: vt Oedipus. Demātur Racipalis, meliphilla, Euripus, obſtipus, conſtipo, collyphium, Serypho, Seryphi, Enipeus, Leliphagus, Ephippium, licet poſitione: Cayphas, ambigue, ſic & diſciplina, magnipendo, apud Horatium, longatur. Non magnipendis, quia contigit a m, c, ſed (meo iudicio) alia breuiari dicerem. nam i, in fine compoſitionis, breuiatur, vt paruipendo, magnipendo. Io.

Io. Paſtranus deficit

Paſtranus defecit, dicens: ab hac regula nihil idem. Euripides, ambigue: quod non vidit ante me ſcriptorū chorus. Ouid. Qetipodas facito t, q, u, Lucan. v Dominum

num Racipalin oræ Virgi. Tritameliphilla e, c, i, g. Ouid.pri. Pon.Stagnaq́;, & Euripi virgineus q, l, Iuuenal.Comedunt collypeia paucę. Ouid. v. Metamorpho p.Rector polydecta Seryphi. Idem pri.Metamorpho. Irrequietus Enipeus. Seren. P, e, m, potanda lelıphagus,herba,eſt tamē ego legerem leliſphagos, & re ferunt hanc herbā medici eſſe quam Saluiam dicimus. Serenus emendatus, & declaratus. Leliſphagus.

I *Ante Q, longatur: vbique: quod tamen eſt ad placitum: vt putat etiam Sulpitius: quem in hoc falſo Neſtor corrigit:cui hęrerem,ſi merito id comprobaret.Breuiato,eliquo,quas: vndiq́;,ſiliqua reliquiæ, reliquus, licet hæc duo & ambigua ſint.et cōpoſita a quis breuiantur:vt aliquis, aliqua.Priſcia. Eliquat, & teneroſ, u, p. Virgi.Geor.pri. Vnde prius ſiliqua l, q, l.* Sulpitius defenditur Neſtori nō hæreo.

I *Ante R, breuis reperitur: vt Satyra. Demito: Niſyro, inſula,papyrus,papyrius, ityreos,vechires nimirum, podalyrus. ſemiramis. equitia, apud Ouidium Faſt. iij.ſuſpiro,ſuſpirum,ſuſpiritus, Epirus, Epirota,Archimagirus; collirium,Coſyra, deliro,camiros Oſitis,cypirus,Corcyra,Cecira,ſapphirus,Buſyris,then tyra,butyrum:hæc quatuor ambigua inuenio.Mani. primo: Per bella Papirius vltor. Homerus: λάρα ἰουρον κἱχον. Virg. Georg.ij.Coruus ityreos taxi c, i, a, quan quam aliqui aliter legunt. Priſcianus. Iuxta quos ter ra Vechirum. Idem: Diues nimirum gens Tybarenū. Martia.Fertur podalyrus Hermes. Ouid. Cinxiſſe Semiramis vrbem. Idem.pri.Triſt. Qui me ſuſpiret adēptum.Idem.xiij.Metamorpho. Rura petunt Epirus ab ijs r, q, u, Domit. Marſus Epirota tenellorum nutricula vatum. Iuuena.Sat. ix.Librarius archimagiri. Horat. Nigrameis collyra poſcit. Ouid.iij. Faſt. Sterili vicina Coſyræ. Horat. Quicquid delirant Reges p, a.*

Cami-

Camiros, Cipirus: quia græce κάμειρος κίπειρος, & ſi Macer dixit: Contrito validum Cipiroſi·i,a. Quia pau-
Sulpitius defenditur Neſtor falſitur. *lo ante incidimus in, deliro: quid Neſtor in Sulpitium, proferat, diſſeram. Sulpitius namque præcepit, delirũ, longari: cui Neſtor aduerſatur: eo quòd Lucretius dicat primo. Quod facit hic idem per Delyrus eſſe videtur. O hominis aculeatum ingenium: an apud Lucretiũ per delirus, in eo ſignificato, in quo Sulpitius militat, accipitur. falleris mi Neſtor alioqui oculee. non enim ibi a deliro: ideſt deuio: ſed perdelyrus: ideſt diſſonus accipitur, a lyra inſtrumento. Veruntamen Sulpitius incurioſus fuit, cum non enotauerit, & tu ſimiliter deficis, cũ*
Perdelirus Lucretij locus. *nullum feceris diſcrimen inter duo ſimilia nomina. alio in loco etiam Lucretius perdelyrum: ideſt diſſonum di-*
Sulpitij et Neſtoris incuria. *xit: Quod mihi tum vanum, tum delyrum eſſe videtur. in quo carmine m, non abijcitur: ſi abijcitur, dely-*
Lira. *rum longabimus, & tunc a lira: ideſt ſulco veniet: quẽ*
Anſonius emaculatus. *Græci ἄυλακα dicunt: vnde Auſonius: Et ſi Pierias patitur lyrare ſorores. Nunquam ipſe torquet aulaca. vbi omnes Codices falſo habent, aulica. Interpres Stra. xiiij. L, l, q, p, claramq; Comiron. & (vt dixi) ſcribitur per diphtongum a Græcis.*

I Ante S, breuiari oportet vt Elyſius. Demito Mauriſius, Eliſeus, Melchiſedech, Ocriſia, amethyſos, Dionyſius, Anchiſes, Laliſio, Cambiſes, Paradiſus Aphrodiſius gauiſus, Laryſa, Cephiſus, Aruiſum, Donyſa, Crimnitus, Amphyſa, Amphyſius, Amphryſus, Elyſa, Helyſos, Aliſius, Lalyſos; Chariſius chariſianus paraliſis: Amiſon ſim aliquos: quod nomen vrbis eſt deriuata a longis: vt inuiſus, diuiſus preuiſus? Moiſes: a
Moyſes: Moſes. *Prudentio longatur: Nondum ſub carne Moiſi: tamẽ latine, Moſes: dicitur: Acriſius, hoc nomen indiffe-*

rens,

rens:quod Maturantius, & Valla Siculus non adnota-
Aliquorũ incuria.
rum cum Neſtore: ſed propter nominis diſcretionem,
fieri crediderim. Phariſeus item ambiguum eſt: quod
cæteri non videre. Sidon.|Q,q,d,q, veniſti in corpus
Cæteri nõ videre.
Eliſei. Virg. Cui nũc Mauriſia pictis. Prudẽt. in Pſych.
Melchiſedech qua ſtirpe, quis maioribus. nã primus pes
eſt Spondeus. Ouid. vi. Faſt. Vulcanus ocriſia mater.
Priſcia. Purpureoque amethyſos ineſt ſ, c, vnde fit:
vt amethyſum etiam appelles lapidem, quem falſo ame
thiſtum, vocari Tortellius præcipit. nam dicitur ab α,
Tortelij error.
negatiua, & μεθυρὸς *ebrius: eſt enim lapis contra ebrie*
tatem. Archias in Epigramma. ἄλιρος ἐς ἀμέθυσος
ἐγωλοπότας διόνυσος. *Horat. T, n, ſ, aut Dioniſi filius*
audes. Martia. Solaq; Laliſio matre. Luca. x. Cambyſes
Cambiſes Inſtrumentum.
longi p, p, a, æ. Hunc eſſe cambiſem quem in Inſtrumẽ
to veteri (ſic enim appello, quod Teſtamentum vulgo
dicitur: aliqui tamen, Fœdus, nominant) ſacra pagina
Fœdus. Inſtrumẽti veteris locus.
Nabucadenoſor & (vt latine dicam) Nabucadenoſo-
rum) nuncupat, eruditi ſcribunt. Ouid. Ad vada Ce-
Nabucadenoſorus.
phiſi. Virg. in Paſtorio ludrico. V, n, ſ, calathis aruiſia
nectar, Idem: Naxõ viridemq; Donyſam. Lucanus. iij.
Phocacias Amphyſa manus. Ouid. xv. Metamor. Le
uisque Amphiſia temis. Virg. Geor. iiij. Paſtor ab Am
phriſo vos ſ, a, q, l. Ouid. Inſcribar Elyſa Sichei. Stat.
iiij. The. Amfractu riparum incuruus heliſos: quanquã,
illiſſos melius ibi videtur legi. Interpres Strab. octauo.
Simul intus Aliſeon ambit. Idẽ. xiij. Lyndon, Lalyſonq;
deinde c, q, c. Martia. vi. Nil laſciuius eſt Chariſiano.
eſt autem carmen Phalecum: vbi, eſt Cha, Trocheus eſt.

I *Super T, breuis eſt: vt iuſtitia, & omnino ſcribendũ*
Iuſtitia per t, nõ per c.
eſt per t, non per c, dicente Priſciano libro de accen
tu (quanquam alium fuiſſe auctorem dicemus:) Et

illa,quæ in, tia finiunt vt iuſtitia, ſapientia, &c. Icirco cum ſapientiam in exemplum, attulit, quod diximus, comprobauit: quia a ſapiens ſapientis, petoritum,irritus,ta tum, nequitur, apud Priſcia.Erythreus Amphitrion, hæc duo ambigua ſunt. Longato omniũ verborum in quacunque coniugatione ſecundas plural. perſonas imperfecto, & futuro ſubiunctiuorum (teste Probo) vt dederitis, amaueritis. tamen alia non ſpernenda diximus in ij.Epographia: vbi de ſyllabæ accidẽtibus fit mentio. Producito etiam, Anachorita, Hashi tæ,Luſitanus. Tesbites n, p, Iſraelita, Heraclitus, paraclitus, Samaritis: ſodomita, leuita nomen ſacerdotũ ordinis ſaxitis (Victorino teſte) Cocitus: cotytto, quia duplici t, ſcribitur cotytaris,Mauritania,cocytius,orithia,Amphitrite,Coritus,Eryſiton,idololythus,nolito, nolite,velitis à volo, malitis, à malo, valitudo margaritum,margarita,ophites,æboſita, gaditanus,pæanites, galactytes,orytæ,ſcelentes, actites, pytites, narceſſites,calonites,thonites, camaritæ,catochites,plebeſcitũ, ophites,taurominitanus,quod nomen ambigue ponitur cæteris non adnotantibus: argitis, potitius,onytes, galeritus,inſcitia,Hyarpita: amicitur, ab amicior. aliqui conuitium etiam demunt, ſed, non huic ſubeſt regulæ: quia per c, non per t, ſcribi ſuperius diximus: quanquã Marcellus eis aßentiatur: Longato etiam deriuatiua, vt heremita.denominatiua: vt maritus,auritus,ceritus Damaſiton, abderitanus, obliquos a Quiris quiritis, quirito tas, catamitus, viritim,irrito ideſt inſtigo: irrator, paſſiuum: irritamen irritatio, irritamentum: Orythia, Illythia, quamquam in vi. ambigue reperiri dicemus Epographia,berytus, inuito, inuitor, inuitus: pituita, hoc nomen ambigue. ſic & Aquitania: quod

Probi Regula. Aliorum incuria.

Aliqui errant. Conuiciũ, per c, non per t.

Omnium incuria.

qui ante me ſcripſerunt, non tam videre, quàm non ad notarunt: Polimita a Sulpitio longatur: ſed breuiatur quia græce πολυμιτος: nam conſtat quatuor ſyllabis breuibus. Non eo tamen inficias, cogente verſu mi & ly poſſe longari: quia i, & υ, dichronæ vocales apud Græcos ſunt: Lecitus etiam contra Sulpitium, non penitus longatur, ſed corripitur: aut ambigue aliquando ponitur: quia υ, dichrona vocalis eſt quanquam omnino Codrus velit breuiari Sermone ſuo decimo: quod ita poſuiſſe in iſto Homerum vnus nec ineruditus ait: δῶκ' ἀνδὶ χρυσέην ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον. Producito item, tomitæ, polygiton, oblitero & nomina propria in tes: vt Polytes, thereſites. ſimiliter, cum in patronymico additur ſyllaba: vt ſagaritides: Oceanitides, & obliquos a nominibus in is, longum: vt ſamnitis, Memphytis, ſybaritis, aconitum, ignitus, Hermaphroditus, ſuppoſititius: fortuitus, ambigue. Longato etiam recutitus, & quæ veniunt a nomine in itus. & ſupina, participia, & frequentatiua, & nomina à quarta coniugatione, niſi ab eo is, veniant: vt ſalitus, auditus, aſcitus, auditorium, conditus, conditio, a conditor, mentitus, ambitus, ambita, tum (vt ex Velio nouimus) licet ab eo is veniat, longatur. ambitus tus tui, ſubſtantiuum regulam ſeruat, quia breuiatur. Seruitus nomen, & ab eo venientia: vt Seruitium, omnino breuiantur. Supina omnia primæ ij. & iij. coniugationis: & frequentatiua, breuiantur: niſi forte verba tertiæ in iui, præteritum reddant: tunc ſupina longantur: vt petitum, cupitum I, ante t, in deponentibus producimus: vt oblitus, partitus: niſi a tuor tueris tuitus. In hac autem regula difficilis ratio eſt: nam melius per exempla cognoueris, ſi aliqua prçteriuimus. Hor. Paſcendi dicenda petorita n, m,

Sulpitio aduerſor.

Sulpitius fallitur.

Seruitus.

Neſtor fal litur. Virgilij locus. *p, Ouid. Longiq; iacet labor irritus anni. Neſtor autẽ irritus ideſt irritatus, corripi dicit: nixus hoc Virgiliano. Arte locum, & varijs aſſultibus irritus vrget. Pœniteat hoc ipſum dixiſſe obſecro: nam ibi irritus ideſt caſſus, vanusq; accipitur. Sidon. Anachorita tremit q, q f, p. Sil. ij. Venerat Hasbithę proles g, b. Idem iij. Hos viriatus agit, Luſitanumq; remotis. Sidon. Thesbiten cum forte ſenem. Iuuena. pri. Iſraelitarum ſanctas u, n. e. Sidon. Quicquid Pythagoras, Democritus: Heraclitus, & ſic legendum eſt carmen: non autem: Heraclitusq; ; vt Hermolaus putauit Barbarus Sidonium impugnans. nam Gręci ſcribunt ἡρακλέιτος. vnde apud Ambro. Laertij Diog interpretem: legito: Vitæ Heraclitus viuere difficilis: non autem: Heraclitus vitæ u, d, nam inferius etiam ait: Noli Heraclitum rapido percurrere paſſu. aliqui tamen dicunt, ει in i, verti apud Græcos: quæ mox apud nos breuiatur: quod in Heraclito non admiſerim. paraclitus ideo longatur, quia græce ſcribitur: παράκλητος & η, ſecundum quoſdã in e, longum apud nos vertitur. x hoc Paracletum penul. longa dicunt, & merito. non autem breuiatur: vt falſo ſacerdotes proferunt quorum peculiare eſt niſi falſa eructare. nam Paraclytus, breui penul. dicitur infamis. nam παρα, præter: & κλητος, gloria, quòd epitheton Chriſto perperam daretur. Iuuenc. ij. Venit ſamaritida, ſychen. Pruden. in Pſy. Q, p, ſ, faces ſodomita libido. Arat. pri. Leuitas vocitare placet. Iuue. Baptę laſſare cotyto, & ſic legendum eſſe ſuperius diximus. Cocyto ſcribendum eſſe Georgius docet Merula, & nititur. Oui di. in Priap. exemplo: Raptam cocytos: oſtreoſa diuam. Vnde Georgi. hoc accipis, menſus entheus, & camenalis ſtructus refragatur: immo et*

Sidonius emẽdatus. Herm. barbarus deceptus: Carmẽ in Laertium. emendatũ. Paraclitus. Paracletus. Paraclitus Iuuenal. emaculatus. Geor. merulæ error

ibi

ibi, cizicos etiam poteſt legi. cotytaris, apud Theocritum longatur: quòd longat Philetictus etiam eius traductor. Manil. iiij. Exſiccat populos & mauritania nomen Martialis: Hæredes nolite breuem ſ,c. Ecce iterum, ecce ignari adſunt mihi ſæpe vocandi: riſum eliciunt ſacerdotes ineptiſſimi literarũ expertes: qui in Euãgelio: Nolite timere Ieſum quæritis, &c. proferunt, nolite media breui: ita præcor: vt dentes excreent (bonos excipio) per medium rumpantur. Sinamus Augustino audientes cum ſuis bleſis vocibus nugiſq; meris, & exempla perſequamur. Ouidius Faſt. ij. Fieri malitis an orbæ. Horat. xiij. Saty. Dura valitudo inciderit, ſeu tarda ſenectus: tamen, valetudo dicendum eſſe in noſtris leges Dubitationibus. Stat. ſyl. pri. Et quas præcoquit æboſita cãnas. Prudent. in Pſch. Margaritũ ingens opibuſq;, & viribus arte. vbi, Margaritũ, neutri generis eſt, qua dictione vtitur Parabolarum capi. xxv. Hieronymus. & eſt Margaritum idem quod margarita. vnde emaculato Prudentij Codicem: qui non Margaritum habet, ſed Margaritarum. Seruius etiam Margaris in nominatiuo declinauit. Priſcia. Quam Pæanitem perhibent. Idem: Iſte Galactitem ripis o, i, l. Idem: Orithas, Aribaſq; ſimul. Idem: Atque ſelenites lunaris. Idem: Hic eſt actites ſonitum c, ſ, a. Idẽ: Nec non pyrites digito q, ſ. a. Idem: Hæc generat narceſitem oriente ſ, u, p. Idem: C. Meſſabiaſq; Caloniteſq; feroces. Idem: Atque lacu medius Thonites exit e, i. Idem: Hic Camaritarum gens eſt e, c, b. Idem. Perhibent cachotiten gignere terram. Luca. pri. Hinc leges, & plebeſcita coacta. Idem. iiij. Taurominitanam vincunt ſ, c, Virgi. Georg. ij. Argitiſq; minor c, n, u. Idẽ. viij. Primuſq; Potitius ibant. Idem. xij. Et mæſtum

In indoctos ſacerdotes

Valetudo, non valitudo.

Margaritum. Margarita Prudẽtius emaculatus.

mittit Onytem. Proper. iiij. Prima galeritus poſuit p, t, o. Horat. Aut vafri inſcitia iuris. Idem: Ne male con ditum ius apponatur. Idem: Rupit hyarpitam timage nis: Idem Chartis amicitur ineptis. Martial. Abde-ritanæ pectora p, h. Auſon. A, i, e, tu catamitus eris. Horat. Legeret, tereretq; viritim. Ouid. Magnæ ſoror Orythię. Idem: P, t, parientibus Illythiam, ſuper qua dictione videto in. vi. Priſcia. Antiquāq; Tyron Beriti & m, g, Sic Diony. καὶ τύρον ωγιγιην βηρυτὸν ταίαν ἔρα ςιν. Auſon. Non aliter Polygiton membra reſolui. Idē: Quos fama obliterat. & quos. alij tamen eſſe poſitio-nem referunt Ouid. iiij. Faſt. Nympha Sagarytide deſi nit eſſe. Virg. Georg. iiij. Soror Oceanitides ambæ. & ſic legendum, non Oceanides: nam duplex commit-teretur error: Ignitus: ta tum, ſordiuſculum verbum, Hermolaus ait Barbarus: an claſſicus ſit. Aulus Gel lius neſcio qui, ab Aure. Auguſti. Ciuitatis diuinæ ix. dicitur elegantiſſimi vir ingenij, ac eloquij, ac mul-tum facundę ſcientiæ. Hic autem vtitur, lib. xiij. cap. viij. Similiter Apuleius vtitur Florid. ij. dicens. Mar-tis ſtella ignita. ſimiliter & Lucretius. Sta. ij. The. Ge-neris aſcita repertis, Corneli. Seuerus: Diſtractos, atq; ſolitos. Horat. Seruitus creſcit noua, nec priores, In quo Saphico primus pes Trocheus eſt. vnde miror. Vnum inter Neotericos nec poſtremum, cum dicat: Et ſerui-tutem duram ſeruire coactos. Iuuena. Rapit ambitus at que libido. & non immerito Scaurus media breui profe rebat. Veleius autem Celer ad Hadrianum per Epiſto lam de hoc interrogantem, declinatione, & tenore am bitus, nomen ſubſtantiuum a participio diſcerni oſten-dit: Ex hoc non poſſum non mirari illum noſtri tempo-ris doctiſſimum, qui dixit: Ambitu vigilum ſolers. Statius

Virg. emaculatus. Ignitus apud claſſicos. Hermolai Barbari opinio.

Vnum miror.

Hadrianus

Vnum nō admitto.

Statius iure breuiauit: Longos extimet ambitus, nouoq; Sic nos in noſtra de Chriſti paſſione Tragœdia: cui titulus eſt, Theoandrothanatos: Quicquid Prophetæ de me in orbis ambitu, ſic Horat. in Arte Poe. Per amœnos, ambitus agros: vbi circuitus interpretatur Acrõ. Iul. Montanus: Incipit & molli partitos ore miniſtrat. cætera exempla facile inuenies.

I *Ante V, longatur, vt gingiua, conniueo, & conniuo, rediuiuus in penultima. Demito, rediuiuus in ſecunda ſyllaba, & redimiæ, quæ pro exuuijs aliquando ponuntur. ſi Placido credimus grammatico, niniue, ſimbriuium, & compoſita: vt noctiuagus, vbiuis quanquam, ambiguum eſſe perſuadeo. Iuue. miſeris gingiua panis inermi. Idem, exhauſta rediuiuus pullulet acra, Silius, Conniuent, ſolemq; pauent deprehendere viſu. Caluus: Cum grauis, ingenti conniuere pupula ſomno. Sil. viij. Simbriuio, raſtriſq; domant e, r, Horat. ſaty. iiij. Non vbiuis, coramúe quibuslibet in medio qui.*

De O, in medijs ſyllabis. Cap. 5.

O *Super B, breuis eſt: vt Niobe. Demito dolobella, virrobon, october, ambobus, duobus, iacobus, & tandem o. i. in cremento, allobrox hoc nomen ambiguum eſt. Iuue. ſaty. viij. Inde dolobella eſt a, b, a; Catul. Si cui virrobon ſacer alarum o, b, Claudi. Ne laceres verſus dux iacobe meos. nec vllo pacto Andreæ Carmel. & Raphaelis Regij tibi aduletur opinio, dicentum breuiari.* Andreæ Carm. & Raphaeli nõ hæreo.

O *Præcedens C, breuiatur: vt apocope: quod longatur a Sulpitio: cui, ni exemplum afferat, non ſubſeruio. breuiari omninò cõſtat ſcriptura græca, ἀποκόπη. Longato iſta triocbala, tyrocinium, latrocinium,* Sulpitio non ſubſeruio.

cinium, præfoco : ſuffoco, non autẽ ambigue ponitur: ut Ioan. Paſtranus præcipit. producito etiam obliquos a nominibus in ox: vt velocis, ſolocis. hinc demito præcocis, cappadocis celocis. nullam hic Antonius Nebriſſenſis fecit exceptionem, patroclus, ambiguum eſt: ſic & Democritus. Sil. xiiij. vaſtata triochala bello. Manil. primo: Nec tyrocinio peccet e, q, f. Ouidius primo triſti. Cauſa patrocinio non bona m, e. Horatius: Furta latrociniјs, & m, p, m, Claudianus: I, m, l, hominũq; negocia ludit. Ouidius in ibin: Præfocent animę gnoſia m, u, Lucil. Paſcali pecore, ac montano hirco, atque ſoloce. Calpur. ij. æglo: Inſita præcocibus ſubrepere p, p. Sic in hoc carmine, quod recitat Apule. in oratione ſecunda: Odi puerulos præcoci ſapientia. in quo verſu iambico, coci, iambus eſt.

Io. Paſtra. male præcipit. Anto ne. briſſen. deficit.

O Ante D, corripitur: vt exodium: Thermodoõ, quadriſyllabum. Deme, thermodon, triſyllabum, quod aliј: omiſerunt: nebrodes, emodus, pyrrhodes: palinodia, quod corripi pręcipit Sulpitius, quem non teneo. longato item quicquid ab ὠδὴ: ideſt cãtus: vt epodus: herodes, orodes, erodio: obliquos a cuſtos cuſtodia: eodem, ambiguum eſt. De thermodonte in. vi. dixi nec ſpernenda: quæ ſi, Aſcenſius vidiſſet, Sulpitio adhęſiſſet. Iuuena. Tandemq; redit ad pulpita notum Exodium, quam dictionem Tortellius interpretatur, erogationem: qui a Georgio Merula omniũ doctiorum lacinatore ſed ſui temporis omnibus conferẽdo corrigitur, ſed dum nili ſonantis ſtrepitum. fugere prætentat, in catadupa incidit. nam ſi, exodium, cantũ (vt ille vult) apud Iuuenalem ſignificaret o, tunc produceretur, quia ab ὠδὴ, ideſt cantu, vnde oda. vbi etiã Ioan. Britanicus pręceptor noſter non pœnitendus deceptus

Thermodoon. thermodõ

Aliorum incuria. Sulpitium nõ teneo. Aſcenſius incautus. Tortellius defenditur Exodium. Geor. Merula.

Ode. Britãnicus

ceptus eſt, qui in errore Mancinellum habet municipalem. alij dicunt, exodium, dici ab ἔξω: ideſt extra: & ὁδὸν: ideſt via, & fine. inde Moſis Volumen vnum dicitur exodi: ideſt finis, & exitus. Silius xiiij. Nebrodes gemini o, n, d, f. Priſcia. Quos capit emodo miſſus g, m, Auſon. Dactylicos elegos choriambúm carmen epodon. ſic Terentianus: Talis epodus erit Sulpitius breuiari edocet: non me docebit vnquam quia ſemper longum inuenio. Virg. iacet altus orodes, Iuuenc. Rex fuit herodes ἡρώδοσ, longatur quia per ω, ſcribitur. Exodi. Sulpitij error.

O Subſequente F, corripitur: vt ſarcophagus. & ſimilia compoſita: vt œnophorum, apoſtrophe.

O Super G, breuis eſt: vt Allobroges. Deme, ſyllogiſmus, pædagogus, Toliſtobogi, Hermolao, teſte, Bagogus, Synagoga, ſagoga, Paragoge, & ſimilia compoſita, vt anagoge: quia græcę γωγὴ dicitur ductio. Iuue. Ciceronem Allobroga dixit. Sidon. Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis. qui ab Hermo. corrigitur. eo quòd Græci dicant: συλλογισμὸσ: & ſecunda breuiatur. Hoc adnotaſſe volui vt cui magis hę reas trutineris: ſcito tamen o, ſemper apud Gręcos breuiari. Mart. Crinitæ Line pedagoge turbę. cætera longabis: quia per ω ſcribuntur. Bagogus, apud Ouid. longatur in Ponto. Sidonius ab hermo. corrigitur.

O Anteſtans L, breuiatur: vt laureolus, aureolus: dedolo, quia compoſitum eſt a dolo dolus, non autem producitur: vt male ſenſit Callepinus. Demantur idolum: compoſita a πωλέω. i. vendo vt pharmacopola, bibliopola, præſtolor, Mauſolus, thomolos, Mediolanum, ſubſolanus, Oetolus, Oetolia, Capitolium, Pactolus, Tymolus, Cymolus, cymolis, cemolos geolo- Callepinus male ſentit.

geolophos. Iuuena. Laureolum velox e,b,l,e, in qua di
Priſcianũ miror. *ctione Priſcianum miror ita pueriliter delirasse. ait. n.*
Iuuenalis locus. *in diminutiuis, laurum laureolum. & nititur iſto Iuue-*
nalis carmine. ego autem dico eſſe nomen proprium: de
quo ibi Domitium legito. Triuellius Pollio in vita Au
relij decimi: Prælia iam felix Claudius aureolum: Oui.
in Priap. Sed lignum rude villicus dolauit. Idolũ quia
grçce εἴδωλα vnde aliqui Prudẽtium erraſſe in Pſych.
dicunt: Quoſque viros, non ira fremens, non idola tol-
Prudentij error. *li. nec auſim dicere Prudentium ignoraſſe longari, cum*
in ſymach. ait: Et nigra idola volare: Alibi: Idolũ longe
p, e,u, f, Alibi: Turpis ab idoli vaſto e, p. Sedulius, &
Sedulio & Arato nõ hæreo. *Aratus chriſtiani poetç etiam breuiarunt. Quare id fe*
cerint. ipſi viderint. Quintianum non habebunt muni
cipalem, faciant, & dicant quid velint ſemper elonga
Idolatra. *bo. ſic idonlatra: non autem idolatra: vt triuiales dicũt.*
Triuialiũ error. *Prudent. in Amart. Lapides fumoſos idolatris: qui er-*
Prudentij error. *rat tamẽ, breuiando, do. Hora. Collegia pharmacopolç.*
Mart. Pendẽtia Mauſolea. Stat. vij. The. Thomolos Te
niſa ferox t, b,n, Auſon. Et mediolani mira omnia c, r.
Mediolanium dici: Hexaſyllabum innuit Abſtemius:
hæreo: licet in carmine ſyncreſis fiat: quanquam in ori-
Olanum Medus. Mediolanium. *ginibus Catonis inuenio prius dictum: O lanum, & à,*
Medo principe: vnde Mediolanum: ſed Catonis illa eſ
Vtrum Catonis ſint originum fragmẽta. *ſe fragmenta penitus non aſſeuero. Quod Abſtemio hç*
ream me monet Marmor quod oſtendit Mediolani Hie-
Hierony. Claritius. *ronymus Claritius vtranque callens linguam. & meus*
Damon: in quo legitur pulcherrimis characteribus Me
diolanienſis. ſuper qua vrbe libro Adnctationum ſecun
do multa, nec ſpernenda, ex Procopij ſententia dixi-
mus: Ouid. Met. vij. Cretoſaq; rura Cimoli Geolophos,
quia a γῶ. Alia tu ipſe facillime inuenies.

O Super

O Super M, breuis eſt: vt poſtomis, apud Lucil. Sa tý. xv. Virdomarus, ebdomas. Excipito, axio ma, quia grece ἀξίωμα tamen aſpice in vi. Epographia condiloma, quia græcæ ſcribitur per ω, ante μ, ſic & periſtroma, ignominia, ithome, aroma, abhominor: amomum, glaucoma, geometra. tamen vide quid in ij. diximus Epogra. cap. xv. Taurominitanus ambiguum eſt: quod alij non viderunt. Propert. iiij. Virdomari genus hic reno i, a, i, ex quo apparet non eſſe dicendum: Viridiomarum, pentaſyllabum: niſi forte Propertius in primo fecerit Proceleumaticum, Iuuenalis: Ergo ignominiam g, p, o. Stat. Thebai. iiij. P, q, m, montanaq; nutrit Ithome. Ouid. Pon. i, F, e, i, g, aroma ſinus. Calphur. Aeglog. iij. Q. ſ, t, a præcibus quod abominor iſtis. Iuuena. E, m. ſudans Criſpinus amomo. Pruden. in amart. Et glaucoma aciem, q, t, u, a, ſic & apud Sere. ducent glaucomata peplum. Aliorum incuria. Virdomarus.

O Ante N, longatur, vt antiphona, quia græce φωνη vox dicitur. omnia, quæ in nominatiuo i, ante o, habent: vt gurgulionis, & ſi quandoq; propter figuram breuiantur: vt ſcorpionis cocionis, apud Lucan. & Sidon caproniæ, ionia. ſyphonia, ſimonis, obſonor, obſonium: quia græci ὀψώνιον dicunt, perſona, & ideo A. Gel. aſſerit produci: quoniam vox augetur, perſonali hominis. & nomina locorum, populorum in, on, in nominatiuo: vt lacon laconis: præter lacedęmonis, paphlagonis. longato etiam homo hominis: vt apud Ennium: tritonia, ſecundum aliquos, ambigue ponitur quibus an hæreā in vi. lege epogra. tñ interim elongato ſemper. Breuiato autem agonos, vt telegonus, antigonus, antigone, thypona, Dea troconeſus, Chelydonia, caledonius, ſardonius, ſcorpionis abrotonum, Themonoe, Perſona quare me diam longat. Aliquorū ſententię.

con-

concionator, quamuis poſſit aliquando elongari a prima ſua poſitione mandonius, mycdocius, dionyſius, nazamonius hylomone, ycophronis, Leuconotos, trigonus, hermione, antedonis, mamona, carantonus, eryƈthonius, mattona, flluuius, aponus, aphronitrum, pannonia, coƈtonum, nebrophonos, & ſimlia a φόνοσ compoſita ionium, bellonoti, eurymone, obliquos a Demon. Eionides apud Ouid. de qua diƈtione in epog. pri. legito, vbi de ω fit mentio. breuiato etiam obliquos a nominibus in on & aon, vt eryſithonis, amithaonis, memnonis, ſindonis, & alia ſimilia, argonauta, auſonius, miconis, harmonicus, harmonia, ſythonia, æmonia, micone, pethonius, & obliquos a nominibus in o, populorum, vt vaſconis. britonis, Vagionis. hinc excipito, piƈtonis. vetonis. ambigue vero ponuntur hæc ſubſequentia, ſaſonis, ſexonis, orionis, Aedonis, Aegeonis, Biſtonis, biſtonius, ſidonius, trigonis, Geryones, tot alij non adnotarunt, ſic meo quidem iudicio indifferenter ponetur, arionis. Et aduerte nil eſſe hac difficilius regula, cum tot ſint nomina habentia o, ante n, in media ſyllaba. ideo melius per exempla cognoſces, aut legito Geor. Vallam lib. xxxi. cap. grammatices. xix. vbi longo verborum tramite hæc nomina ſub regulis cõtinere nititur. Lucil. Sat. xvij. A, c, atque comas fluuitare caprunas. Proper. Aut tu, ſeu mollis quę tendit ionia. Horat. menſas ſymphonia diſcors. Idem. P, e, Lucrata ſimone talentum. vnde miror cur apud triuiales, & ſemitatores hic regnet Barbariſmus, ſcilicet, ſimonis. media breui. niſi forte Sedulij errantis nitantur auƈtoritate, cum ait S, p, par uaq; ſedens in ſimonis aluo. qui imitatus forte eſt Iuuencum, dicentem, Perſolidum ſimonem dignum c, p, hos penitus in hoc non admittendos cenſeo. Iuuena, admiſſa

Aliorum incuria. Aduertendum eſt.

Sedulium Iuuencum uel non admitto.

obſonia

obſonia patres. quod exemplum ſi ad vnguem ruminaſſet Sulpitius, breuiari dixiſſet nunquam. Horat. poſt hunc perſonæ pallæq, r, h, quod carmen facit, vt parũ digrediar. Laurentius Vallam Boethum Seuerinum(ut ſolet) reprehendit: quòd vſus fuerit perſona pro ſubſtantia: vt ita dicam: tres perſonæ: ideſt tres viri legunt. Vnus inter literatos non poſtremus ſcribit contra Vallam, inueniſſe apud Ciceronẽ in philippicis: pro ſubſtantia, cum ait: mea tamen perſona ad iſtam pacem cõciliandam minime fuit diligenda Codrus huic reſpondet dicens, apud Ciceronem poni non cum ſubſtantia, ſed cum qualitate: vt late diſputat in ſuis epiſtolis. ego vero apud Iuuenalem ſatyra. iij. inuenio cum fœda, & turpior omni Crimine perſona eſt. vbi ſi quis bene rimetur videbit (mea quidem opinione) ſubſtantiam eſſe, ſed latius in dubitationibus dicemus. Auſo. Vna fuit tantũ, qua reſpondere lacones litera, & r, p, n, credo proculdubio hic multos immorari, quænam ſit vna litera. qua Lacones Aleſſandro reſpondere: immorantes exuam, nam Plutar. in Apoth. ſcribit: Lacones monoſyllabum non reſpondiſſe negantes. ſ. auxilium. quòd fuerit tantũ vna litera, crediderim hanc fuiſſe vij. Ideſt non. Si placuerit lector, Quintiano tuo felicem præceris vitam. ita ſoleo diuerti, & iiſce Epographijs plura inſerere: vt varijs videar floſculis gemmaſcere. Poſt me etiam (ita perſuadeo) adnotauit Bap. Ignatius in ſuis Racematio nibus. quanquam ſua ante mea in lucem prodierint Adnotamenta. auſo. armatam venerem vidit Lacedæmone Pallas. Hic ecce neſcio quid oriatur noui Bapti. Pius ſynchronorum anteſignamus, antiquitatis receptaculum, eruditionis, vaſtiſſimum pelagus, quodam in adnotamento legit: Barbatam Venerem: a quo pœnitus diſſentio

Sulpitij error. Boethus defenditur Laur. Valla damnatur. Perſona ſubſtãtiue. Auſo. locus. 8. i. non. Bap. Pij locus. Auſon. locus. A. Bap. pio diſſentio.

ſentio.nam totius ſal, & fel Epigrammatis rumperetur quod vel luſcioſus percipiet: Sidonius: Concionaturum, pleps ſedula circumſiſtit: & hoc eſt propter metrum. nam ſi poteris, e longato: quia a concione: niſi velis hoc modo excuſare: vt, io, ſit tantum vna ſyllaba: Prudent. in Apoth. Nemo Cloacinæ, aut Typhonæ ſuper aſtra deabus. Priſcia. ſaxiſq; viget Proconeſus in illa. Idem: Atque Chelydoniæ rupes c, e. Idem: Intra Sardonium pelagus c, q, r. Lucan. pri. Scorpioni incendis c, c, q, p. Idem. ix. Abrotonum & longe. Alij legunt: Abrotanum. Idem v. Phemonoen error vagam c, q, u. Sil. ij. Mandonius populus d, q, i, e. Horatius: Quam ſi Mygdonijs r, h. Idē: T, n, ſ, aut Dionyſi filius audes: idē Nazomono pueri magno. Ouid. xij. Metam. Abſtulit Hylomone. idem: Periſſe Lycophrona narrant. Auſo. Conſtrator Leuconothos Libs. Idem. Per trinas ſpecies trigonorum linea currit. Aduerte tamen, Trigon, obliquos longare. Manil. Signis ornare trigonem. Auſo. Sic Anthedonius b, p, f, g. Idem: Non ipſe Caratonus g-ſtu. Idem: Marrona non Gallis b, q, i, f, ſic apud Sidonium inuenies. Idem: Non Aponus potu vitreus m, l, n, ſimiliter inuenies apud Sil. xij. Stati. Sil. iiij. aut panes viridantis aphronitri. Mart. viij. Dum noua Pannonici n, g, b. Ouid. Metamorph. iij. Nebrophonoſq; valens. Iuuena. Pertulit Ionium c, p. Val. Flac. vi. Belloniti comitumq; celerrime. Mart. iij. Non nautas puto uos, ſed argonautas. Sta. in ach. Spretę Myconoſq; humiliſq; ſeryphos. Iuuenal. Quo pruna, & coctona vento. alij tamen legunt: Coctana. quod approbo, quæ dictio vt Seruij Commenta. primo dictionem narrem facit: ait ſuper illo Virg. Hic portus alij effodiunt: portus effodiunt: ideſt cothona faciunt: eſt enim Cothon Cartagi-nienſis:

Trigon:

Seruij locus.

nienſis (ſic enim dico non Chartaginenſis: vel hoc motus Enniano carmine: Hoſtem qui feriet mihi erit Chartaginienſis: quę dictio. niſi eſſet hexaſyllaba, claudicaret verſus: vt late in Dubitationibus diſſeremus noſtris) portus: vt teſtatur Diodorus bibliothecœs ſuæ. iiij. dicens: Portui, quem Cothònem dicunt, videtur eſſe ſimilis, & dicitur manu factus portus, Præterea Strabo Geograph. xvij. inquit: Cothon eſt inſula arci Chartaginis ſubiacens, quæ circum circa nauale habet. quod Dido condidit, & quia diximus apud Diodorum, Cothonem portum legi: memento eſſe mendoſum codicem vbi legi paſſim eſt Cothonum: quem portum, vt relinquam, ad exempla ventus me euocat. Mart. Capel. ix. Pertulit harmonia. Auſoni, Vaſconis hoc ſaltus, & apud Iuuena. Vaſcones (vt fama eſt) a, t, u, vnde Britanicus municipalis, & præceptor meus, non animaduertit, cum corruperit Iuuenalis carmen, legens hoc pacto. Vaſcones fama eſt, & ita legendum præcipiens, qui ſi Auſonium perlegiſſet, in errorem decidiſſet nunquã quem perlegi, & ſępius vidi, viſum emaculabò, & declarabo. eſt autem carmen, quod ſuperius allegauimus, Vaſconis hoc ſaltus, & enim guida Pyrrenei. tu deleticio calamo, & diſpunctorio vngue, duabus obliteratis dictionibus, enim guida, lege, ninguida Pyrrenei. Hoſpitia, & ninguida interpræteris, ideſt niuoſa niuem. n. ninguem antiqui appellarunt, qua dictione alias idem Auſonius vſus eſt. vbi de Tholoſa ait, Ninguida Pyrenes, & pinnea Gebẽnarum ſic Prudent. in Apoth. Ninguidus, agnoſcit Boreas a, i, e, ſic Sidon. Dat Calais, Zethusq́; mihi quem ninguida cernis. Claudi. Incaluit pictonum ſanguine thule. Sil. At vetonum alas de ambiguis in vi. legito. tamen aliqua dicam de hac dictione

Cartaginenſis.

Cothon. Cothõ qd

Diodorus emaculatus.

Britannicus fallitur.

Iuuenalis a vitio defenſus.

Auſonius emaculatus, & declaratus.

Delicitius Diſponctorius.

Ninguidus Ninguis.

Prudentij locus.

Sidonij locus.

Lucanus defenſus. Seruius fallitur.

ctione Oedonis. breuiatur enim, & longatur. Lucan. Oedonis ogygio decurrit baccha lyeo, vbi Seruius Lucanū falli ſcribit, vtinam ipſe non deciperetur, nonne etiam Lucanum immitatus eſt iiij. Silius, Oedonis, aut pangea ſuper t, m, aliquis noſtri ſeculi doctiſſimus, inquit, Donatum ita allegaſſe, obiter ideo an qui in preſſus eſt cōmentarius ſit Donati illius doctiſſimi, & grammaticorum triumuiri diſcutiamus, aliquando quibuſdam in locis Donato ſimilis, in plurimis adulterinus. vnde nullo pacto illum interpretem Donatum antiquiſſimum dicēdum eſſe exiſtimauerim. vel hoc ſolo motus, nam in ſecundo ſuper, Belidæ nomen palamedis e, i, f, ait ille in trepres, Dona. dicit ea, quæ Seruius. ſimiliter. ij Aenei. ſuper Palladium cæſis ſ, c, a, ait ille Donatus, Seruium errare de Palladio, cum poſt Donatum Seruius, vitam vixerit. Non imus tamen inficias, Donatum illum grammaticorum gemmam interpretatum Virgilium, ſed forte temporū incuria amiſſum perſuaſerim. nā iſti Virgilij fuere interpretes, Caper, Vrbanus, Aſinius pollio, Apronianus, ſecundum aliquos, Hyginus, Didymus, Probus, Aſper, Cornutus, Donatus, Seruius, Carminius, Tiberius Donatus, cuius impreſſos eſſe in Virgilium putamus commentarios. neotericos nominandos non duxi, Hos volui edidiſſe, ſignificans nil atrocius, quam in re literaria labores exantlatos iniuria temporum ſuprimi. Deos pręcor immortales vt nunquam noſtris curioſa annorū ſeries Libellis noceat. quod ſi aſſecutus fuero, me olim vixiſſe teſtabitur poſteritas.

An cōmētarius in Virgilio. ſit Donati Commētatores virgil.

Tiberius Donatus. Quintianus præcatur.

O Subſequente P, curtatur, vt obliqui a Merops n, p, Demito, antropos, quia grace per ω, ante π, ſcribitur, & proſopos, proſopopea; Merops, meropus, aſopus, aſopium, ſinopeus, crotopus, europa,

pa, ſycopeus, obliquos a cyclops, conopeum, hyſopus, æto pus, ſinope, iope, iopas, epopeus, glaucopis, canopus, creopylus: hydropicus, dolopis: hæc duo ambigue. Sulpitius etiam, cyclopis: ponit: cui non aſtipulor. a theo compoſita. aduertito Ouid. per meropisq́; caput. Idem: Si non meropen ſ, ſ, a, alij tamen legunt, æropen. Priſci. grai dixere metopon. Ouid. vi. Metam. Aſopida luſerit ignis. Idem pri. poncynicus procul eſſe Sinopeus. Stat. the. pri. tecta aut opulenta crotopi. Philet. in traductione Theocriti: L, c, faciebant, ſacra lycopei. quod nō ita poſuiſſet, niſi vſus eſſet Theocritus. Iuuena. tibi Lentule conopeo. Virgil. Infandi cyclopes, & a, m, e, & ita ſcandas: vt, clopes, ſit dactylus, emaculabis ideo aliquos Virgilij codices: vbi legitur: cyclopes atque altis montibus errant. Sunt omnino aliqui contra verum cō tumaces ſcioli: qui apud Virgilium pri. legunt uos, & cyclopeia ſaxa: vt, & cyclo. Dactylus ſit. & peia, alter dactylus. hui quid euomunt, quid blattunt, bouantq́; cum omnino, cyclopea, quadriſyl. legendum ſit: alioqui committeretur in ſyllaba fœdiſſimus error. miſeret quoque Tortellij verba interpolare: cuius nugas, ſi quis uidere geſtiat, ipſum legat in dictione Cyclops: Hyſopus longatur quia per ω, ſcribitur. Macer tamen ille breuiat: Eſt hyſopum ſiccum. alius vero, cui us nomini par co, ſecundum naturam: dixit: S, c, t, confirmat cedrus hyſopo. Horat. Quæ grauis Aeſopus q, d, r, e, vbi intellegit de Aeſopo hiſtrione. de quo Cicero Epiſto. prima. vij. libri, non autem de Fabulatore (cuius fabellas Elego Romulus quidam in latinum tranſtulit idioma) vt inerudite dixit Acron. Val. Flac. v. Stat. opima Synope. Virgil. Cithara crinitus Iopas. Sta. v. The. Fodiebat epopea ferro. Mart. Capell. vi. Tuque ignis

Sulpitio non aſtipulor.

Virg. emaculatus.

Virgi. a uitio defenſus.

Tortellij nugæ.

Horatij locus.

Romulus Aeſopum tranſtulit.

Acronis error.

ſlos es ciuis, & γλαυκῶπισ ἀθήνη: ecce etiā per ω, ſcribi. Iuue. Mores vrbis damnātē Canopo. Interpres Stra. xiiij. Ante Creopyli Iuppiter at fuerat.

O *Super Q, breuiatur: ut eloquor, eloquium, præcoquus. Demito, quandoque, alioqui, quod frequentius longatur, Mart. Fueramus præcoqua ramis. Horat. Aut ſiccarius, aut alioqui.*

O *Præcedens R, longatur: vt roboris, a robor per o, poſt b, Iſidorus, altoris, decor decoris, & ab eo, decorus ra rum, & decoro ras. Demito, decus, decoris, & ab eo decorus, & decoro. ſuper quibus videto in. vi. Epogr. Hampſagoræ: Maiorianus n, p, Euphorionis, phenagoræ, ſicoris, tomorus, cichorea, helleborus, Clitorius, caliichorus, Centores, Zachorus, n, p, Pacorus n, p, hyperboreus: & compoſita a φορέω vt carpophorus, memoris, arboris, marmoris, æquoris, leporis, pro animali: frondatoris, per figuram apud Catullum. Breuiato etiam nomina in vr, & in vs tertiæ declinationis: vt roboris, eboris, pectoris, dummodo ſint neutra. & nomina propria: vt Hectoris, Caſtoris, Phobetoris. Demito hinc Dioris, Antoris per poetas melius diſces, quam per regulas: adoris, & promontorium, ambigua ſunt, Ouid. Gaudens altore recepto: quæ dictio an inueniretur, aliqui venerandi inter latinos ſynchronos nominis (quorum nominibus parco) diu dubitarunt. hac etim dictione apuleius vtitur. Iſidorus, omnino elongatur quia δῶρον donum græci ſcribunt, & ω producitur: ideo non ſequemur hoſce concionatores, qui auctorem hunc allegantes penult. breui proferunt. heu literarum vices doleo: cum omnes ad eas deturpandas ſint ad proni, pauci auxilientur, ſed iam faceſſat dolor, vt exempla perſequar. Sil. xij. In bella hamſagoras*

Poetæ melius, quam regulæ docent.

Altor repetitur.

Aliquorū dubitato. Literarū vices doleo.

tyrios

tyrios r, u. Sido. Maioranus eques fors r, c, p. Pollitia. in ut. Euphoriana tacet vario q, p, o. Priſcia. Poſtquam phenagorem, harmonaſſamq; n, Luca. iij. Heſperios inter ſicoris nõ infimus a. Interpres Strab. vij. Aut tomori incutiam c, p, m, alij legunt, tomiri. Hora. Me cichorea, leuesq; maluæ. Martia. ix. potat in bellebro. Ouid. vlti. Metamor. Clitorio quicunque ſ, d, f, l, Val. Flac. v. Callichoron ne vana fides. Idem. vi. Centoras & diros magico t, c. Idem in eodem: Et Zachorum, & palchem p, p, b, a. Horat. car. iij. Iambis moneſis, & pacori manus. Virg. x. Herculis antorum comitem q, m, a, a, Idem. vij. priami de ſtirpe Diores.

O Ante S, longatur: vt nomina in oſus: vt ſaxoſus lapidoſus, metamorphoſis, quia a græcis per ω ſcribitur, ſic & anacephaleoſis longatur. Demito genoſus, cynoſura, eufroſyne, mnemoſyne, mnioſius leucoſia, ambroſius, ambroſia, ſyracoſius, æboſita, nemoſe, an qui ante me ſcripſere, tot exceperint, videas, Ioſeph vero ambigue. Ouid. lapidoſos ſurgere montes. cuius cũ dictionis recordor, ſuccurit Poetas noſtri tẽporis admonere, ne virtuoſus ſa, ſum, inſeratur carminibus: quando illa dictio apud claſſicos nuſquam inueniatur: quanquam ſit adeo apud triuiales vſitatiſſima. Luca. pri. At geneſum nunc ſole niues n, b, ſ. Idem. ix. Et ſignis cynoſura ſubit t, ſ, p, Carmen quod (vt Bapt. Pius in mercatore ait) in baſi videtur, Euphroſine dex tra ſubeo a glaieque ſiniſtra. Sic Orpheus in argon. ἀγλαΐηϛ καὶ εὐφροσύνη πολυολβωσ. Ouid. vi. metam. Mnemoſynem paſtor varius deioda ſerpens, non, deiolida, vt omnes fere habent codices. pro deiode proſerpinam intelligit, ab eleuſina cerere: quę græce δηώ dicitur ex quo, dioida melius, quam deioda, legerem. de qua

Virtuoſus non eſt bona dictio.

Ouid. emaculatus, & declaratus Deois. Diois.

Auſonij locus. ſic *Auſonius: Virgineas inter choreas deoida raptam Suſtulit emerſus ſtigijs fornacibus orcus. Philip. Beroal-*
Philip. Beroaldus decipitur. *dus ille eruditorum apex in. vi. Apuleij comenta. fallitur, dicens, deolidos fabulam eſſe vulgo ignotiorem: qui ſi corruptam dictionem animaduertiſſet, ea ſcripſiſſet nunquam. Hoc etiam in Claudianum ianus adnotauit parrhaſius ſed antequam commentarios ille ſuos edidiſ-*
Fauſtinus cynthius præceptor meus. *ſet, illud adnotaſſe me Fauſtinus Cynthius præceptor meus, cum græcis, tum latinis literis adprime eruditus*
Quintiani ætas. *cognouit. cognouit inquã: vtpote meorũ ſtudiorũ, ſtimulus, meum calcar, incitamenq́; cui debeo ac patri: vtpote qui ſemper me in palladia aluerit militia, & qui meum laudando mirabatur ingenium: quamuis tunc temporis decimum octauum nõ excederem annum: heu Tempora labuntur. & nil profecerim? ceſſet gemitus, & vitæ etiam ſupereſt ſpatium cum nunc vix quintam egredior olympiadã: ſed repetatur iter. Catul. Mnioſion linquens d, c, c, Ouid. metamor. xv. Leucoliamque petit t, q, r, p, Virgil. Pri. ſyracoſio d, e, l, u, quia per ου, ſcribitur, & in translatione v, dimittitur. hoc latius, habes apud Nicolaum Feretum: tamen, ſyracuſium, poſſe dici per u, diximus. Sta. pri. ſyl. Et quas præcoquit ẽpoſita cãnas. Auſo & nemoſeq́; adducta meatu.*

O *Ante T, longatur: vt exoticus, apud Plau. in muſtel. & ex literatura græca, quia per ω, ſcribitur ante r, repotium, nilotis. niloticus, œnotris, œnotrius, quia a græcis ſcribitur οἰνοτρῶν itaq́; le-*
Oenotrius in ſyllaba Virgilij verſus in ſcanſione. *ctor te admonuerim apud Virg. Oenotrij coluere viri: vt ſcandendo duo ij, in vnum copules: & non credas o, breuiari propter mutam, & liquidam: quia natura longatur. Breuiantur iſta. Aſtrogothus, herodotus, idothee, deiotarus, apotheca, compoſita: vt antidotum, monopto-*

tum

tum, Zenodotus, acrota, onocrotalus, leuconotos, bellonoti, ſibores n, p, laothoe, hippothous. Horati. pri. ſer. Ille repotia natales a, u, d, Sidon. Biſalta aſtrogotus, procruſtes ſ, m. Idem: Torrens herodotus, tonans Homerus. Priſcia. Et pharos idothes ſcopuli p, a. Lucanus v. Deiotarum, & gelidæ d, r, o. Horat. Aut apotheca procis intacta. Auſoni. Antidotum ſumet p, ſ, b. Ouid. xiiij. meta. Acrota ſunt geniti r, m, a. Martia. x. T, r, guttur onocrotali. Auſo. cõſtractor leuconotos libs. Val. Flac. vi. Bellonoti, comitumq; c, m, c. Idem: in eodem: S, & gladio ſibotes ferit vltima teli. Interpres Strab. xiij. Laothoe genuit, pater illi m, a. Idem: Hippothous regit, & p, m, i, b, p.

O *Ante V, breuis eſt: Ludouicus, cõtrouerſia, græca animaduertito. Sidon. Declamatio controuerſiarum. ſi etiam, longares, non ſuccenſerem.*

De V, in medijs ſyllabis. Cap. 2.

V *Ante B, corripitur: vt titibo. Demas, volubilis, ambubaiæ, corruba, anubis, ſaluber, deglubo, exubero: lugubris, & connubium, hæc duo ambigua ſunt ſic & vlubræ. Ouid. Fortuna volubilis errat. Horat. Ambubaiarum collegia ph. Columel. xi. corruba ſimillima filo, Iuuena. vi. ſat. currit de riſor anubin. vbi Domit. & cæteri, anubis, legunt, ſed trutinans lector, anubin, facile legendum videbit. Oui. iij. faſt. Phœbe ſaluber ades. Auſon. Deglubit, fellat m, p, u, c, Claud. N, c, ſcopulis exuberat iber. vnde apud Perſium legendum eſt: Exupera grauis halitus, nõ exuberat: vt in omnibus legitur codicibus: quod cæci nõ videre interpretes. alioqui cum Vulcano iret carmen ſic legito apud Siliũ. Sic fuit exuperans æſtu: ſed deuius æqui: nõ autẽ, exuberans; ut in tritis, legitur cõtextibus.*

Iuuenalis emaculatus. Interpretes cæci. Silius emaculatus

V Ante C, longatur: vt ophiucus, & adiectiua in cus ca, cum, & in omnibus in ca ſubſtantiuis: ut verruca lactuca, lactucula, marrucia, marrucinus, apud Columel. fiducia, manduco, ſambucus, pollucis, pannucius, & a longis compoſita. Sambuca, ab aliquibus etiam longatur. tamen Gildas optimus poeta temporibus Claudij ait epigr. v. Et dixit ſabuca turuis ex venere. & amouit etiã m, a, ſyllaba. Alia corripito: vt reducis Germen. cæſ. medium cingens ophiucum.

Gildas poeta.

V Ante D, longatur: vt teſtudo. Excipe a breuibus venientia: vt diſputet, repudium repudio, dryudæ, pecudis, erudio, eruditus, gaude, quando eſt triſyllabum, obtudi: contudi, ambigua ſunt. Luca. pri. Sacrorum dryudæ p, r, a, a. Catul. Verboſa gaudet venus loquela. in quo carmine poſt ſpodeum dactylus eſt. ſuper qua dictione legito in. ij. Epogra.

Gaudet triſyllabũ.

V Ante F, breuiatur: vt carnufex.

V Subſequente G, producitur: vt lanugo: ſalpuga apud Lucanum. & dicimus etiam, ſalpyga, ſi Hermulao credimus. Demito perfugium, ſuffugium, & ſimilia. obliquos a coniux, coniugo, coniugiũ & cætera a iugo compoſita: vt bijugis, pupugi. aliqui etiam, ſanguiſugam, demunt: qui, ſi exemplo comprobent, audientur. ego ſatius longarem. quia a ſugo. Ouid. dubia lanugine malas. Quintus Catullus: D, ſ, e, perfugium illud habet. Auſon. Suffragia in centum m, t, c. Iuuena. vi. ſaty. I, i, domus, & coniugis, atque ſororis. non enim coniux facit coniugis, non coniungis, differentiæ cauſa, vt aſſerit Priſcianus: ſed propter analogiã. Nam coniũx, non a, coniungo (ut vult ille) dicitur, ſed a con, & iugum: vt coniux ſine n, in fine dicatur, non con-

Priſc. error.

Coniux non coniunx.

coniunx.Nico.Ferretus etiam fallitur,dicēs, coniugis, in genitiuo facere: quia n, litera a nominatiuo demitur, qui,ſi analogiam ſciuiſſet, talia dixiſſet nunquam, non deſunt etiam aliqui,coniux ſcribentes,nulla n, litera interpoſita poſt o, nec poſt u. Coniux. Nico. fer. fallitur.

V *Ante L,corripitur, vt ſtrangulo,appulit,garrulus. Excipito, cleobolus,traſybulus, & ſimilia,in bulus,vt archebulus,amulius,edulis,edulium,adulor,adulator,adoleſcens, apulia : licet apulus breuietur,portulaca.hic & hæc tribulis, & hoc tribule,tribunal,curulis,peculium,torcular,ſi Priſcia,credimus,cuculus,& getulus, ambigua ſunt. Ouid.in Ibin: ſtrangulet ora liquor. Virgi. veſtris deus appulit oris, quæ dictio inducit Donati verba adhuc forte non percepta in Andriæ prologo: Poeta Poſtquam animum ad ſcribendum appulit. ait enim. Ille appulit in ſecunda lectione appulit fuit. ſed appulit magis. ego ita lego miſſis aliquorum opinionibus: Attulit in ſecunda lectione, fuit,minima impreſſorum labecula, permutatis duobus tt,in duo pp, Ideo quid ſibi velit Donatus & pueri ſciēt nam ſecunda lectio dicitur proprie ſecundus codex, & liber alij legunt, habuit,quibus muſarum reclamat chorus,alij,intulit: quod non probo. Hic locus alium eiuſdē attrahit locum.ait Teren.in prima Andriæ ſcena,quid facies illi,qui damnum dederit. Interpretatur Donatus illi,pro illo ſit nunc in vſu,& in non illi,alij dicunt deeſſe, in vt illi ideſt in illo.alij legunt, illi ideſt alij: quorū mere ſunt nugæ.Ego autem antiquos Terentij contextus habere perſuadeo : quid facias illo qui damnum dederit:quod Donatus ait interpretans,illo ideſt illi dictionibus impreſſorum incuria ſubuerſis .quod antiqui, illo pro illi,dicerent,teſtatur Priſcianus.ij.conſtruc.approbante*

Donatus emaculatus

Secunda lectio apud Donatum quid.

Donatus emēdatus. Terentius emēdatus.

Illo pro illi.

bante doctiorum auctoritate. Idem: Terentius in eunuch. quid faciemus illo? Cicero in Verrem: quid illo patrone factum eſt, ideſt illi. Scio quippe hæc lectoribus placitura: egrę tamē laturis, niſi exempla perſequar. Ouid. v. Metamorph. Raucaq; garrulitas, ſtudiumq; i, l. Hic etiam Auſoniam explicabo ſpiram, & burdegalenſem mæandrum. Eſt epigramma in villicum; vbi legitur: Non cultor inſtans, non anitor gaururis. quæ vltimæ dictiones lectorem immorantur. Municipales mei alioqui literati, dicunt legendum eſſe ianitorúe ruris, quod non patitur carmē auerſante poetico ſtructu, quia triplex in carmine committeretur error. alij legunt: anitor rurarius, cur & quare, ipſi viderint. Nos ideo Gordij iugum pellæo mucrone diſſecemus. & legatur, Stoę tui iudicio: Nunc cultor inſtans, ianitor non garulus: & ſenſus concinitas videbitur quadrantior. en ecce quam multijugis adnotamentis creſcit opus: quod utinam fauorabiliter plauſibiliterúe ab omnibus recipiatur. Auſoni. A, ſ, qui thraſybule tua. Idem: cleobulus, lydius in re. Ouid. iij. Faſt. H u, c, cōtemptor Aemulius æui. Horat. ij. ſer. V, ſ, c, nec ſemper edules. Lucret. v. gannitu vocis edulant. ſuper qua dictione Callepinus, miratur poetas primam breuiare. Ouid. Agmen adulantum media p, a, a, eum admirantem miror, cum componi ab ad, & aula referat: quod componatur ab ad, & δοῦλος. i. ſeruus non admitto. Iuuenal ſaty. iiij. Cæcus adulator, diruſq; a, p, ſ. At leuis ille deus. cui ſemper adulescentum. Hoc carmen (ſi recte memini) in Giri Maroniana reperitur: & allegatur a Politiano epiſto. v. dum velit probare aduleſcens per u, non adoleſcens per o, ſcribi, & u ſuper l, produci contra originis naturam: vt, vpilo, apud: Virg. adoleſcentia vero breuiatur.

Ciceronis locus. Auſonij locus.

Adulo. Callepini incuria. Aduleſcēs non adoleſcens.

uiatur apud Senecã in octa. Mart. nũc accipienda. tribu li Torcular, omnino longatur cõtra Sulp. Priſc. nanque lib. iiij. inquit: in ar, deſinentia, ſi cõſonantem habent ante ar, producuntur: ideo torcular producetur. ſi vero eſſet vocalis: breuiaretur, vt laquear. ſuper hac dictione in libro de Accentu item fit mentio.

Sulpitij error. Priſc. regula Torcular 3 ſyllaba.

V Ante M, longatur, vt acumen. legumen. Demito, cruſtumium, cucumis, cruſtumeri, autumo columen, incolumis, contumax, collumela, contumelia, emolumẽtum, cucuma, irrumo, lucumo, cõpoſita a tumeo, documentum: monumentum: indumẽtũ in qua dictione non audiendi ſunt Prudentius, & Aratus poetę, cum indumẽtum longauerint. Prudẽt. in amart. Indumenta nouis, t, p, t. Arat. ij. quibus indumenta pudoris. Ait. n. Priſ. nomina in metũ, eandem retinere ſyllabam ante mentũ, quam habent in penultima præteriti perfecti: vt indumentum ab indui. quia u, in præterito breuiatur, ita in indumentum. veſtimentum ideo longatur. quia a veſtiui: quod præteritum in penul. producitur. dicent aliqui argumentum venit ab arguit; vbi u, corripitur: & tamẽ in Argumẽtum longatur diſcant iſti argumentum, apud antiquos quinq; fuiſſe ſyllabarũ: quia r, cum vocali proferebant: vt argumentum: latius in prima: vbi de r, littera fit mentio. in vi. etiam legito. Lucan. ij. Cruſtrumq; rapax. Virg. in cop. cærulus cucumis. Idem. vij. Ardea cruſtumeri q, e, t, a. Horat. Autumat hæc populus. Mart. Germanis ego contumax capillis. Idem. x. Nec te barbara contumelioſi. Idem. iij. eodem: Extruxit cucumam fecit o. Catul. Pedicabo ego vos, & irrumabo. cuius verbi ſignificatum Ouid. in priap. expreſſit: Barbatum furem tertia pœna manet. Auſ. A, q, b, ſamij lucomonis accumen.

Prudẽtius & Aratus non audiẽdi. Priſcia. regula. R, cũ uocali prolata. Argumentum penta ſyllabum. Ouidij locus.

V Su-

V Super N, productioni ſeruit: vt pecunia, lugdunum. Demito albunea. Iuue. Et lugduneſem rethor d, a, a. Virg. Conſulit albuneę n, q, m, ſ.

V Ante P, corripitur: vt volupis, centurupe, vitupero, quadrupes. Demito, marſupium. Mart. capel. ix. Pronuba ſic volupe eſt hæc ſeria c, u. Sil. xiiij nō e vertice largo Conturupe. Prudent. cunctis etiam marſupia crebris: quod ita apud Plaut. inuenies.

Aliorum defectus.

V Poſt ſequente R, producito: vt ſilurus, iniuria, penuria myuros. Demito ſabura n, p, centurupe bituri, centurio, ſuccenturiatus, centuria, melanurus, palphurius. purpura, & ab eo venientia: vt purpureus, lygurinus: ſecuris fluuius, tugurim, maſurius camurus, mamuris. hoc nomen ambiguum eſt, quod qui ante me ſcripſſerunt non videre. breuiato etiā verba quibus conuenit: non meditatio: vt male ſentiunt aliqui: ſed (vt ait Laurent. Valla) optatiua in rio, vel ſui primi verbi effectus: vt eſurio, micturio. hinc demito, ſcaturio, cucurio, ligurio, corripitur etiā Mercurius, luxuria, lemures, & ſic lemuria. Ouid. longat breues, etiā obliquos a nominibus in vr: vt ſaturi, lyguris, mur muris. ſi vero in vs, tertiæ longato: vt telluris. Et quia diximus, mercurius, breuiari, adoleſcens. Petrum heliam vt ſpernas admoneo, dicentem in vocatiuo. mercuri, aliquando cui, longari, quod falſiſſimum eſt. Publius. veterem ferendo iniuriam inuitas nouā. in quo ſenario, iniu, ſpondeus eſt Virg. vij. Exiguam in cererem penuria a, e, non autem breuiatur: vt docuit Aelius Antonius. Terentian. Præmiſſo heroo ſubiungit nanque myuron. & myuros, licet ſit verſus hexameter, tamen in penul. ſyllaba breuiantur dictiones: quo carminis genere vſus eſt Liuius Andron, Terentianum legito: & nos in

Grāmaticorū error. In rio, verba nō ſunt meditatiua

Petri helię error.

arte

arte breui. Sil. xv. A, ſ. ſtridentem ſabura cornum. Idē. xiiij. nec non e vertice largo Centurupe. Lucan. pri. Et bituri longis q, l, a, i, a Horat. magnis e centurionibus orti, & non admittas Sedul. dicentem. in dimetro Iambico Flexus genu centurio. in quo verſu, tu, longauit. Ennius: Melanurum turdum merulam q, u, q, m. Iuuenal. Si quid palphurio ſ, c, a. Ouid. Carmina purpurea candidiora niue. quod prius Maro dixerat nam purpureus dicitur color flammigans, & albus: vt hoc in exēplo. purpureum. quoque nigrum dicimus: ex quo Homerus mortem potuit appellare purpureā: vt teſtatur Plutarc. libro de lib. educ. Auſon. Arida torrentem ſecurim deſpectati. Virg. Georg. iiij. Pes etiam camuris hirtę ſ, c, a. Idem: Pauperis & tiguri c, c, c. Perſi. Et ſiquid maſuri rubrica notauit: nō poſſum tamē nō mirari cum apud gręcos ſcribatur: μασουριοσ per diphtongum Iuuenal. Aeſurit intactam p, n u, a. Prudentius: P, d, i, potum largita ſcaturit. Horatius ſatyra. xiiij. T, c, m, d, furta ligurit. Idem in Epiſt. Nocturnos lemures p, q, t, r, tamen Ouid. ait R, e, u, nocturna lemuria ſacri. alia exempla facilia ſunt.

Sedulium non admitto. Ouidii locus. Purpureus

V Subſequente S, producimus: vt creuſa, Tolluntur ebulus, bieruſalem; peruſinus, blanduſia, canuſium, canuſinus, na, num, brunduſium, voluſius. ſyracuſius: ſed (vt diximus) per o, ſcribendum aliqui aſſerunt. alij dicunt græcos per omicron ſcribere quæ litera ſæpius apud nos in u, vertitur. Venuſinus, ſyracuſæ, hæc duo ambigua ſunt quod alij nō adnotarunt. Lucan. pri His cæſar peruſina fames. Sil. iij. Iamq; ebuſus phœniſſa mouet. Lactan. Impia bieruſalem rabidis e, c. Virg. xij. Corripit. & venienti ebuſo q, p, ſ. Horat. iij. carmi. O fons blanduſiæ ſ, u, Iuuena. ſaty. vi. Paſtores

Aliorum defectus.

& ouem canuſinam u,q f,Horat. Nam canuſi lapidoſus aquæ Idem: Brunduſium longæ f,c, q, u,q. Iuuena. Quis neſcit voluſi bithynice q, d.

V Ante F, longatur, vt refuto, confuto, quia a fatum (Pompeio teſte) veniunt, mutata a, in u, mutatiuus. Demito, minutiuus, diuturnus,

Aliorum incuria.

obliquos ab intercus, defrutum, arbutus, veluti, recuttus compoſita a quatio, vt concutio. In compoſitis adverte, quia per ſimplicia cognoſcentur: præputium ambigue, poni duo eruditi ſcribunt. in xi. legito conglutino, reglutino, indifferenter ponuntur, quod non adnotarunt, qui ante me, ſcripſerunt. Virg. Sors dicta refutet. Ouid. Metamor. Radijs iuga ſub dita matutinis. Nec

M. Capel. emaculatus.

te moueant aliqui Mart. Cap. Codices in hoc: Et matutina greges quatiunt in p, c. Ideo abiecta, & coniunctione, ita legas, Matutina greges q, i, p, c. Martia. iij. Et nigri Syra. De fruti legœna. Virgi. Ex fœtu nucis arbutus horrida. Perſ. Tacitus, recutitaq; ſabbata palles. Catul. Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina, quale ſit carmen in vi. legito.

V Poſt veniente V, breuiatur, vt diluuium, ſimpuuium, exuuium, exuuiæ. Iuue. Simpuuium ridere Numæ, n, q, ſ, Virg. Hectore qui redit exuuias i, a. Iam lector mediarum ſyllabarum, Vmbiculum attigimus: quas ſi idoneo non bene trutinati fuerimus ſcrutinio nec ſuccẽſeas prẹcor. Nihil enim difficilius, nil durius nil laborioſius quam regulis medias comprehendere. Hiſce Germana loquitur Probus, dicẽs. Syl

Probus quid de ſyllaba.

labam nulla artis ratione, ſed exemplis poſſe comprehẽdi. Ideo lector, cum in ſuperioribus me florulentum, & multiplicem videris: ita vt in Quinta videar Epogr. me prẹparo, Hæc eſt, exit exit vide lector.

IOAN. FRANCISCI QVINTIANI STOAE POETAE LAVREATI,

De ſyllabarum quantitate, Epographia. V.

PROOEMIVM.

MIRABVNTVR *Forte noſtræ qualiſcunque eruditionis indagatores ab his Epographijs ſolitum dicendi abeſſe lenimen, ac ſtilum illum leuigatiorem, & poetico rore fluentum, quos ne, talis amplius teneat admiratio, monitos velim, non hic enodatoriam me detinere vetuſtatẽ, non continua ſerie penitiſſima iræceptæ auctorum fidei reſerare loca, non cantanda memorare prælia vndi, Quo verſum denotantia, vt lectores bracreatis dicendi delitijs permulceam. Hoc nanque opus licet laborioſum erumnale, durum, tyronibus planum offero, ac tractabile, vt & qui vix elementa imbiberint, intelligant, mox ſciant idoneorem hunc fuiſſe ſcribẽdi modum quaſi abſolutori, exactoriúe fabricaſſem perpendiculo. Hæc pueris condonetur lectio non eruditoribus quãuis et ipſi nõ mediocrem accepturi ſint, hilaritudinem. Dij faxint, vt longam viuamus vitam. Quod ſi aſſecuti fuerimus,*

pro virili parte curauero, vt vigiliȩ noſtrȩ vllo non inuoluantur ſilentio. Verum omnium machinarum iuro. Opificem & publicum σώτηρ me hoc opus vigeſimo ætatis meæ condidiſſe anno, quod in archetypis, idiographis ue inuentum nuperrime recognoui, qua in recognitione multa dempta plurimis additis. Sed quid intercalari ſegrego præfationes primas namq; mediasúe ſine intercapedine conſequi nituntur vltimæ. nitentibus audiamus exireandem ne, ipſo ordine tardiores vos tantæ & tot diudicent Academiȩ.

Quo ætate meæ anno hoc opus compoſuerim.

A, in fine. Cap. I.

Nomē in, a Mna, monoſyllabū

A *Finalis in nominatiuo.accuſatiuo, vocatiuo, & nominis, breuiatur: vt muſa hector a, o poeta. Excipiuntur monoſyllaba: vt mna: & (Priſc. teſte) græcorum nominatiui, quos aliquando longamus. Stat.iiij, the. Non tegea, non ipſe d, u, a, f. Idem.vi.th. Te plangeret argos, Te nemea tibi l, c, l, q, ſ, vbi Geor. vall. putat, nemea. eſſe vocatiuum, ſed perperam. nam ibi nominatiuum eſſe vel puer non ignorat ait. enim ille a nominibus in e, feminis vocatiuum produci: vt nemea: citatq; hoc Sta.carmen. Hæc adnotaſſe volui, ne me fingere aliquis putet Quint.maſtix. ſuper quo carmine etiam Rob.errat gaguinus Oui d.iiij. faſt. ſȩpe rhea queſta eſt. Idem in epiſt. Mittit hypermeſtra d, t, m, f, u. vbi falſo Sulpitius breuiari credit tamen ſciēdum eſt (eodem teſte priſciano vi.) latinos etiam illa græca aliquando corripere: quia omnem in a nominatiuum latini idiomatis finalem conſtat corripi. Longantur præterea vocatiui in a tā primæ, quā tertiæ declin. a nominibus in as, quod Seruius, & M. Victorinus cum Probo affirmant: quibus & vatum aſtipulatur auctoritas. Virgi.vi. Tros ait ȩnea ceſſas Idem: Non hac o, palla*

Geor. val. error. Statij locus.

Robertus errat

Sulpitius fallitur.

Vocatiui i a, a nominibus i as. Ablatiuus in a.

dede-

dederas p,p,Si uero apud Horatiũ.ij.ſer.inuenies,atrida breuiari. & apud Ouid.po. decta. & penes Virgilium longari, Anchiſa,rationem ibi idiomatum cognoſcito: ſi breuiabitur (Priſciano teſte) erit vocatiuus latinus ſi vero longabitur, eſſe græcum Seruius innuit. Ideo hæc lector animaduertito: Ablatiuus in a terminatus, longatur: vt ab hac muſa. vnde fœtudino errore cæcutiſſe conſtat Seruium in.vi.commen.ſuper hoc Virgilij: Sed dum forte caua tum perſonat æquora concha. vbi putauit Marius, caua accuſatiuum eſſe. cum ablatiuus ſit. Sed quid luctaris Serui, an errore occulis? cedo non ne pueriliter te iterum deliraſſe affirmauerim? eſt autẽ carmen Aegloga Virgil. pri. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. ſcribis ibi turtur, fœminini eſſe generis, eo quòd Virgilius, aeria turtur dixerit. Proh quẽ geryonem parturis? an verſus patitur. diſcas quero, grammaticorum triumuir, aeria, nõ eſſe ibi adiectiuum Propter nomen turtũr, ſed, aeria ab vlmo dixerim: ſit ablatiui caſus. Non doleas Serui, in hoc, Nico. Ferretum habes comitem, cum ait, aliquando breuiari ablatiuum. & nittitur iſto Iuuenal: Cærulea indutus ſcute lata, & galbana raſa. nos vero galbana actiui non ablatiui caſus docuerimus. Nomina in ginta, ambigue omnes poni ſcribunt. In genta, autem ſemper corripi. de quibus quid dicat Seruius, ne vlli ſit incognitum, viſum eſt ſcribere: cuius verba hæc ſunt.ij.cõm. hæc in de numerorum nomina in a, indeclinabilia a, producunt: vt Triginta magnos u, m, o, tamen Iuue. ait Quinquaginta dedit g, ſ, d. Nomina literarum: vt h, K, ad placitũ ponuntur. ſic in omni terminatione: vt p, c, b, r. Verbum in a, imperatiui modi productione gaudet: vt da, ama, ara. Virg. Nudus ara, ſera nudus. quam regulã ſi ſciuiſ-

Seruij error.

Virgilius a vitio defenſus.

Seruij error.

Virgilij locus.

Nico. ferr. error.

Iuuenalis locus.

In ginta.

In genta.

Literarum nominã.

Verbum in a.

Chriſto. phori. Landini error. Horatius emaculatus. Participiũ in a. Pronomẽ in a. Præpoſitio in a.

ſi ſciuiſſet Chriſtophorus Landinus in ij. ſermonum Horatij, non infantarie locutus fuiſſet interpretans: ergo nunc clama ſodalis: clama. i. vocem extolle, ac eleua: cum legi debeat, dama, ſodalis vocatiui caſus: euntibus inficias ars reclamat metrica. Participiorum, & pronominum caſus in a, nominum ſimiles ſunt caſibus, ſcilicet vt nominatiui, accuſatiui, & vocatiui breuientur: ablatiui producantur. Prepoſitiones accuſatiui in a, (Victorino teſte) productionem poſtulant: vt citra, erga, infra, vltra: tamen (vt dicemus) ambigue contra

Cantalitij incuria.

Cantalicium tantum longantem, inuenio: ſimiliter ablatiuis longitudo nexa eſt. Virg. Ecce autem gemini a

Aduerbiũ in a.

tenedo t, p, a, Aduerbijs in a, productio ſeruit (Victorino teſte) vt qua, poſtea, antea, & vna, quod aduer-

Vna cõica tiuum.

bia ſpondeo conſtare ſcribit Probus, & eſt communicatiuum, Horat. in Epod. Romanus heu poſtea fuga-

Poſtea. Anto. Nebri. Aſcenſij error. Oui. locus

bitis, vbi ſtea, iambus eſt ſecũdam longam continens: non autem breuiatur: vt inerudite Anto. nebriſſenſis, & Aſcenſius præcipiunt, propter illud. Ouid. vi. faſt. Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet. nam ibi poſtea duæ dictiones ſunt: vt .ea accuſatiui ſit caſus. Horat. Pecti nihil me ſicut antea iuuat, vbi, antea, iambus eſt. Catul. vbi iſte poſt phaſellus antea fuit in quo verſu itidem, tea, iambus eſt. Aliqui tamen triuiales putãt breuiendum eſſe, propter illud Virgilij in æneı. Proſpectum late pelago petit antea ſi quem; iſti fecis grammatiſtarum principes dicant: an ibi, antea, ſit aduerbium, an accuſatiui caſus: profecto accuſatiuus eſt ab

Antea. Triuialiũ error. Vir. locus Fruſtra. Neſtoris incuria.

hoc nomine Anteus. vnde alibi Virgil. Ante a, fergeſtumq; u, f, q, c. Virgil. Venatum Aeneas, vnaq; m, d, fruſtra (ſi Probo credimus) longatur. licet Neſtor, fruſtra, ambiguũ eſſe aſſeueret, nixus Iuuena. ex ſat. iij.

Aucto-

auctoritate: Aerumnæ cumulus: quod nudum, ac fruſtra rogantem: quod & legit Georgius Valla. in quo, ſi me conſuluiſſent. talia dixiſſent nunquam. qua propter, legendum eſſe doceo, quod nudum ac fruſtra rogantem vt ſit accuſatiui caſus ex codicum lectione, & ſenſus concinnitate & ſi id comprobare voluiſſent acutiſſimi, alioqui viri, illud Ruffi Feſti in arat. protuliſſent: Imauebunt cœli luxit dum fruſtra frequenter. Sic & nos vſi fuimus in Theoandrothanato: vt late inferius leges Ita, & quia, & puta, breuianda cenſeo, Seruianam, ſententiam poetis comprobantibus. ſimiliter in a, pro e, poſita breuiãtur: vt, traſuerſa tuentibus hirquis. quan quam alij ibi accuſatiuum eſſe volunt. Ouid. Non ita diffidunt. cuius aduerbij, cum recordor, riſum cient quidam ſciolli eructantes ita affirmantis apud receptæ auctores fidei non reperiri, eant in malam rem, & legant Terentium in andria, in eunuc. quo viſo ſtatim erroris pœnitebit. Ouidius in Priapi. Vt phœbo puta, filioue phœbi. Interiectio in a, purum, corripitur, vt eia. & (vt ait Probus) quia Virgilius ſciebat conſtare trocheo. vbique ei vocalem ſubiecit. quod (vt probus verus admittatur) comprobabimus. Valerius Flaccus. viij. Ferret ad aurige caput arboris eia per ipſum. Sidonius tamen ait: Eia calliope nitente palma. vbi, eia: eſt ſpondeus. in ſexta legito. Si vero interiectio in h, vt ab vah, terminat, longatur. inferius legito. Coniunctioni in a, longationem damus: vt præterea, interea. demito ita, & quia de quibus diximus: Virgilius. Prę terea ſi nona d, m, e. Si qua, longatur. Virg. Siqua fata ſinant: nam qua adiectio eſt. & ſic ſemper qua longatur quando vacabit. Virg. Ne qua ſcire dolos m, q, o, p. Idem. ſi qua fata aſpera rumpas.

Geor. val. incuria. Iuuenalis locus.

Ita. Quia. Puta. Aliquotã meræ nugæ.

Ita affirmãtis inuenitur.

Interiectio in a.

Cõiunctio in a.

Siqua in ſyllaba.

De B, in vltimis. Cap. 2.

B, terminata. B Terminatę dictiones cuiuſcunque partis, breuiari exoptant: vt ab ſub, ob. Excipito barbara vt iacob: quia venientia ad latinam declinationē ita ſeruant: vt iacobus. & ſciendum eſt poni pro u, b, more greco: vt in antiquis marmoribus Romæ: bixit annis.xxv. pro vixit aliquando etiam græcum, β in m, apud nos trãſit: vt proboſcis, in promuſciden. reperitur etiã vnum thurrenorũ nomẽ, Ianib. teſte Myrſi lesbio.

B, grecum in m, vertitur.

B, pro u, ponebant. Ianib.

De C, in vltimis. Cap. 3.

Nomen in c. C Nomini terminato breuiationem damus: vt lac Victorino teste: & hormidac, apud Sidonium. Lac tamen apud Serenum longatur: Lac aſinæ, placidæq; bouis prodeſſe loquuntur. Producitur omnino halec. Verbum in c, longandum eſſe exempla edocent: vt dic. Ouid. Dic age frigoribus q, n, i, a. Si Bedæ, & Seruio, credimus dic, duc, fac, longantur. Probus, fac. breuiat. ego autem, fac, ambigue poni in vi. comprobabo & meo quidem iudicio contra Sulpitium in ijs ſimilibus, ſi prima poſitio longa eſt, longantur: vt dic, duc, quia dico dicis & duco ducis. Iuue. Pone domi lauros, duc in capitoliam. Virg. xi. Duc ait & rutulos. ſi vero breuiatur, corripiuntur: vt fac a facio. Ouidius: Phylli fac expectes d, t. Pronomini in c, productio adnectitur: vt hæc: licet diphtongo. Hic ambiguum eſſe inferius dicam, Hoc (ſi Priſcia. credimus) contra aliquos breuiatur. Priſciani verba hæc ſunt lib. xiij. hocce vocali ablata per ſynalepham manente duplici cc, ſolet produci. Virgil. Hocce erat Alma parens, ſed ſcriptorum negligentia vnum c, prętermiſit. ſi enim duobus, cc, manentibus longatur, euenit: vt remoto altero corripiatur. ſed aſpice in vi. vbi de ambiguis. Mart.

Verbum in c.

Sulpitio aduerſor.

Pronomen in c.

Hoc.

Aliquorũ error.

C, duplex.

cap. & Seruius aſſeuerant c, pro duplici haberi. in qua litera Terentianum ſugillat Seruius commen. vi. quod dixerit c, ſimplicem, duplicemq́; haberi pro metri ratione. contra quem futili inſurgit argumento: eo quod pro duabus in biſyllabis dictionibus haberi debuerat. falleris Serui ſcribens c, pro duplici, niſi in monoſyllabis teneri: cui pro Terentiano poni pro metri ratione aduerſor, quia hic & breuiari oſtendemus. Aduerbium in c, longitudinē poſcit: vt illic, illuc, hic, & non immerito ad pronominis diſcretionem, hic, aduerbium per dipthon. hoc modo, heic, ſcriptitaſſe veteres manifeſtū eſt. Ex quo miror vnum noſtri virum ſeculi alioqui eruditum: dixiſſe: Cur ergo impēſam fundis hic, aut operam. in quo proculdubio errauit. Nec & donec breuiantur: quia nec a neque, donec à donicum, per apocopen: qua dictione vtuntur Cato, & Lucre. Donicum ad extremum viuendi perficc finem. Beda tamen apud Paulinū donec, longū inueniri ſcribit: quod vi cæſuræ eſſe poſſet. Coniunctioni in c, longationem damus: vt ac & ſcitu dignum eſt poſitum c, pro g, vt ſecobrica ſecobriga. vnde non mirum ſi aliquando ſcribimus dictiones per c, et per g, proferimus: vt alias diximus.

Terentianus defenditur. Seruij error. Aduerbiū in c. Heic. Vnum miror. Donicum. Cōiunctio in c. C. pro g, ponitur.

De D, in vltimis. Cap. 4.

D*Finitas dictiones vbique corripi petit auctoritas: vt quid, quod, ad, ſed, quanquam Sed per t, magis quā per d, ſcriberem: quod in antiquis inuenies literis. Iſidorus tamen æthym. pri. cap. xxv. Sedum antiquos dixiſſe inuit: mox eſſe detractas duas vltimas, & dicamus, ſed nos vero in noſtris Dubitationibus Iſidori Codicem mendoſum eſſe: & Setum, legendum, & ſet omnino ſcribendum docebimus. Quia diximus d, finita breuiari non te moueat hoc Prudentij*

D. terminata. Set, per t, non per d, ſcribi. Sedum. Setum.

Dauidi in *Amat. Vt genuit Dauid alias p, o, u, nam eſt propter cæſuram, quæ fit in ſyllaba poſt duos pedes in ÿ. legito Epographia. alÿ volunt ita elungari: quia in penultima genitiui elongetur. Vnicuique ſuam omittã ſententiã inuenies quoq; Nagid, nomẽ regis apud Philonem.*

Nagid.

De E, in vltimis. Cap. 5.

Nomẽ i e,

E Nominis finitus nominatiuus breuiationem ſuſcipit: vt mare, cubile. Dempto Græcorum nomine in e, in omnibus caſibus: vt tysbe, penelope ſic in plurali indeclinabilia: vt tempe. Ouid. Sylua vocant Tempe per quæ p, a, i, ex hoc ridendo decipitur errore Callepinus, dicens in hoc Sereni: Rugarũ ſulcos lentiſci maſtice tendens, maſtice, ibi venire a maſtiche maſtiches. cum potius maſtix maſticis declinari verſus ſtructura, & Plinius edoceant. Genitiui, & Datiui ſingulares, nominatiui, & vocatiui plurales, primæ inflexionis diphtongo longantur. Accuſatiuus, & vocatiuus in e, breuiantur: vt mare, o, domine: ſi vero nominatiuus, accuſatiuus, & vocatiuus plurales in e, genere neutro terminant, longantur: vt mele; Lucretius, Ac muſea mele per c, o, q. Idem: Et cygnea mele Phębea q, d, c. Ablatiuus in e, tertiæ corripitur: vt patre. demũtur ablatiui græci: vt euphrate. Lucanus: Signaq; ab euphrate cum partis c, excipiuntur itidem, fame, tabe: quę (vt Priſcianus, & Victorinus ſcribunt) more quinto declinationis, vel græcorum e, protrahunt. Virgilius ſexto. obÿcit ille fame rabida t, g, p. Lucretius pri. Imbribus, aut tabe nimborum a, u, tamen hoc nomẽ ambigue poni inferius ſcriptum relinquemus. fame, non mirum longari: quia fames famei antiquitus declinabant: vt innuit Gellius, libro. ix. Cap. xiiÿ. Si autem erit quintæ ablatiuus, productione vtitur: vt

Callepinus error. Serenus a vitio defenſus.

Fames famei.

ſpe,

ſpe. & eſt ſciendum, apud maiores nomina quintæ in genitiuo e, etiam longum terminaſſe. Ouidius metamorpho.iij. Prima fide vociſq; ratę. Idem vi. Vtque fide pignus, idem fidei, tamen aduerte apud Auſonium legi. Hoc die mercatus, cras citharœdus eris. vbi (mea ſententia) expungendæ ſunt dictiones illæ, & ſubſtituendæ, Hęc here mercatus. licet in antiquo Laurentij Bargnani olim diſcipuli non pœnitendi Codice legatur omnia mercatus: Ablatiuus, & vocatiuus in e, græcorum longationi obtemperant: vt Achate, Calpe, & cur Iuuena. dixerit: calpe relicta: admiratur in vi. Priſ. qui etiam contra naturam dixit: gelida præneſte ruinā, Virgilium poſuiſſe. ſic & Ruf. feſt. in ara. procul in vada calpe titana. ſed aliqui referunt apud Iuuenalem, & Feſtum, non a calpe calpes, ſed a calpis calpis venire, & ita de præneſte. nam Calpis calpis dicitur in Epiſt. a Sidonio: Si forte vocatiui erunt a tertia breuiātur certe: Ouid. Triſtis oreſte tuæ. quanquam, Oreſta, legi poteſt: vt apud Senecam in Agam. Aggrediar, & te oreſta furabor libens: Proper. Fregit Achille domos, & ſic Pilades contra Alexandrum debuiſſet dicere, non niti exemplo Martialis, Tereos, aut cęna crude thyeſte tua, vbi (meo iudicio thyeſta legatur. aliter Martial. cum Vulcano progrederetur carmen, & ſciendū eſt (teſte Quintiliano, & Seruio comment. vi.) nomina primæ inflexionis in es latinam ſumere declinationē: vt anchiſes anchiſa anchiſæ, laertes laerte, laertæ, & quia in hanc dictionē incidi, quid Tortellius in dictione, laertes, referat demōſtrabo ait ille: nomina in es, primæ latinam ſumere declinationem in a, vt laertes, laerta, laertæ. vocatiuo, & ablatiuo laerta, & ab hoc laerta & adducit hoc Ouidij in epiſt. Laertaq; ſatus p, q, c, r.

B, terminabat genitiuus quintę

Ouidij locus.

Auſo. emaculatus.

Priſciani admiratio.

Pylades errat.

Mart. emaculatus.

nam ſi diceret.laerte,verſum ſtare abnegat:quia e, breuiaretur,vere nugas Arretine loqueris,quid refert, an laerte,an leerta legas: omnino a,& e, ſunt longandæ. vnde quid tibi velis inconſtans neſcio : ſi forte velis legi : Et Laerta ſatus. quod ſi ita eſt, itidem falleris. miſerrime Phineu Tortellium ſi potes ſalua : & ſuper hoc corollarium. & quod Græci dicunt, πορισμα ideſt auctarium accipe : vt a Quintiano diſcere non te pudeat. Ouid.emaculatus. *legitur apud Ouid.v. Metamor.Te tamẽ o parui rector Polydecte Seryphi: vbi e, breuiatur in,Polydecte,refragante poetarum choro.ideo polydecta, melius legendum arbitror,Seruio dicente Comment.x.Omnia in,tes nomina in a, vocatiuum poſſe emittere : quem in ſimili a Marone, in ij. longari ineruditi putant:Coniugio Anchiſa v. d, ſ,dicentes ita legendum:eo quòd Seruius ita legat. Quorum inſcitiam non poſſum non mirari,cum ex ſententia Priſciani ibi legatur, anchiſe, non Anchiſa.* Seruij regula. *Præterea, ſi Anchiſa legatur, quid dicat Seruius* Aliquorũ error. *nulli erit cognitum:cum & contextus Seruij dicãt An*- Virg.emaculatus. *chiſa : hic non eſt latinus : immo ſi Anchiſa, legeretur, latinus eſſet:ſed ſi legatur, anchiſe, vocatiuus non eſt* Seruius emaculatus *latinus. Non mireris lector, cur longius procedam: hęc omnia ad vberantiſſimam producent frugem iam ſequor.* Verbũ ĩ e, *Verba in e, breuiationi obediunt. Ouid. Lac facitote bibat. Dematur Imperatiuus ſecundæ coniugationis ſingularis.Ouid.Nympha mane,Penea mane.Inueniuntur tamen, vale, caue, vide, ferue, breuiari. Catul. Oranius caue deſpuas ocello. Val. Flac. Intro vide lata comancem,& tunc a valo,valis. cauo cauis, feruo.feruis,tertiæ coniuga.veniunt quod Seruius Com*- Secunda ĩ tertiam cõiugationẽ venit. *men.iiij.innuit, dicens.Verba ſecundæ coniuga.perdito e, quod habent ante o, in tertiam migrare: vt ferueo.*

feruo

ſeruo, reſpondeo reſpondo, valeo valo. Vnus tamen (cu ius parco nomini) aſſeuerat potius tertiam in ſecundam quam ſecundam migrare in tertiam, cui non inhæreo. Participiorum in e, caſus breuiantur: vt lecte, niſi forte in genitiuo, & datiuo ſingularibus, & nominatiuo, & vocatiuo pluralibus: qui diphton. longantur: vt lecturæ, legendæ. Pronomini in e, longatio inhæret: vt me te, ſe: & genitiuus, & datiuus ſingulares: & nominatiuus, & vocatiuus plurales. vt noſtræ, veſtræ: quia eſt diphtongus. Demito alios caſus: vt ipſe, noſtrate, tute ſimiliter corripitur. Ennius: O Tite tute, Tati t, t, t, t. Lucre. Accipe præterea quę corpora tute neceſſe, comprobatur item ex alio compoſito, Idē, Tutemet a nobis iam q, u, t, n, breuiantur etiam in ce, & in pte, vt huiuſce ſuapte. Ennius Anna. vij. Hocce locutus vocat qui cum bene ſępe libenter. Præpoſitiones in e, ſi ablatiuæ ſunt longantur vt e, de, præ. Demito, abſque, ſine, quę breuiantur. Accuſatiuarum prępoſitionum e, breuiamus: vt ante vſque, prope, pone. Virg. Pone ſubit coniux. Præpoſitiones in e, compoſitiuæ: ſi componantur, ſunt longæ: vt ſeduco: refert: ideſt vtile eſt. in alijs re, breuiatur: vt repono, remoueo: ſed latius in. ij. diximus epograp. capitulo. viiij, vbi de Præpoſitione fit mentio. Aduerbia in e, abſoluto gradu, quē poſitiuum dicimus longa apparent, vt ſane, & ſi comparatio congrue reperitur: vt iuſte, docte, & non ſine ratione Virgilius (teſte probo) e, longum vertit in a: vt Pede terram crebra ferit, ideſt crebre, ſin iuſta defecerit comparatio breuia ſunt vt bene, male. quod in compoſitione longari ab Ouidio pri. Art. Sępe male dixit q, i, p, a. Sulpitius ſcribit, ſed fallitur. nam mane, nō male, legitur. Et memoriæ mandes lector, bene, & male,

Participiis in e. Pronomen in e. Ce. Pte. Præpoſitio in e. Aduerbia in e. Abſolutus gradus. Virgilij locus. Sulpitius fallitur. Ouidia vitio defenſus.

le, nunquam in compoſitione corrumpi, vt beneuolus, maleuolus, non autem per i, proferas: vt inerudite ſolent. Subiungit inſuper Martia. Capell. aduerbia, quæ comparationem non ſumunt, corripi vtpote. pte vt ſua pte, pene, rite, impune, forte. ſiccine, hiccine, come, for taſſe, vnde, inde, mane, age, ecce, ſæpe, quippe, nempe, licet a Probo inter coniunctiones ponatur: here, pro hæri. Ouid. Pene puer. Prudentius, vtpote quæ propriæ i, a. Sed dicat Martianus: An ferè, & fermę, ſuæ reclament regulæ, certe reclamant. nam longantur: tamen feræ ambiguum inuenio. quod non videre, qui ante me ſcripſerunt: quapropter ſi meus viueret Codrus, Palmario petenti ante, ferè breuem poſſe habere vltimam intrepidus reſponderet, ſi noſtra hæc ſcripta videndi, ei daretur falcultas, regifice, magnifice, hodie, quotidie, quare, longantur, Probus ait, quare, Trocheo, conſtare, nixus hoc Virgilij: Quare age profecto infirmum, exemplum eſt: nam e, abijcitur: quia a vocali excipitur breui. Iuuena. Mobilis, & varia eſt ferme natura m. Catul. Talibus amplifice veſtis d, f. Tibul. ij. Magna loquor ſed magnifice mihi m, l, vnde magis admitterem Victorinum, dicentem, breuiari ea, quæ a ſe originem ducunt Hercule vero breuiatur. Perſc. Nemo Hercule, nemo. Ne affirmantis, aut prohibentis, producimus, ſed affirmantis ſcribitur per diphtong. ſic, Nę alias ideſt, quando, interrogatiue ponitur, breuis eſt. Ouid. ix. Metamor. Tu næmeę necis auctor eris? Næ pro an, corripitur? Ouid. Quærebam Nonas ſancto Fidio ne referrem. Apprime, ambigue poni quidam teſtãtur, de quo inferius: vbi de indifferentibus dicemus.

Maleuolus. Beneuolus. Martiani incuria. Aliorum incuria. Probus infirmus. Victorini regula. Hercule aduerbiũ. Ne: Næ: Superlatiua in e:

Aduerbia ſuperlatiui gradus longari curant vt minime, maxime, optime, & illud Donati non inijciat ſcrupulum.

pulum. Quid competat optime pandens:tu legas: Ordine pandens. Horat. Minime cur Stoicæ dicam. Auſoni. Cum maxime nunc proloquor in quo carmine, xime, Iambus eſt, vltima longa conſtans. Interiectionibus in e, longitudo datur: vt ohe, pape. Perſc. Marcus dama pape Marco ſ,r, Mart. Ohe iam ſatis eſt ohe libelle. Coniunctionum e, dictionum breuis eſt vt quoque ue, pro &:nanq;, ne, q; pro &. Quæ uero nomen, diphtõgo longatur: & ſi apud Maronem, Naſonemúc, q; pro & longatur: vt Liminaq;, laurusq; Dei. quod ruetur Seruius dicens, q; breuis eſt, & pro longa ponitur: quia omnia monoſyllaba ad artem non pertinent: & his licẽter vti poſſumus aut certe omne μόϛιον idest particula, quæ tui ſubſtantia non habet, membrum ſuperioris putatur dictionis, vel orationis, quod ſi eſt: Luminaq; quaſi vna orationis ſit pars: & poteſt, que, finalitatis ratione produci, vel corripi. ille hactenus. An bene excuſauerit, & profunde lectores dijudicent.

Interiectio in e.

Cõiunctio in e.

Monoſyllaborũ priuilegium.

De G, in vltimis. Cap. 6.

G *Terminatas, ſi inuenias dictiones, longato: vt veſperug. in prima etiam diximus Epographia.*

Veſperug.

De H, in vltimis. Cap. 7.

H *Finitæ dictiones, quam patibularẽ appellat Didymus, productioni obediunt: vt vah, veh, pro ah. quod mirum non cenſeo: eo quòd (Priſcia. teſte) vltima ſit abiecta vocalis: quia in h, nullam Latini idiomatis dictionem terminata inuenies. aliqua tamen inuenies Barbara: vt eleſcoph, ſuffuph. in literis Ethruſcis vnum vt Larth. vnde Larthe manum, quæ Enniana metropolis eſt. Labith, Turrhenum. vocabulum, teſte Mirſilo Lesbio. Loth, apud Pruden. ſic Melchiſedech, ſic Ruth: quæ Barbara longantur. Pruden. in*

Patibularis H.

Barbara in h.

Larth.

Larthenianum.

Labith.

Loth.

Amart.

Amart. Loth ingreſſus iter n, m, r, a. Iuuenc.i. Compleuit genitrix, & Ioſeph omnia mirana. Inſuper h, ſequente vocali, non abijci diximus. ij. Epog. cap. xxvi.

De I, in vltimis. Cap. 8.

Nomen. Sinapi: Sinapis.

I Nominum finitis caſibus productio iungitur. vt Sinapi dicitur & hęc ſinapis, Et ſcias lector omnia in nominatiuo in i, terminata nomina (niſi genitiuũ in tos, faciant vt meli melitos) Barbara eſſe: quod teſtatur grammaticorum vetuſtiſſimus Muſcopylus. vnde etiam, piperi, & gumi, Barbara in nominatiuo dixit Herodianus. Longato etiam datiuos in i, tam graci, quã latini idiomatis: vt Orphi Calliopea l, f, a, quod Orphi, datiuus ſit, legito ibi Seruium, & in Aeneide ſuper: Iã validam Illionei n, i, f, a. Demito tamen datiuum a nominatiuo in as, teſte Seruio: vt Pallas Palladi Papinius Achil. ij. Palladi littoreæ c, ſ, h, & a, nominibus in is, græcis: vt Minoidi, Paridi, Phyllidi, quanquam plerunque etiam longamus. Et nõ mireris, cur Orphi Calliopea Liuo longetur, quando ei, diphtongus in i, longum vertitur: cui quando eſt biſyllabum, aliquãdo i, breuiat: vt in Indifferentibus dicemus. Vocatiui græci ſi veniant a nominibus in is (Seruio teſte) breuiationem hoſpitantur. Ouid. Phylli. fac expectes D, t, Ver. Iri decus cœli. ſic Typhi, Tybri, Thebai, Daphni, Amarili Sulpitius vero (vt in multis) labitur alioqui diligentiſſimus, ſcribens: aliquando nomina in i, græca produci nitens Statij exemplo. Fœmineis, Nerei dolis h, m, q, a, vbi ſecundum illum, longatur i, cui aduerſor, cum omnino ibi corripiatur: aliter in carmine duplex committeretur error. vnde credo mendum eſſe in eius codice: quia nil puerilius eſt, quàm vt tantus vir in his quiſquilijs errori eſſet obnoxius. Si vero vocatiuus in i, ſit a no-

Cuí, indifferens.

Sulpitij error.

I, in uocatiuo a nominibus in ius proprijs.

à nominibus in ius, proprijs lõgatur omninò ut: Oui. Vir gilij, Terentij, quod falſò quidam negant dicentes i, bre uiandum eſſe quia in nominatiuo i, ſequente vocali, breuiatur, cum dicat Priſcianus: Vocatiuum vna nomina tiuo eſſe minorem ſyllaba: ſed hoc vno vincuntur exem plo Epigrammatari: Quinte Caledonios Ouid. viſure, Britannos. at dicent ceruicoſi, eſſe ob ceruſam. Aliud af feram Horatij exemplum Mercuri facunde nepos Atlantis: in quo verſu ſapphico, riſa, ſpondeus eſt. I præterea naturaliter longum, ſequente vocali reperitur bre ue. Virg. Credimus an qui amant i, f, ſ, f. Verbum in i, cum participio longatur: vt iui amanti. Pronomen in i, longum ponitur: vt mei veſtri, ſui, mi. Ennius: Non mi prętium dederitis: vbi mi ideſt mihi interpreteris: vt diximus contra Seruiū. Demito, mihi, tibi ſibi: quæ ad placitum poni docebimus. Præpoſitio in i, compoſita producitur: vt digero. Excipe in dirimo diſertus. latius in. ij. Epogra. legito cap. ix. Aduerbio in i, fini to, breuiatio obedit vt niſi, ibi, quaſi, longantur tamen aliquando. Demito hinc, vti, veluti, ſicuti, quę longan tur. Licet Lucretius dixerit: ſicuti ſummarum ſumma eſt æterna, neque extra. tamen alij legunt: ſicut. Niſi, & quaſi ferè ſemper breuiantur. Val. Aeditiuus: At contra hunc ignem Veneris, niſi ſit venus ipſa. & ſic apud Aul. Gel. lib. xix cap. ix. legendum eſt carmen, non autem. vt in codicibus ſcriptitatum eſt. Vnde fit: vt Petrum Crinitum minime admittam legentem: At contra hunc ignē Veneris, ſi non Venus ipſa, quaſi tamē apud Auienum, & niſi, apud ſidonium inuenio longari Lucretius. vi. Demittit quaſi ſæpe gelu q, c, i, ſ. Interiectio, & coniunctio in i, productionem ſuſcipiunt, vt hui ſi, & ſi: ni, pro ne: vt Ni faciat, apud Virgilium,

Verbū in i Participiū in i.

Pronomē in i.

Seruij error.

Prępoſitio in i.

Aduerbiū in i.

Carmē ex gellio emaculatum.

P. Crinitū nō admitto.

Interiectio in i.

Coniūctio in i.

Ni pro ne. Virgilij locus.

lium: vbi ni, pro ne interpræteris: quod antiquos feciſſe tradit Apronianus. Excipitur, niſi quæ inter coniunctiones ab aliquibus ponitur, Ouidi. Quam niſi tu dederis n, e, b, ſ.

De L, in vltimis. Cap. 9.

Al finita. Imperitorum error.

AL, finite dictiones, breues inueniuntur, vt animal. Hannibal. Excipito, ſal. Auſon. Sal, oleon, panis, mel p, h, n, hic aliquorum nugamenta refellenda ſunt, dicentum: allongari ſi in genitiuo penultima longatur. cõtra quos Ouidius amor, pri. ait. Quod faciet magnas turpe tribunal opes. El, in fine breuiatur: vt fel. Seren. ſiue fel vrſinum tepefacta dilue lympha. ſic & mel, contra Nicolaum Fer. longari dicentem. Ouid. Quis mel Ariſteo q, b, u, f. Vel omnino breuiatur, contra Georgium Val. productioni dantem, & iſto Martialis verſu nitentem: Non niſi vel oſtro madida vel murice tincta. ſed apud Martialem contra regulam elongatur natura monoſyllabi. Quod breuietur, ſine dubio Ouid. aſſentitur in. i. Metamor. Qua nimiũ placui tellus ait hiſce, veliſtam. Idem in. iij. Vel tua uirginitas eſſet libata, vel illud Longantur vero in, el, propria: vt Gabriel, Michael, Raphael, quæ nomina ad latinam traherem declinationem: vt Gabrielus, Michaelus, Raphaelus, uidetur tamen, Iſrael, corripi, apud Iuuenc. Iſrael es tu Rex d, e, i, p. quod non eſt. nam Iſrael, ibi ſpondeus eſt ae, in unã ſyllabam contractis: ſed cũ emunctæ naris Sidonius Appollinaris dicat: Iſrael, aut ſamuel crinitus diceret annæ, Iſrael appenſi per concaua g, i, neſcio quid referam niſi feceris (ut dixi) ſynæreſim. dico quod ſentio non quod contendam: vt dicebat Varro. L, finita dictio, breuianda eſt: vt uigil. Excipe tanaquil, ethruſcum nomen, Capella, Victorino. Bedaq;

El finita. Nico. fer. error. Geor. val. error. Dico q̃d ſentio, nõ quod contendam. L, finita. Tanaquil, Ethruſum nomen.

asse-

aſſeuerantibus,& nil,aduerbium. Iuuenal.x.Nil ergo optabunt h,ſ,c,u, quod aduerbium inducit,vt Seruij, mortuaria quędam adnotem, dicentis Cõmen. vi.quòd nihil, vtimur vocali ſequente: nil vero poſt veniente conſonante. An hæc puerilia placuerint teruncifacio. ſcio tamen Iuuenalem Nil,ergo dixiſſe. Ego vero pro carminis vterer ratione,vnum eſt nil, ſemper longari Horat.Nil oriturum alias,nil ortum t,f. Ol terminatam dictionem elongamus: vt Sol.Heliol.Demitur pol. quod alij omiſeruut. Ennius: Nec pol homo quiſquã f,i,a. Vl in fine corripi expoſcit vt conſul facul,famul, Lucil. Heu facul eſt homini i,e,b,f,n. ideſt facilis. Ennius.x.Reddidit vt ſummo Regno famul optimus eſſet. Heliul, barbarum eſt quod ſi longares, non eſſet abſonum,inuenitur etiam, Phul,nomen Regis.de quo legito Methaſtenem perſam.

Seruius futilis. — Ol finita. Aliquorũ defectus. — Vl finita. Facul. Famul. — Heliul. — Phul.

De M, in vltimis. Cap. 10.

M *Terminatæ vniuſcuiuſq; partis dictiones, breuiantur quanquam Plinius difficile eſſe ſcitus ſcribit, quia ſi in fine carminis eſt, ambigue ponitur:ſi ſequẽte vocali, metaciſmo ſubtrahitur:vt inquit Victorinus, tamen exemplis quibuſdam comprobabimus:Ennius: Inſignita forent tum millia militum octo.Catul,Soſpitem ereptum ſe o,u,p.Stat.xi. Ilerna & Argos.Priſcia.Impello, expugnam:nam & eſt ſcabioſus & exi Priſci. Et formam contra poſitarum imagine coni.Lucil.x.Ne quem in arce bouem deſcripſi magnifice inquit.Idem,Nugator quidem,ac nubulo fit maximus multo.Lucret.ij.Corporum omnino ſenſum p,ſ,t. Sed antequam longius procedam,Sergij errorem adnotabo dicentis, Vulgus fœminini eſſe generis:qui nititur hoc Virgilij verſu:In uulgum ambiguam, & quærere*

M, terminata. — Metaciſmus. — Sergij error. Virgilius a vitio defenſus.

con-

conſcius arma.Pro dij immortales,an ideo Sergius vellet m, ſequente vocali, non abijci, & longari in tertio pede.tu lector. In vulgum ambiguus c, q, c, a, legito: vt recognouit Seruius, & Baptiſta Pius in Adnotationibus.Inſuper aduerte:ne ſine hoc adnotamento pertrāſeas,Apud tuos grammaticos, & Priſcianum.v.reperiri,omnia in um neutri eſſe generis paucis fęmininis exceptis:vt Glycerium, Dortium:& nullum eſſe maſculini generis edocent, ego vero in Sticho, & in Perſa Plauti inuenio introductos,Pegnium,& Dinaciū pueros ſi pueri ſunt,ergo maſcul.ſunt generis inuenies etiā nomen barbarum in,em, ſcilicet Chem de quo ſæpius Beroſus in Antiquitatibus. Exinde diſcas ex aliquorum opinione m,in fine dictionis ſequēte alia vocali abiectū, fuiſſe:vt factuſt. factum eſt.quod etiam diximus ſecunda Epogra.cap. xxvi. Non deſunt eruditi quidam dicentes.Quando erat maſculini generis in vſt finiſſe: vt factuſt: ideſt factus eſt ſi vero neutri in oſt: vt factoſt, dignoſt.i.factum eſt dignum eſt. hæc volui adnotaſſe, ne ex aliorū racemis videar mihi cōparaſſe vindemiā.

Grammaticorum in curia.

Maſculini generis in um. Pegnium puer. Dinacium puer. Chem. Factuſt.

De An, in vltimis. Cap. II.

An, finita nomina. Verbum in an.

AN finita dictio,tam græca,quàm latina elongatur:vt Pæan, Titan. Demitto accuſatiuos a nominibus in a,Virg.Summus premit Oſſan Olympus. Ouid.Poſitio.iij.Neſcio quam dicunt Iphigeniam iter. Sta.ij. Achil. Deidamian eat p, q, a,ſ, r. tamen alibi Ouidius dixit: Qui legis Electran & egentem m, o,quod poſſet eſſe cæſuræ gratia. Verbum in an,aliqui longant quod breuiarem vt aman,cantan.exēpla non occurunt. Aduerbio in an, breuiatio iungitur: vt forſan. forſitan,an,Virgi.iij.Pacem ne huc fertis,an arma? Val. Flac.v. An vllas pręferrę praces quod

Aduerbia in an. Val. flac. emaculatus,

quod ita allegat Mancinellus, innuens, An, aliquando longari, ſed fallitur: nam An nullas: non autem, An vllas, legitur ex ſenſus concinnitate. Mancinellus fallitur

De En, in vltimis. Cap. 12.

E*N finita nominis dictio longa traditur: vt lyen, ſyren: & accuſatiui a nominibus primæ: & a nominibus in e fœmininis: vt anchiſen, alciden, penelopen, nymphen, & non te moueat illud Sidonij. Nec quæ cadmeis pariens alciden in oris Suſpendit t, n, p, nam dictiones peruerſæ ſunt. ideo legas: Nec quæ cadmeis pariens ſuſpendit in oris Alciden t, n, p. quod non animaduertit Bap. Pius, alioqui literarum anteſignanus. Ouid, animal. iij. Inuenies, qui te nymphen atlantida dicat. vnde Georgij, val. indeprecabilis error eſt, dicentis in e, græca nomina, accuſatiuum in en, productum reddere: ſed apud Statium breuiari raptam patrijs Æginem ab vndis: cum legendum ſit, Æginam. longantur itidem accuſatiui in en, a nomibus tertiæ: vt diomeden. Modeſtinus. legati referunt diomedem arma negaſſe. breuiantur vero neutra: vt nomen, crimen. Excipe etiam aliqua quæ e, in i, in genitiuo vertunt penul. breui: vt pollem, pectem: flamen, & hoc eſt, quod breuiter dicit Probus latina breuiari, græca longari. Verbum in en, breuiatur: vt uiden. Stat. Illa dedi viden' ut iugulo c, e. Virg. vi educet viden vt geminæ ſ, u, c. quanquam dicitur viden, longum eſſe tamen Ennium ſecuti, curtauerunt & eſt adeo eius immutata natura. vt breue vbique inueniatur. Pronomen in en, longatur: vt men, ten: licet ab aliquibus dicatur aduerbia in his tamē adhuc dubito, quia exempla non occurrunt, interim breuiato, quanquam in Ciri inuenies, Ten, bis longari: vt Ten ego plus patrio d, leui perdita regno. in aliquibus*

Nomen in en. Sidonius reformatus. Bap. Pius non animaduertit Geor. ual. error. Statius a uitio defenſus. Probi regula verbum in en Pronomen in en.

quibus tamen contextibus Te ne ego legitur, quod pro- bo. dixi quod meę aduletur opinioni, te ipſum conſule.

Aduerbio in en.

Aduerbio in en, inhæret longatio: vt en demito ta- men quæ dictio inter coniunctiones a Probo ponitur. Ouid pri. Art. Cui deus en adſum tibi cura.

De In, in vltimis. Cap. 13.

Nomē in in.

IN terminata nomina, longari docet Capella: vt delphin ſalamin, & eſt ſciendum, non immerito in, in, nomina poſſe nominatiuum in is, longum reddere, Priſciano. vi. teſte: vt ſalam in ſalamis, Delphin delphis, corripiuntur autem accuſatiui: vt thyrſin, inſin, cyprin capin, parin, procrin, & alia id genus. tamē Sil. decimo ſeptimo ait: Intima ab occaſu tethyn impellit e, a, ſimiliter breuiato (teſte Capella, & Seruio) datiuū pluralem græcum, vt arcaſin. Virg. Daphnin ad aſtra feremus. Auſon. Cyprin appellei c, l, o. Verbum, & pronomen in, in, longant aliqui: ūt audiſtin, min. nam uelut, viden, breuiauit Enni, ſic & hęc meo quidem breuiantur iudicio. Præpoſitio in, in, terminata, breuis eſt ut exin in, ſi uero in, componatur (teſtibus Cicerone, et Seruio, Proboq́;) cum omnibus conſonantibus, naturaliter breuiatur: niſi cum ſ, aut f, vt inſula. de hoc Seruium comment. pri. Aul. Gel. lib. ij. cap. xvij. & nos Epogra. ij. legito cap. ix. Aduerbium in infinitum, breue reperitur: vt ſatin. Coniunctioni in, in, terminatæ, productio annectitur, ut ſin, quin Serenus: Sin etiā rutilius r, p, l, Virgilius: Quin etiam hiberno m, ſ, c.

Verbum in in. Pronomē in in. Præpoſitio in in. Aduerbiū in in.

De On, in vltimis. Cap. 14.

Nomen in on.

ON terminato nomini proprio, longitudo ſeruit, vt agamemnon, leon (Martiano teſte) quia per ω apud græcos ſcribuntur quod in omicron

in obliquis permutatur: vt πνεύμων πνεύμονος de mitto quæ pro omicron ſcribuntur: vt illion, barbyron cuius cum memini dictionis, infantiſſimus ſuccurit Tortellius, dicens barbyton Feminini eſſe generis, nixus Ouidij carmine: Non fac t ad lacrymas barbyton vlla meas, cum legatur, barbytos: Ouidius: Illion ardebat: Idem. iacet illion ingens. Nemon ſimiliter longũ inuenio. Horat. Conuiuam nemon oleum fert o. Accuſatiui in on, a nominibus in eus, diphton. & in us ſecundæ inflexionis corripiũtur. Ouid. Orpheõ eſſe, rate. Genitiuus plural. in on, græcus (teſte ab Albinium Seruio) breuiatur vt Lesbon. Pronomen in on, breue fit: vt egon. Præpoſitio in on, reperitur tantum in compoſitione, quæ ſemper naturaliter breuiatur, niſi ſ, aut f, ſub ſequantur vt teſtatur Seruius Commen. Hoc etiam voluiſſe Ciceronem ex A. Gellij lib. ij. cap. xvij. poteris videre ſententia. Aduerbium in on, longari negat nullus: ut non Virg. Non ego cuncta m, a, u, o.

Tortellij error.

Ouidius a vitio defenſus.

Pronomẽ in on.

Præpoſitio in on.

Aduerbiũ in on.

De N, in vltimis. Cap. 15.

O Terminatus nominis nominatiuus ſpecialiter, ambigue ponitur: vt ſermo. Hic refellenda eſt Mart. cap. regula, dicẽtis: Nomina in on, finientia, ſi græce on, productum habent. eãdem literam apud nos producere: vt Cicero Scipio, Cato, huic enim poetarum reclamat chorus. Luca. Nos Cato da veniam. Iuuena. Tertius e cælo cecidit Cato. Mart. Cur in theatrũ Cate ſeuere veniſti. Hoc carmen lector facit, vt aduertas in Val. Maximi Codicibus lib. ij. cap. de Maieſtate. duo Mart. reperiri carmina, quę tu omnino confodies Præterea ſcito (teſte Sergio) eſſe quædam, quæ dicuntur Nota: quæ non primis ſyllabis: ſed vltimis a græco ſermone diſſentiunt: vt Agamemnon, Agamemnoi,

Nomen in o.

Mart. cap. Regula falſa.

Verſus a Valerio Maxi excipias.

& fare omnia græca, quæ in on, exeunt, detractione n, literæ, per breuem o: proferuntur: vt Apollon Apollo Pluton, Pluto. Vnde Stat. Conclamant danai, ſtimulantque Agamemno volentes. Hanc narrans regulam Ioan. Britannicus decipitur. cum dicat: Græcos dicere. Didon, non Dido: quod penitus abſurdum eſt. nam nunquam in nominatiuo, Didon, inuenies. iam a diuerticulo repetatur iter. Aliquorum opinionem duplici errore fuliginoſam confutare non verebor, dicentum: O, in nominatiuo tantum longari, ſi in genitiuo longa remanſerit: vt Caton Catonis. huic opinioni aduerſantur carmina prius contra Capellam adducta. Horum ſecunda opinio eſt: O, in nominatiuo tantum breuiari, ſi genitiuus o, mutatum breuiauit. Contra quos citetur Virgilianum carmen: O, virgo noua mi facies. Nominatiuus in o, Græcorum fœmininus longandus eſt: vt Io: Alecto, Clotho & non admittas illud, quod in Lactantij Codicibus reperitur carmen: Clotho colum baiulat, quis tale compoſuerit, apud me non eſt. In his aduertas poſſe declinari, Dido didonis, ſecundum latinam declinationem. vt apud Cæſelium, Pacu. Acti Ennium Andron Liuium. Plau. Cæſ. Ouid. Apuleiumq; poteſt videri. Phocas tamen non admittit: nec edocet. Genitiuus in o, græcus protrahitur: vt atho: Androgeo. Ablatiui & datiui in o, ſecundę inflexionis longationem ſumunt: vt Deo, domino. & ſimiliter Gręcorum in o, fœmininorum in quocunque caſu. Accuſatiuus in o, latinus breuiatur: vt duo. Virg. Si duo præterea t, i, t. Ideo Bedæ regulam ſcito falſam, dicentis. Ambo, & duo neutri generis corripi: maſculini vero lōgari. Mox. Antonius Nebriſſenſis, duo, & ambo, corripi omnino prę cipit. ego vero ambigue ponerem: vt in ſexta leges

Britannicus fallitur.

Aliquorū error duplex.

Phocæ reclamatio.

Duo.

Bedæ regula falſa.

Anto. Nebriſ. non hæreo.

Epogra-

Epograph. Vocatiui in o, ad placitum ponuntur: vt o, Cato: niſi ſint a nominibus in o, fœmininis Græcorum: vt o, Clotho. Verba in o, cum gerundijs ad placitum po ni omnes ſcribunt. Demito tamen monoſyllaba, quæ (Martiano teſte) elongantur: vt dono, ſto, flo. Participijs & pronominibus in o, longatio datur: vt lecturo, noſtro, ueſtro. Demito ego quod ambiguum eſt: vt inferius exemplis comprobabimus. Præpoſitio in o, finita longatur vt (ſi Bedę credimus) connecto quod verbum a, con, compoſitum, innuit Gel. lib. ij. cap. xvij. Aliquando breuiatur ſequente vocali: ut coerceo. Et eſt ſciendũ (quod Dona. melior non adnotauit) ſeptem eſſe præpoſitiones compoſitiuas ſ, co, con, e, ſedis, di, am. & hic triuiales admonitos velim, am, dici: nõ an vt in omniũ ore enatat, Priſcia. xiiij. legito. Et quia diximus, co in ueniri: ſcito aliquos abnuere, dicentes: con eſſe in coerceo: colliſa n. litera & in coinquino. dixi tamen, quod ſenſi. Aduerbia in o, longari oportet: ut o, quo, raro: licet hæc ambigua dicat Beda: vero, paruo, certo, denuo quod (teſte Probo) cretico conſtat pede ſcilicet prima, & ultima longa, media breui. unde erraſſe Sedulium conſtat in hoc: Vox domini ſuper extat aquas, vox denuo uerbum: quem excuſari ex Victorini auctoritate nouimus dicentis, denuo, conſtare dactylo: quod miror: cũ & Probi auctoritas ualeat, & compoſitio edoceat cõponitur autem ex de, & nouo. Breuiantur hæc cedo, pro dic: ilico, cito, quo, quando, modo: hinc demito ſedulo, crebro, ergo, mutuo, profecto, ſero, quæ ambigue po nuntur. Virgilius: O, ſola infandos. Idem: paruoque potentem Fabritium. quanquam ibi videtur ablatiuus. Iuuena. Facti crimen habet cedo ſi c, p. Idem ſaty. vi. credas cedo ſi breue parui. Auſon. Ilico non macro ſ, p,

Verbum in o. Gerundia in o. Participia in o. Pronomẽ in o. Præpoſitio in o. Aliquorũ error. Am, non an. Aduerbiũ in o. Sedulij error. Sedulius excuſatur.

 d. Mar-

ter, caracter, æther, ſtater, iber, panther, aer. Aliqui tamen hoc nomen, volunt (in quorum numero ſunt Maturantius & Ferretus) ambiguum poni, dicẽtes Apud Claudianum.ij.rapi.reperiri, Miſcebitur aer auerno: immo iſti ambigui ſunt ſenſus. nam antiquum corrumpẽtes Codicem, legunt: Aer: cum Axis, legendum ſit. carmen hoc eſt Claudiani: Lucidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno. Præterea ἀὴρ Græci dicunt: quod nullo pacto corripitur. Alexander quoque, imber, longari pręcipit: qui ſi ſalis tantum habuiſſet, quantum apud triuiales auctoritatis retinet, dixiſſet nunquam: ideo imber corripitur. Ouid. Imber erat. Ir, in quibuſcunque breuiari decet: vt vir, martyr. Demimus hir ideſt manus. Or, in omnibus corripito: vt amor marmor. Excipito cor, qui ambigue ponitur. Aduertendum eſt in nominibus or, latinos poetas mutare or, breue, annuente verſu in os, longum: vt arbos, lepos, honos: teſte Seruio. Maturantius & Ferretus decepti. Clauda. vitio de ſenſus. Alexãdri error. Ir, finita. Hyr. Or, finita. Or, in os.

Vr, quęcunque finitæ dictiones, breues ſunt: vt murmur. Demito fur, Priſcia.vi.cõprobante, & aſtipulante Poetarum auctoritate, apud Plautum longatur. Longato item, cur. Ouid. Meta. Cur in contraria uerſus. Hic non obſoletum fuerit, aliquorum affanias refellere. aſſeuerantũ cur, niſi interrogatiue nunquã inueniri: quibus reclamans Ouid. in Sapp. ait: Et ſemper cauſa eſt, cur, ego ſemper amem. Horatius primo Carmi. Decãtes Elegos cur tibi iunior Læſa pœniteat fide. Ouid. amo. pri. Cẽtum ſunt cauſæ, cur ego ſemper amem. Vr finita. Cur fine interrogatione reperiri.

De As, in vltimis. Cap. 18.

AS, finito nominis nominatiuo longationem damus: vt pietas. Excipe græcum in as, ſi in dos, genitiuum reddit: vt Pallas, Arcas. Ouid. Metamor.vi. Pallas ait. Idem Metamor.ij. Arcas adeſt. Nomen in as.

Maſculina græca longa ſunt: vt Aeneas, Gias, Terypbas. Fœminina & communia corripiuntur: vt Plias. lampas, Menas: Phœbas: ea, quam ſuperius diximus, ratione. Accuſatiuus pluralis longatione gaudet: vt muſas. Excipe græcos: vt Troas, delphinas. Ouidi. Violentos Troas ituros. Virg. Inter delphinas Ariō. ni ſi per ſyncopam facti ſint: vt Errinnias Erynnas. Stat. xi. Nec Errynnas ore rogaui. Verba, Participia, Pronomina, Aduerbia, Coniunctiones, & alia in as, longātur vt amas, lectas, meas, cras, nephas: quæ eſt interiectio, teſte Probo. & alias aduerbium auctore Seruio: quod nephas, ſit longum, eſt Virgilij carmen a Probo citatum: Bathra vehit, ſequitur (nephas) Aegyptia, coniux. & ſcito Victorinum dicere, in as, aduerbia tūc tantum produci, cum a, ante ſ, habuerint.

Verba cū alijs in as.

Interiectio vna in as. Nephas interiectio Alias aduerbium.

De Es, in vltimis. Cap. 19.

ES, terminatus nominum caſus primus longatur, tam grecus, quam latinus: vt Cremes, Verres, Martianus tamen breuiat græcum. Hic aduerte apud Prudentium duplicē errorē eſſe: ait ille in Pſych. Spoliatq; ſuos fanus impia natos. Idem, Cuſpis auaritiæ ſtupuit lues improba caſtis. ecce breuiauit, fames, & lues in quibus fugiendus eſt: niſi velis excuſare: quod S, in Scanſione abijciatur litera. Corripito, quæ in genitiuo creſcunt penultima breui: vt miles, ſeges, inter pres, inquies omnino breuiatur, (Probo teſte), licet in obliquis, e producat, hoc fit propter ſuum primitiuū, quies quietis: quod in penultima longatur. Hinc extra. bito Ceres, aries, abies, paries, ſpes, res, pes cum ſuis cōpoſitis: quanquam contra Bedam & poſſe breuiari inferius, docebimus in. vi. Manil. ij. Aries vt prince dignum eſt. Virg. Abies in mōtibus altis, Claud. Beryllo

Nomen in es.

Prudentij errores duo.

Inquies.

Bedæ in curia.

lo paries,& lubrica i, ſ, Breuiato etiam nominatiuum ſingularem in es, neutrum: vt Cacoætes apud Iuuenalem.vij. Sat. Genitiuus in es, Grçcorum longatur: vt Penelopes,Lybies. Sil. Fatali Dido Lybies appellitur, oræ. Es,in plurali in omnibus longatur: vt patres,niſi a Grçcis,vt Troades, Troes, Archades. Virgi. Aene. iiij. Stat.ſonipes ac frena ferox ſ, m, Idem. x. Arrectum quadrupes, & calcibus auras. Horati. Ser. pri. Non ſit mihi menſa tripes, & Probus tamen (Priſciano teſte) inter breues poſuit: vt infra notabimus,hoc Sulpitius, & Maturantius minime viderunt. Virgilius Potiuntur Troes harena. Ouid. Troades incipiunt. Virgil. Arcades ambo. Verba in es, longationem ſumũt: vt doces, ames es,ab edo teſte Seruio.v. Commen. Demito es, a ſum cum ſuis compoſitis: vt ades. Hic aduerte Philippũ. Beroaldum eruditionum examen ac elegãgantiæ vaſtiſſimum pelagus, interpretumque Phœnicem in Propertium dixiſſe. es, contra naturam debere longari,in hoc: Si puer es, alio traijce tela tua: quem pœnitus erraſſe aliqui exiſtimarunt, legentes: Si pudor eſt alio t,t, t. Ipſe autem nouam quodam Commentario attulit ſententiam, & legit. Si par eſt alio t, t, t. Baptiſta Pius ſynchronorum delicie omnino primam nititur tueri lectionem legens. Si pueres t,t,t,& ait es,cõmunem eſſe ſyllabam, in mediumq; attulit Vale. Flacci carmen ex Argonaut.vij. Tu ſupplice digno Digniores: & fama meis iam parta venenis. mox,dicat producentes es, regulariter facere: corripientes, poeticã ſequi licentiam,non admitto. nam (meo quidem iudicio) es, ſemper breuiatur naturaliter, ſi vero longabitur, erit ratione monoſyllabæ dictionis, de qua ſuperius diximus. Participia, Pronomina, & aliæ in es, partes lõgantur

Sulpitij et Maturãtij incuria.

Verbum in es.

Philip. Beroaldi error.

Propertij defenſum carmen.

Bapt. piũ non admiſſo.

Participia & alia i es

gantur vt amantes: noſtrates: Demito aduerbium pę nes: Horatius: Quem pœnes arbitrium. Præterea in nu

Numerii in es. *meris es, naturaliter breuiatur (ſi Bedę credimus) vt millies: nam (vt ſuperius diximus) alia ſunt naturaliter breuia: quę longa apud poetas ſic e contrario inuenies, & omnino ſine n, ſcribenda hæc, millies, toties, cẽties, quoties, ſcribit Caper quem imitari certum eſt.*

De Is, in vltimis. Cap. 20.

Nomen in is. *IS, nominum primus, & ſecundus caſus breues ſunt vt axis, patris. Excipiuntur monoſyllaba: vt dis lis vis, Priſciano. vi. teſte. Breuiato tamen quis in nominatiuo. Producuntur quoque Græca in entis genitiuum facientia: vt Pyrois, Simois, Opois, quia græce πυϱοέισ σιμοεισ, & ει, in i, longum vertitur. Et longato etiam nomina, quorum in penultima genitiuus longatur: vt ſamnis, & quæ faciunt in is, nominatiuum, mutata in m: vt delphis, Eleuſis, aris, trachis, Priſciano vi. teſte ſimiliter longatur ſanguis, quia (teſte Priſciano)*

Sanguen. *ſangen faciebat. Lucre. ij. Gigni, ſanguenq; creari. Idem. iiij. Emicat in partem ſanguis vndeſi i. Lucan. Dum ſanguis inerat d, u, m, p. tamen ſuperius diximus hoc poſſe fieri propter cæſuram. Longantur item Datiui, Ablatiui, Accuſatiuiúe in is, teſte Seruio. Lucanus, Proh Fata quis ille ſi vero, quis. erit in datiuo, vel ab-*

Quis pro quibus. *latiuo, longatur. Virgi. Quis ante ora patrum t, ſ, m, a. Idem: Simulans euantis Origia Bacchi, ideſt euantes.*

Verbum in is. *Verba in is, breuiatione vtuntur ut legis, ſcribis, inquis. Excipiuntur ſecundæ perſonæ ſingul. indicatiui*

Sedulij error. *quartæ cõiugationis, vt audis, venis. unde Sedulij ſuccurrit error, cum ait, Peruenis ad Chriſtum f, c, p, a, n.*

Geor. val. non hæreo *Longato is, ab eo, contra Georgium Vallam breuiari*

præ-

præcipientem cum ſuis compoſitis: quia numerus pluralis ea producit in penultima ſecundæ perſonę. Producito quoque vis, a volo, Martiano teſte. ex hoc Priſcianus. viij. ait: Volo veis dixiſſe veteres, pro eo quod dicimus, Si vis, diphton. in i, longum vertimus fis a, fio, ſis a ſum, faxis, velis, nolis, malis, mauis, ſcis, producuntur. poſſis vero ambigue inuenio poſitum: quod non viderũt aliqui: ſic neſcis. in vi legito, fueris, dederis, legeris, aliquando a poetis longari vnus inter ſyllabographos eminentiſſimus ſcribit quod forte accidit propter, illud Diomedis: ſcilicet ſi erit pręteritum ſubiunctiui lõgabitur: ſi futurum, breuiabitur, quod in ſecundis plural. perſonis cognoſcitur vel erit, quia cadent in cæſuram. Alius tamen inter literatos non ſpernendus dicit: Si erit quartę coniugationis, longabitur. Horat. ij. Serm. Audieris hæres ergo. ſi vero tertię: & aliarum breuiabitur Horati. Dixeris egregiæ. An bene dixerit, aliorũ ſit iudicium. Tamen non habebit me municipalem. quãdo apud poetas contrarium eſt. Ego vero breuiari dixerim: & cum is, longabitur eſſe (vt dixi) propter cæſuram crediderim. quòd illius falſa ſit opinio, exempla edocent. Lucil. Saty. v. Debueris hoc, nolueris, & debueris te, Ouid. Faſt. Da mihi te placidum, dederis in carmine vires. Tibul. Reſpueris etiam p, g, d. Phineu. quid luctaris? diſcas quæſo & exempla, quæ afferam recipito. Horat. Saty. iiij. Inquis & hoc eſt ſtudio p, f, n, p. Idem: Si quis vis adde popino. Horat. Car. iiij. Audiuere Lyce fis anus, & tamen: ibi fis anus; Dactylus eſt. Idem Ser. ij. Lenior, & melior fis accedente ſenecta. Luca. ij. Quis Deus eſſe velis, vbi p, r, m. Ouid. Cur ſis Aretuſa ſacer fons. Participia, & pronomina in is, breuia ſunt: vt amantis in genitiuo, mis, tis. Ennius, Ingens

Veis pro uis.

Aliquorũ incuria.

Vnius nõ aprobo ſententiã.

Participiũ in is.

Pronomẽ in is.

*gens curamis eſt cum cordibus æquiparare. Excipito da-
tiuos, ablatiuos, & accuſatiuos: vt lectis, noſtris: quis*
Quis a quo
pro quibus, vt ſuperius in nomine diximus: & tunc ab
Quibus a qui.
eo quod eſt a quo: quando facit quibus, ab eo quod eſt
Præpoſitio in is.
*a qui venire. i. Comment. putat Seruius. Præpoſitio in
is, vt cis (teſte Probo) breuiatur, quàm Victorinus lõ-*
Aduerbiũ in is.
gari innuit, cui etiam Seruius inhæret. Aduerbia in is,
Aliorum incuria.
breuiato vt ſatis: bis, licet ambiguum ſit: quod aliorũ
Cõiunctio in is.
incuria omiſſum eſt. Coniunctio in is, lõgatur: ut quãuis.

De Os, in vltimis. Cap. 21.

Nomẽ in os.

OS, terminatur nomen in nominatiuo longum: ut dos, mos, os, oris. Demito os offis, compos, impos. Donato teſte. nam (vt ait Beda) ſi penultima in genitiuo longantur, os eſt longa: ut nepos. ſi breuiatur, os, item breuis eſt: vt compos. Ouidius Poſt modo compos eris. quanquam Priſcianus putat elongandum. Breuiato item græcam, os fœminina, ſi habuerint genitiuum in ov: vt Delos, Argos, Nacos, Aglauros, Longantur quæ tertia declinatione attica emittunt genitiuum in o, vrcos, Apollos, Arhos, Androgeos. & quia de atticis nominibus dixi ſupereſt vt referam quæ falſo ſcripſerit Britannicus. Eſt autem carmen Statij

Britãnicus fallitur.

in Achil. Aetholus Ithacuſque Deæ: ait Britannicus,

Statius a tio defenſus.

AEtholos, ſcribendum eſſe quia eſt nominatiuus græcus: Aetholus latinus, & non ſtaret verſus, immo eſt mi præceptor, quod ſi in os, græcum eſſet, breuiaretur ex ea forma, & non ſinit nominatiuum eſſe atticum regula, quæ vult in os, nomina ſi attica fiant penultimã corripere & duntaxat in ſubſtantiuis: AEtholus vero longat penultimam, & adiectiuum eſt: ideo apud Sta. legito: Aetholusq;, Ithacusq;. hæc dixiſſe volui vt floridius ſit opus, ſimiliter in os, terminata ſunt longa, quę

apud

apud Græcos ωσ: faciunt apud nos ois, vt Minos, Hæreos, Tros, quod & teſtatur Phocas Genitiuus in os, a nomine in is, vel as, vel in eus, diphtongo breuiatur: vt Meotidos, Pallados, Tereos, Orpheos, & (ut latius dicã) omnes in os, breuiabis genitiuos: vt Tethyos, Sphyngos. Accuſatiui in os, longandi omnino ſunt; vt deos dominos. Lucreti. iij. Exos, & exanguis tumidas p, a. Seneca in Traged. Naxos Aegea redimita Pontos. Ouid. Metamorph. ij. Cic. opus eſt Aglauros, ea eſt h, p, l. Virgil. Androgeos offert n, ſ, a, i. Idem. xij. Quantus Athos aut quantus Eryx. ex quo erraſſe ibi Seruium (vel poſito pignore) corenderim Athon legendum eſſe ſcribentem: quia os, breuis eſt: ſed Priſcianus longe rectius docet more Syracuſio in on, facere nominatiuum, quę in os productum paſſim terminare inueniantur: vt hæreos heron. Minon. ideo Athos, ibi legendum affirmo quia per ωσ ſcribitur, & reddit accuſatiuum Athõ vel Atho. Ouid. xi. Metamorph. Hæc leuius, quam ſi quis Athon p, q, r. Virg. in Buc. Aut Atho, aut Rhodopen. vbi o, ſequente vocali breuiatur: quanquam ibi. Athõ perperam legitur, Huię noſtræ ſententiæ Domitius Chalderinus in Ibin pulatur. Mart. Nefas inceſti Tereos & quæ. Claud. Proteos, & ſeptem d, c, n. Ouidius Metamor. xij. Non ea Tydides, non audet Oileos Aiax. et ſic legẽdum eſt, non autem Oileus Aiax: vt in omnibus fere legitur codicibus. Terentius Varro: Quaq; fretum rorrens Meotidos, hoc ex Probo nouimus. Ouidi. Tethyos has neptes o, q, ſ. Stat. i. The. Dum quęro patrem ſi Sphyngos iniquæ. ſi vero ſ, colliditur o, breuiatur ut Tyberino catyllo. latius legito vbi de ſ, in prima Epog. ſit mentio. Pronomina participia: quęque in os alia longantur: vt veſtros, lectos.

Phocæ, regula.

Seruij error.

Priſciani regula.

Virgilius emaculatus.

Ouidius emaculatus.

Participia in os.

Pronomẽ in os.

De Vs, in vltimis. Cap. 22.

Nomen in us.

VS, *terminatum nomen in nominatiuo breue eſſe conuenit: vt manus pondus. Excipiuntur monoſyllaba: vt grus, ius, thus, ſus, rus, mus, plus, & græca: ut Panthus, Hydrus, Melampus, Amathus, Alcinus Alcinois. ſi dices Alcinous, tunc merito breuiatur. ſic Androgeus: quia Androgeos grȩce dicitur, & os, in us, longum vertitur. Ouid. Viueret Androgeus, utinam. de qua dictione legito Seruium. ij. comment. & Conſtantinum Laſcarem. Producitur etiam ſecundum aliquos, Tmolus, quando biſyllabum eſt. nã Tmolus & Tymolus dici locupletiſſimus teſtis eſt Stephanus: vi. ſed inuenies breuiari apud Ouidium. ij. Metamorph. Vnde non poſſum quin mirer Sulpitium, quando velit longari: quod ſi inueniat credam. Eius hunc errorem poteris videre ubi agit de o, ante m, in primis ſyllabis. Longato etiam: ſi quandoque nomen græcum in eos, in us, vertatur apud nos: ut Androgeos Androgeus: vt dixi & latina quædam, quæ in genitiuo creſcũt tertiȩ inflexionis penultima lõga: vt ſalus, virtus, quod etiam teſtatur Seruius. Excipitur palus paludis: quod aliquando breuiatur, vt inquit ille, quia in dis, genitiuum facit. Cætera in ris, & in tis, genitiuum facientia producuntur, Si uerum eſt quod dicit Serui. ergo in cus breuiabitur quando quia in dis, genitiuum facit. cum ſit omnino longum: & uenit a, cus: monoſylla an bene dixerit, aliorum ſententiæ iniungendum cenſeo. Ideo talia nomina pȩnitus producenda ſunt vt ſalus, uirtus. Aduertendum tamẽ eſt in Victorini Codicibus legi virtus, inueniri breue. lege tu virus & ſi etiam virtus legatur erit quia ſ, abijciebatur ut ſæpius diximus. quod ſenectus breuietur in Galli fragmentis manum non uorto*

Sulpitij error.

An bene Seruius uide.

Cus.

Victorini' emaculatus.

cum

cum Galli non eſſe ſæpius dixerim. Genitiuus fœmininus a nomine in o, vt Sapho Saphus, Manto Mantus, longatione vtitur. Virg. x. Fatidicę mantus & Tuſci ſ, a. Genitiuus quartæ cum nominatiuo. actiuo, & uocatiuo pluralibus longantur, Priſciani ſententiam probante Vatum auctoritate, ex quo bis erraſſe Seduliū, doceo: cum genitiuum quarte breuiauerit: ait nanque: Dicemus ſancti coniunctio ſpiritus. actu vbi legito flaminis, vel Pneumatis. & alibi: Sexus, & ætatis ſatiauit quatuor illic. in his, vt non ferendus eſt, in alio ita non admittendus: accuſatiuum quartæ pluralis numeri in hoc corripiens, primoſque necans vagitus, & audens. niſi velis excuſare in omnibus ſ, abijci, & non mirum eſt ſi genitiuus quartæ longatur: quia teſte (Seruio primo Comment. Pluralis nominatiuus regit genitiuum ſingularem. & hoc ait ſuper illo Virgilij: Curruq; volans dat lora ſecundo. vbi maxime diſſentit ab Aul. Gellio lib. ij. cap. xvi. Datiui & ablatiui tertiæ, & quartę & quintæ in us, breuiantur: vt patribus, manibus, diebus. Virg. x. Eſt Amathus, eſt celſa mihi P, a, c. Verba, participia, pronomina, præpoſitiones & aliæ, ſi quę ſunt, vt ſuptus (teſte Agrętio) breuiamus: vt amamus, amantibus, noſtratibus, ſecus, tenus.

Sedulij errores duo. Sedulij error. Sedulius excuſatur. Seruius a Gellio diſſentit. Verba cū alijs in us. Suptus.

De Ys, in vltimis. Cap. 23.

YS, terminatæ dictiones breuiationem poſcunt: vt clamys. Statius: Clamis horrida pendet. Demito in yos genitiuum facientia: Tethys: Erynnis Verg. Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus vndis: Ab aliquibus omiſſa hæc fuit regula.

Ys, finita. Aliquorū defectus.

De T, in vltimis, & th. Cap. 24.

T Finitis dictionibus breuiationem damus: vt ait Ali quando (Martiano teſte) longantur. vt Capu Euādrius

T, finita.

Vt: ideſt vbi. *drius abſtulit enſis. Vt coniunctio, ſiue aduerbium omnino corripitur. Ouid. Metam. i. Quaq; erat & tellus, illic, & pontus vt aer. ideſt vbi. Quod & Porphyrio, teſtatur, carmen hoc Ouid. allegãs & non legas Et: ut paſſim legitur, Lõgatur uero t, præcedente diphtongo ut Aut ingẽs volucris Aut præcedẽte conſonãte: ut Aiũt dicunt. Aut ſnycopa. Ouid. Meta. iij. Interijt at vos p, f, u. Pylades in Alexandrũ inuehitur: quòd dixerit. In cõciſis longari, cũ Maro dicat: immugijt Aetna cõuernis aſſeuerat quoq; ſe rectius poſuiſſe regulã. ſ. Cum tantũ litera detrahitur per ſyncopẽ, breuietur, ut immugijt. Si uero ſyllaba abijcietur, lõgetur: ut obit pro obiuit. Alias taxauimus dicentes, ſyncopen ſyllabam nõ poſſe elidere: quod poſſe diximus: ut Admorunt vbera tygres, obit pro obiuit. Quod Pylades ideo dicat: Quando ſyncopa tantummodo accipit literam t, breuiari, falſum eſſe exemplis deprehenditur. Iuuena. Confiſus perijt, admirandusq; lacertis Ouidius. iiij. Meta. Nõ adijt apte nec l, i, u. Idem, Faſt. Ille abijt eadem e, b, h, & alia ſexcenta ſunt. Sed cum ſyllaba demitur, non ĩmerito longatur: quia accentũ ſeruauit: vt æſtimauit: ſi demas, vis & dicas ęſtimat, propter figuram opus erit, vt mat, ſyllaba ſeruetur in eodẽ menſu, quem habet in integra dictione. ſic in obit obiuit, mugit mugiuit. Si vero in th, nomina finiunt, lõgari ſuperius diximus, vbi de h, fit mentio, Nec te lateat o, apud Græcos nouem ſignificare per ſe. apud Homernm vero literarum ordinem numerum facere nullus eſt qui ignoret.*

Ouidius emaculatus. Pylades cõtra Alexandrum. Pyladis regula. Aliquos taxaui. Pyladis error. Regula pulchra. Th. finita. V, finita.

De V, in vltimis. Cap. 25.

V *Finales in quacunque orationis parte dictiones elõgantur: vt cornu, amatu, viſu, diu. Aliqui tamen*

men artium ſcriptores, inter quos ſunt Diomedes Seruius, Victorinus, & Probus, ſcribunt, Nomina in u, quartæ, in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo breuiari, in alijs caſibus longari, ſed exemplis nō prolatis minime fidem adhibuerim: quando his reclament poetæ. Ouid. Meta. viij. Preſſa genu digitis. ſic Verg. Nuda genu, nodoq; ſinus c, ſ ubi ſine dubio accuſatiui ſunt, & non immerito. quia (Priſciano aſſerente) omnis in quacunque orationis parte dictio in u, producitur: ut Panthu. Preterea, inquit Probus, & in nominatiuo produci: vt cornu ſed cum dicit aliquando breuiari propter illud Tulij in Ara. Ac propter leuum genu omnis parte locatus, infirmum eſt quoniam excipitur a vocali. Victorinus itidem aliquādo corripi hæc ſcribens nomina, facit vt ei minus credam Breuiatur etiam S, colliſa. Lucr. Faxis pendentibus ſtructas. Legito prima Epogr. vbi de S, fit mentio. Non deſunt etiam, qui tu cū met breuient apud Lucre. Nam tu met a nobis i, q, u, t, u. vbi nos legimus alias, Tutemet.

Diomedē Victorinū Seruium, Probū nō admitto.

Probus infirmus.

Victorinū non admitto.

Lucretius emaculatus.

De X, in vltimis. Cap. 26.

X *Longas poſitione reddit dictiones: ut ex. tamen aliquando longari, & breuiari nouimus. Longātur autem, quando in obliquis penultima longa eſt: vt Pollux Pollucis ſi autem penultima in obliquis breuis eſt, corripi ex verbis Priſciani (modo is auctor ſit) conijcio. Verba illius pono ne me aliquis finxiſſe putet: Syllabæ, quæ, correptam vocalem habent, acuto accentu proferuntur: ut pax, fax, nux, nix, dux, quia naturaliter breues ſunt. Ex quibus conijcimus mendū eſſe in libro de accentu, cum Pax ponatur inter naturaliter breues ideo dictionē illam confoderim, & Pix ſubſtituerim: quoniā pax in obliquis penultimā longat, pix*

X, finita.

Priſcianus emaculatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Donatus emaculatus. *autē breuiat ſic emaculādus in editione prima Donatus eſt cū vbi de accentu loquitur, Pax etiā interſeratur illis naturaliter breuibus. Et non mireris cur in prima Epogr. vbi de X, litera fit mentio, dictum ſit X, aliquā do longari: vt pax lux, Rex, vox, aliquando poſitione ut fax, nex nix, nux, nox. Et quod poſita ſit dictio Nox. non mireris: nam eſt propter genitiuum, & alios obliquos, in quibus non ſtatim i, poſt c, ſequitur: vt in aliӱs ſed interponitur t, vt noctis, non nocis dicas. Aliud etiam ſuccurrit nec ſpernendum. Bedam poſuiſſe exul* Exſul. *quem potius exſul, & exſilium per ſ, poſt x, Capro teſte, & analogia aſtipulante. ſcriberem. Exul enim dicitur: quaſi extra ſolum. vnde Exſul, & exſilium ſcri-* Exſilium. *bendum cenſeo. Tamen omnia in x, longa inuenies: nam (vt diximus) aliquando poetæ ponunt contra naturā ſyllabas: ſed ratio ſpernenda naturæ hæc eſt: quia x, vnius temporis, eſt cum ſit duplex conſonans, præcedens vocalis alterius. quæ duo tempōra poſitione longam reddunt ſyllabam.*

De Y, in vltimis. Cap. 27.

Y,finita. Y *Terminata dictio breuis eſt: vt Moly. Ouidi. Moly vocant ſuperi, torta radice tenetur.*

De Z, in vltimis. Cap. 28.

Z,finita. Z *Finita nulla latini idiomatis dictio eſt: vnde errant Triuiales grammatiſtæ Galez dicentes. cū latinis Galeacius dicatur, uel galeatus. Super quare nec tacuit Pōtanus. Si aliqua inueniētur erūt barbara et longanda cenſeas: ut achaz Phineu lȩteris, quòd hȩc quīta noſtra ad umbilicū producta ſit Epogr. Finis prope eſt quo ad extremū trahari ſuppliciū. Vale to tandem tacitus, ne tuis imperitus affanӱs ſextā ſup primam. Iam erumpit ſexta. Sexta exi placebis certe.*

IOAN.

IOAN· FRANCISCI QVINTI·ANI STOAE POETAE LAVREATI,

De ſyllabarum quantitate, Epographia. VI.

PROOEMIVM.

ET ſi in prioribus Epographijs ambiguas dictiones ſparſim paſſimque ad notauimus, tamen cum earum exempla, curioſis minime obiecerimus, operæ prætium fuit, vt facilior earum eſſet cognitio, hanc Sextam aggredi Epographiam: quæ non minus iucunda erit, quàm vtilis, & nõ minus delectabilis, quam opulenta. Nec imitabimur quoſdam noſtri ſeculi ſcriptores, qui in principio ita ample, ita magnifice, ita vberrime exordiuntur: ut nihil uberrius ampliusúe uideri poſſe exiſtimetur. Mox operis exacto meditullio, ita langueſcunt ac torpeſcunt, vt ſtatim decidant, corruant, flacceſcantque: immo ſi priores copioſæ, & multijugæ fuerunt hanc copioſiorem, & mage multijugam afficiemus. In primis nanque ſi cognitu digna eruditionis, plenaq; aliqua contexuimus, in hac autem mage digitis alliganda, memoriæq; mandanda, ac ſæpius relegenda immiſcuimus.

Quid enim dignius, pulchriusq; tyronibus offerri poteſt, quam dictionum ſyllabas enotare indifferentes? euo la tandem ſexta ſi placueris, prȩter opinionem non eueneri, & primo.

De communibus ſyllabis. Cap. 1.

Duos modos addo. *Communium ſyllabarum modos eſſe octo Martianus, & Victorinus ſcribunt, ſeptem duntaxat ponit Diomedes, nouem Beda, ego vndecim non inextrilidus edocebo, Primus modus eſt: cum in correptam ſyllabam orationis finit pars, in comate enim longatur: vt Nam tibi tymbre caput Euandrius abſtulit enſis: breuiatur, ut Per caput alterius. vnde (vt dicemus) t, ambiguum eſſe Capella ſcribit.* T, ambiguum. *Secundus: cum aliqua dictio in breuem deſinit vocalem ſequente dictione ab ſ, incipiente cum alia conſonante longatur, vt Vnde ſpiſa comas. breuiatur, vt Ponite ſpes ſibi, quiſq; ſuas. vbi quid dicat Diomedes legito.* Beda cōtra. *Prȩterea Pompeius (teſte Beda) vit ſ, niſi ſit in dictionis principio, non poſſe liqueſcere, contra quem Beda inſurgit, dicens reperiri apud Virgi. Hortatur meneſtheus, nunc nnnc inſurgite remis. vbi ſine dubio Beda ipſe fallitur, non enim Meneſtheus triſyllabum legendum eſt, ſed Mneſtheus biſyllabum: vt Mneſthea, Sergeſtumq; u, ſ, q, c.* Pompeiū. Beda fallitur. Virg. loc. *Tertius modus eſt ſi correptam vocalem ſequatur muta cum liquida, eſt enim longa: vt Vaſto Cyclopis in antro. breuis, vt Manibus fabricata Cyclopum. Diomedes ſub hoc tertio ait modo F, aliquando, licet ſit ſemiuocalis, fungi mutȩ officio ſequente liquida: vt Talia flamma, to, & ſimul ore fremebant, nos autē dicimus in illis exemplis breuiari a, & e, natura, non propter f, ſic ſergius inquit in hoc. Neue flagella, ve breuiari propter f, & l, dicat quid velit, hoc nunquā dixerim.* A diomede diſſentio, & Sergio.

Quar-

Quartus cum dictio pronominis in c, finit, in hoc lon gatur Dicier hic eſt, breuiatur: vt ſolus hic inflexit ſ, a, q, l. Terentianus tamen vult ibi Creticum eſſe pedem prima, & vltima longis, & media conſtantem breui, & ibim approbat, illum aſpicito. Vnde mirum eſt Seruium ſcribere Terentianũ dixiſſe c, haberi pro metri ratione: cum hic diſputet hic, & hoc omnino lon gari. Diomedes inſuper aliud profert exemplum: in quo tam pedis primam ſyllabam longam, quam in tertia, breuem dicit: vt Hic vir hic eſt tibi, quem p, ſ, a. dicat Grammaticus an in illo verſu primum hic longetur pro pter c, ſolum? an propter c, & u, conſonantem? quid di cet neſcio. Quintus modus eſt, quem Diomedes non dicit, ſed Capella? cum diphtongus ſequente vocali orationis finit partem in hoc longa: vt Muſæ Aonides: breuis: vt Inſulæ ſonio, quanquam Terentianus Creticum vult eſſe pedem. quod & ſecundum aliquos reperi tur apud Homerum βοῦ λέται ἀντὶ ἀσκοῦμιν ἀπόλοιτον αμικναι. *Sextus, cum longam breuis ſequitur voca lem vt. O vtinam tunc ꝟ, l, c, p, hic longa eſt, aliquã do breuis vt corydon o alex. Septimus, cum in, vnam vocalis breuis deſinat conſonantem ſequente h, vbi ad uerte (vt diximus) in Martiani Codicibus eſſe N pro pter figuræ ſimilitudinem. In hoc ſeptimo modo Diome des hoc attulit exemplum: Aeneam hominem. quem mi ror dicat an ibi h, faciat anteriorem ſyllabam longam, cum Aeneã per n, ſcribatur: quæ litera omnino produci tur: Virgilius: Ac dominum Aeneam in regna recepit. Qui vero dicunt Terga fatigamus haſta: vt Victo rinus, Donatus, Capella: & alij, videntur infirmum af ferre exemplum. Nam & ſi h, non ſequeretur, mus, poſſet elongari propter cæſuram. ut Omnia vincit amor,*

Seruium miror.

Diomedes fallitur.

Diomedẽ miror.

Exemplũ multorum infirmum.

& non c, a, nam poſſet melius afferri illud: Vir humilis mæſto d, l, t, in quo etiam, Vir poſſet produci vi monoſyllabi. Octauus: cum breuem vocalem z, ſequitur. eſt enim longa: Mezentij ducis exuuias. breuis: Nemoroſa zacynthos, ſic Diomed. & Cape. eo quod uim amittat duplicis, in hoc lectorum ſit iudicium. Scito tamen ſa breuiari natura & quamuis duæ ſequerentur conſonantes, nũquam longa eſſet, quia eſt in diuerſa dictione. Beda profert duo Iuuenci exempla: in quibus & longatur & breuiatur præcedens vocalis Z, Difficile eſt tertis affixus diuite gaza. Et gaza diſtabat rerum poſſeſſio fulgẽt. Nonus eſt, quem ponit Beda, quia in fine verſus qualibet ſyllaba eſt ad placitum. Decimus quem noſtro Marte iunximus eſt, cũ vocalis excipitur in eadẽ dictione a, q, & u, vt Aqua liquidus liquor. in prima lege Epogr. vbi de Q, litera fit mentio. Vndecimus eſt quem itidem ſcalpro noſtro eruimus: quando duplicantur ſimplices duæ ſimiles literæ, vt apud Homerum qui in primo verſu Illiados breuiauit in Achille ſecundam vnum h, adimendo & vt apud nos in repulit, retulit Porſena, reliquię, catylus, & multa alia tunc cum ſimplex litera ſit breuiantur: cum duplex elongamus: vt reppulit, rettulit, Porſena, reliquiæ catyllus & cætera id genus, quæ inferius adnotabo. Sed iam dictiones apponemus in quibus aut in prima aut in medijs, aut in vltimis indifferẽs reperitur ſyllaba: quas per ordinem hic appoſui & primo.

Iudicio aliorum remitto.

Gaza prima breui.

De ambiguis in prima ſyllaba. Cap. 2.

Abraham

Quia ab Abraham (vel ab Abrahamo) intemeratæ Virginis ordimur Geneſim: ſic ambiguarum ab Abrahamo exordium faciemus. Abraham ideo in prima longatur, & breuiatur. Sidon

Abraham ſanctis merito ſacrādę patronis. ſic & Ambroſius, Abraham meritis impia ſecla. Arat. ij. Principium meminiſſe iuuat Deus inquit Abraham. In hoc nulli ſit admirationi, ſi aliquando propter mutam, & liquidam ambiguas apponam dictiones. nam & multū conferet quia ſi breues naturaliter longantur, & breuiantur ſyllabæ, ſi longæ, quanquam ſequitur, muta cum liquida breuiantur nunquam. Adria in prima long. & breui. Horat. ij. Car. Quo nō arbitrer Aſtriæ eſt autem carmen Glyconium Spondeum, duosq; continens Dactylos. Propert. i. Nō ego nunc Adrię uereor mare noſcere tecum. Adam, ambigue. Auſon. Deceptumq: adiunxit Adam nos ſeta nepotum, quem ſecuti ſumus in Theonaſtaſi. Tum ſic primus Adam f,g,p. Sedulius: Nam qui deeſſemus in Adam. Agrippa, long. & breui. Sidon. Leucadijs Agrippa fretis Iudæa tenetur. Manil. i. Miles Agrippæ ſua Venerisq; ab origine proles, ſuper hac dictione quid dixerim in. i. Epogr. legito, vbi de l, & r, fit mentio, & in Arte breui de heroci ſpeciebus. Atrax pro fluuio, & vrbe Theſſaliæ, in prima longa. & bre. Ouidius in Hero. Athracis Aemonios Hyppodamia viros. Catul. Smirna cauas Athracis penitus mittetur ad vndas. Atrox l, & b, Sil. Pun. ij. Inſtat atrox terga increpita fugiētia victor Virg. in Cul. Pamaicon Aſiamq; horret Leſtrygones atrox. Aminea, in prima l, & b, Virgi. Sunt etiam Amineæ vites firmiſſima vina Auſo. Solus, qui Chium miſcer, & Amineum. Seren. Lyricus: Vmbra nec ut teneras Amineas: eſt autem Phaliſcus verſus conſtans tribus Dactylis & phyrrichio. Serē. Phyſ. ſuccus Aminea vitis cum pane medetur. Atlas in prima ambigue. Virg. iiij. Vbi maximus Atlas. Ouid. in Hero. Her

Adria. Adam. Agrippa. Athrax. Atrox. Aminea. Atlas.

Atrides. *cule ſuppoſito ſidere fulſit Atlas. Atrides,ambigue*
Vrig.iij.Et gemini Atridę:Oui.Meta.xv.Hæſit in ad-
Aprilis. *uerſo grauis haſta minoris Atridæ. Aprilis a longat*
& corripit. Mart. In menſem rogo differas Aprilem.
eſt carmen Phale.vbi as a,Trocheus eſt.Ouid.Annal.
ij. Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.
Apricus. *Apricus a,l,& b.Tibul.Annus in apricis maturat col*
libus vuas. Hora Gaudet equis,cambusq;, & aprici
Atys. *gramine campi. Atys l,& b. Ouid. Metamor. Gra*
ta deum matri ſi quidem Cybeleius atys, Idem Meta-
morph.v.Datq; animos erat Indus Atys quem flumi-
ne Cange. Set aliquid eſſe refferunt propter nominis dif
Apulia. *ferentiam. Apulia a l, & b. Mart. Velleribus pri-*
mis Apulia, Parma ſecondis.Horat.iij.car.Nutricis
extralimen Apuliæ.Eſt autem Alcaicum metrum ubi
limen A,dactylus eſt. Aliqui non deſunt tamen,qui ve
lint apud Horat. intelligere de Apulia nutrice.i.quadā
Acis. *muliere ipſi ſuam,ego meam ſequar ſententiam. A-*
cis primam ambiguam habet. Ouid.xiij.Metamorph.
Acis erat ſic, & quoque erat tamen Acis in amnem.
Claud.rap.Proſ.iij.Lucus erat prope flumē Acis quod
candida præfert. Quanquam aliqui Atym legunt:ſed
Alia. *Acin legendum aſſeueranter autumo. Alia in pri-*
ma ambigue. Sil Pun.viij,Maior & horrificis ſeſe ex-
tulit Alia ripis. Lucan. Quas aliæ clades ſi putauit
Seruius arguitur. *Seruius. contra quem probat Beroaldus non ibi Lucan.*
intelligere de fluuio: ſed quòd ſit ab alius alia aliud:
Lucani locus. *quod credo:quia alibi Lucan.longat: Romanis Alia Fa*
ſtis. & quid ſi duplici ll, longaretur, ſimplici breuia-
Afranius. *tur? lector te ipſum conſulito. Afranius l,& b.Lu-*
can.iiij.Phar.Iure patri rector caſtris Afranius illis.
Auſoni. Quam toga facundis cœnis agitauit afrani.
Aplu-

Apluſtre a long. & bre. Cæſar in arat. Fulgẽt Argæſtellis apluſtria ſumma. Cicero in ara. Puopibus aſſumptis fluuitantia quærere apluſtra. Manil. Primo: Incipit argiuamq; ratem per apluſtria ſumma. Apluſtre. *Adraſtus in prima indifferens eſt. Virg. vi. Parthenopeus, & Adraſti pallentis immago Stat. The. i. Cunctatur, proferre pedem tunc mitis Adraſti.* Adraſtus. *Blatero, apud Horat. ſaty. xvij. breuiatur: Audis cum magno blateras ſermone, fugitsq;. ſic apud Lucil. xx. Deblaterat plenus bonus ruſticus vna. Ouid. in. Phil. vel quicunq; fuerit auctor? Blaterat hinc aries, & pia ballat ouis. Alij ſcribunt blattero a verbo græco βλάξ blax. i. ſtollidus ſuper qua dictione Feſtum legito & Beroaldum in Apul. viij. Commentario.* Blatero. *Britannus, in prima ambigue. Lucreti. vi. Nunquid Britannis cęlum differre putamus. Iuuena. & Minima contentos nocte Britannos. vnde quando breuiatur, ſimplici t, quando longatur duplici ſcribitur. nã Græci duplici tt, ſcribunt βρεττανον. Dioniſius per vnicum t, protulit propter metrũ: ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸν ῥόον ἔνθα βρεταννοι.* Britannus. *Bythinius primam long. & breue. Valeri. Flacc. iij. Bythinio, Phrygio veſatum: ſed quem ſua voto. Manil. iiij. Armenieq; iugis. Bythinia diues. Iuuenal. Saty. vij. Quanquam & Cappadoces faciant, equiteſq; Bythini.* Bythinius. *Buſiris in prima ambigue. Ouidi. in Her. Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto. Stat. Thebai. xij. Non trucibus monſtris Buſirim infandumq; dediſti.* Buſiris. *Berylus, in prima longa. breue. Iuuen. Sat. v. Heliadum cruſtas, & inæquales berylos. Prudent. in Pſych. Hinc ſibi ſapphyrum ſociauerit inde Berylum. tamen potius elongarem. quan quã Prudentij, pœnitus non eſt excurianda auctoritas.* Berilus.

Catholichus in prima ambigue. nam natura breuiatur: Catholicus.

tur: quia a cata præpoſitione græca componitur. quæ breuiatur apud Homerum. πολλὰσ δ᾽ὄγκν πόντω πόθιν ἄλγεα ὂν κατ μάνων. *longatur apud Sidoni. Vi quæ catholicam, fidem laceſſunt. ſimiliter Prudē.: in Pſych. Catholico in templo diuini f, a, u, vnde Alexandrum merito ab aliquibus tueri eſt: cum dixerit elongari, quia viderat forte apud hoſce.*

Cygnus. *Cygnus, vel cycnus, long. & bre. Iuuena. ſaty. vi. Rara auis in terris nigroq; ſimillima cygno. Mart. Quæ capta eſt alio nuda Lacœna cygno. Auſonius: Cornix non ideo ante cygnum.*

Cyclas. *Cyclas, long. & bre. Iuuena. Hæ ſunt, quę tenui ſudant in Cyclade quarum Senec. in trag. Et vaſta Calpe ſonuit, & voces Cyclas. eſt enim carmen Iamb. vbi Cyclas Iābus eſt.*

Cecrops. *Cecrops, in prima longa. & bre. Iuuena. Saty. vi. De ſulmonenſi mera Cecropis omnia gręce. Lucr. Finibus in Cecropis funeſtros reddidit agros.*

Cerimoniæ. Cerimoniæ vnde. *Cerimonię in prima ambigue. Sidonius. Cōſecratio cerimoniarum. eſt autem carmen Phale. in quo, ceri, Trocheus eſt Prudent. contra Symac. Immanſueta ſuas vt cerimonias, eſt carmen Aſclep. in quo vt ceri, eſt pro dactylo, & iure primā breuiauit, quando a carendo cerimonias dicit, ut retulit Maſſurius Sabinus in Commentarijs quos de indigenis compoſuit.*

Cupreſſus. *Cupreſſus, ambigue Ouid. Metamorpho. x. Affuit huic turbę meſtas imitata cupreſſus. Catul. Flammanti Phaetontis & aeria cupreſſu.*

Caria. *Caria, ambigue poni duo ſcribunt Syllabographi. Manilius. iiij. Arcades antiqui celebrataq; Caria fama. Carolus Arret. Cum Caria antiquo fuerit ſpoliata ſepulchro. hic an Caroli teneatur auctoritas ignoro. duo tamen (vt diximus) allegant. Carolus inſuper omnium ſui tēporis poeta laudatiſſimus abſq; ratione id feciſſet nunquam.*

Crepida. *Crepida in prima breuiatur. Hora. Chry-*

ſipus

*ſipus dicat ſapiens crepida ſibi nunquam. ſic apud cęte
ros Latinos, apud Græcos longatur, & per u ſcribitur.
Theocritus Edyllio quinto:* πάντα κεῆ πίδιο πάντα κλά
μυδη φοροι ανδρέιο*. Cyprus Cy lon. & bre. Ouid. Me* Cyprus.
*tamorpho.xv. Scire dedit referam tota notiſſima Cy-
pro.Horat. Sic te diua potens Cypri. vbi, tens Cypri,
pro Dactylo eſt. Cacus,in prima longa. & bre.Oui.* Cacus.
*in Faſt. Cacus Auentinæ timor, atque infamia ſyluæ.
Idem Metamorph.ix.His Cacus horrendum Tyberino
in gurgite monſtrum. Curetes.Cu.long.& bre.Luc.* Curetes.
*iiij.Illic bellaci confiſus gente Curetum. Ouidius Me-
tamorphoſ.iiij.Gelme Ioui,largoq́; ſatos Curetas ab im
bri. Calo l. & b. primam.Horat. Hunc permixerũt* Calo.
*calones, atq; caballi.Ouidi. Annal. iiij. Per flammas
ſaliiſſe calones. quanquam in antiquo contextu legitur,
Colonos, quod placet quia calos potius longatur. Lucil.
ſcinde puer calam vt caleas:vnde calo poſtmodum di-
citur. Cydon ambigue.Virg.Dum ſequeris Clitium,* Cydon.
*infelix noua mœnia Cydon.Stat. Hoc regi promiſſa Cy
don.ſi uis latius aſpice Seruium.x.Comment.Coſyra co* Coſyra.
*long.& bre. Ouid. Faſt.iij.Fertilis eſt Milite ſterili vi
cina Coſyrę. Syl. xiiij. Et bellare Trabas docilis Co-
ſyraq́; parua. Crathis,ambigue. Ouid. eo. iiij. Huc* Crathis.
*Lycus,huc Sagarus, pœneusq́;, Hypanisq́;, Crathisq́;
Idem. Metamor.xv. Crathis & hic ſibaris veſtris cõ
terminus oris:ſed propter diſcretionem fieri crediderim
quando enim breuiatur. eſt fluuius Argiuus,quando
long. eſt Calaber:quia a Cathide monte dicitur.vt late
Iacobus meus Crucius in Hymnorum adnotationibus
retulit,ſic fit de Creta,quando eſt fluuius in Ponto bre* Creta.
*uiatur apud Vale.Flac. quando eſt inſula, longatur ab
omnibus poetis. Criticus,indifferenter ponitur.Horat.* Criticus.
Epiſt.

Epiſt.ij.Et Critici dicūt,leuiter curare videtur. Mart.
Capetus. *vij.Aequali liber eſt Critice qui malus eſt. Capetus cap. long.& bre. Ouidius Faſt.iiij.Et tuus eſt idē capete fuuctus auus.Idem.Meta.xiiij.Epirus ex illo,poſt*
Cedrus. *hunc capetuſq; capyſq;. Cedrus, ambigue Ouid.Nec*
Cyclops. *cedro charta notetur. Horat. poſſe linenda cedro. Cyclops, in prima ambigue.Ouid.primo Metamorpho.Te la reponuntur manibus fabricata cyclopum.Virg. iij,*
Cyane. *Vaſto cyclopis in antro. Cyane, cy, longa.& bre. Ouid.ix.Metamorpho.cognita cyane præſtanti corpore nympha.Idem in Triſt.Quaq; ſuis cyanen miſcet anapus aquis: ſed hoc fit forte propter diſcretionem. nā*
Coralium. *non eadem ſunt. Corallum long.& bre.Ouid.Meta. vlti.ſic & coralium quo primum contigit auras. Serē. coralium vero ſ, c, n, u. Virgi. coralio fragili e,l, m, e. Claud.Mergit ſe ſubito, velitq; coralia Cloe, quæ immitatur Sidonius.Lacte a puniceo ſinuantur colla coral*
Citus. *lo. Citus in compoſitis, ambiguē ponitur. nā ſi venit a cio cies ſecundæ,breuiatur,ſi vero a cio cis quartæ cō iugationis,longatur. Ouid. ij. Metamor. Nec fruitur ſomno vigilātibus excita curis. Statius in Achil,Nec tantum exciti bimari,quos Iſmara vallo. ſic erit conci*
Catena. *tus,accitus, & cetera ſimilia compoſita. Catena, in prima ambigue poni ſcribit Ferretus: Perſ.Cum fugit a collo trahitur pars longa catenæ. Mart.Expectant cu req;, catenatiq; dolores. vnde affirmauerim Ferreti contextum fuiſſe mendoſum, ſufficit lector, quòd te admouerim:Didymus in prima ambiguum eſt.Arat.i,*
Didymo. *V, ſ, m, probans modo Didyme diſcis. Sedu.Cui Didy-*
Daphne. *mus cognomen erat. Daphne,Da,long.& bre. Ouid. Metamor.i. P, a, viſeque cupit cōnubia Daphnes. Petron.Et baccis redimita Daphnę,tremulaq; cupreſſus.*

Didius

Didius ambigue. Ouidi. Faſt. vi. Didius hoſtiles ingeminauit opes. Auſonius: Vt parricidę Regna adimat Didio. ſed forte eſt propter differentiam. Darius, Di ambiguam habet. Ouid. Vtq; necatorum Darij fraude ſecũdi, Sidon. Et primũ: Darij tumultuantes. eſt enim carmen Phal. in quo, mum Dari, Dactylus eſt ſuper hoc nomine latius. vbi de ambiguis in medijs dicemus. Deorſum lon. & bre. Lucretius. ij. Pondera quantum in eſt deorſum cuncta ferantur. Idem At quæ aera queque deorſum. Diana, in prima longa. & breuis. Virgi. primo, Exercet Diana choros, quam millæ ſecutę ſic & Cinna. Secula permaneant noſtri Diana Catonis. Ouidius Metamorpho. ij. Et niſi quod virgo poterat ſentire Diana. Et ſi quis ambigat an Diana ſit latinum. legat. Macro. Satur. primo. Dicharechus, Di ambiguũ eſt. Petron. P, i, magnæ Dicharchidos arua. Sidonius Nanque Dicharcheę translatus puluis harang, ſic & breuiauit Silius. Dolon in prima lon. & bre. Ouid. in her. Rettulit & ferro Rheſum, dolonaq; cæſos. Idem Metamorphoſeo. xiij. Auſum eadem quæ vos phrygiæ de gente dolona. Ecchion, ambiguum reperitur. Ouidius Metamorpho. iij. quorum fuit vnus Echion. Iuuenalis, de qua citharœdus Echion. Ouidius Metamor. v. Echionq; ſagax quondam ventura videre. Equicolus, prima lon. & bre. Ouidius. iij. Faſt. Quantum Laurentes bis quantum Equicolus acer, ſic & Sil. viij. Simbriuio, raſtriſq; nouant Equicola rura. Virgilius x. & pulcher equicolus armis, qui in eodem etiam longat: nemorum duris equicola glebis. Eous, lo. & bre. in prima. Luca. Aut cum Sole nouo terras irrorat eous. Virg. ij. Eoaſq; domos arabum, pictoſq; gelonos. quod & dicit Ser. ſed alias diximus quando corripitur, ſcribimus

Didius. Darius. Deorſum. Diana. Dicharcheu. Dolon. Echion. Equicolus. Eous.

bimus per b, heous, & trahitur ab heos.i.dies. quando longat primam, ſine aſpiratione ſcribitur, & venit ab eos.i.aurora, quod nomen producitur. Ouid in faſt. Cũ
Ebur. *Romam aſpexerit eos. Ebur indifferentem habere*
Neſtor de *primam Neſtor ſcribit. Catul Ebore nyſeo vertice cæ*
cipitur. *ſariem. Virg. pri. Geor. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. profecto Neſtor ſuam approbauit inter-*
Catul.'em a *ritus ſententiam, niſi Catullum contaminaret. nã apud*
culatus. *Catul. E bereniceo vertice cæſariem, legitur, non autem*
Eriphile. *vtile autumat. Eriphile in prima b, & l, Iuue. ſat. vi: Occurrent multę tibi bellides, atque Eriphyle. Tibul. ij. Eriphyle Phœbo, grataq; quod meruit. ſed fol. te differentiam. nam vna fuit vxor amphiarai, & tunc breui. alia fuit Sibylla: quæ ſecundum aliquos heriphyle ſcribitur, & in prima longatur. alij tamen dicunt,*
Electrum. *herophylem. Electrũ prima ambigua. Ouid. De ramis electra nouis. Virgi. Liquido ve poſtetur electro: vt al legatur a Feſto aſſeuerãte poteſtur̃, pro poteſt antiquos dixiſſe, Dicet aliquis ibi legendum eſſe poteſt: vt in Miſcel. præcipit Politia. quia electrum per κ, apud Græcos ſcribitur. Dicat mihi: An crepida non breuietur quã quà ſcribunt illi κρηπις ſic inquit Sidon. Nec theſſera caſtris In Chteſiphonta datur. ecce, Chte, breuiari, licet Græci per κ, ſcribant. Idem: Gaudeat Euphemiam: ecce, phe, breuiari: cum per κ, ſcribatur, Dicet iterum: Sidonium literarum græcarum expertem fuiſſe, ut Hermolai iudicium eſt. aliud exemplum de electro afferam Virg. in Ciri Coralio fragili, & lachrymoſo mouit ele-*
Focale. *ctro: quanquam alij legunt, non electro, pro, mouit electro. Focale fo, l. & b. Martia: Hoc focale tuas aſſe rat auriculas. Horat. Faſciolas cubitale focalia potu vt ille. Sed aduerte, quando longatur, a fauce venire s*

& eſt,

& eſt genus ligaminis: quo gula colligatur. quando breuiatur, a foco deriuatiuum eſt. Hoc dixiſſe volui: vt ſcires lector, me pænitus omnia inquirere, quæ ad cognitionem pertineant. Fucus, ambigue ponitur. Col. xi. Deiectura quidem frontis data ſigna fucorum. Catullus, Tinga tegit roſeo conchyli purpura fuco. Vnde non mirers, aliquando compoſita a fuco u, ante c, ambiguam habeant. Fibræ, ambigue Virgilius. Et amaris intyba fibris: Terẽtianus: Nec ſpirant animas fibræ. eſt autem Glicon. verſus Spondeo: & duobus conſtans Dactylis. ſic erit fabri, fabrilis, fabrico. quorum exempla ponere ſuperuacaneum eſt. Fidennæ, ſi ambigue. Iuuena. Satyra. x. An Fidennarum Gabiorumq; eſſe poteſtas. Virg. vi. Hæc tibi Momentum Gabios vrbem Fidennam. Flabellum fla. long. & bre. Proper. Hæc modo pauomus caudæ flabella ſuperbe. Ouid. Art. profuit & tenui uentos moueſſe labello Caludianus etiã longauit in Eutro. Annibali, pyrrhoq; rogas flabella peroſi. Fieri fi b. & l. Iuuenalis. vi. Saty. Vir. nollet fieri, nam quantula noſtra voluptas. fieri (ſi Donato credimus) longauit Ennius at feretus ſemper breuiabis. Gyges, ambiguum in prima. Virg. i. & ſucciſo poplite gygem. Ouid. Centimanusq; gyges, tamẽ pro pter diſcretionem factum eſſe crediderim. Getes, ambigue Ouid. pri. pon. Nulla getis toto gens eſt truculentior orbe. Iuuena. Saty. iiij. Tanquam de Getis aliquid, toruiſque Sicambris. quanquam alij legunt Geticis, alij, Gattis. Ganeo, ga, longa. & bre. Iuuena. Occultus ganeo pultes. Prudentius in Pſych. Ima pati, laxa ganeorum lege teneri. Idem in Amart. Ingluuiem, vegetamq; gulã ganeonis ineſcẽt. ſuper hoc dubito. tamẽ (vt diximus) nec ſpernenda eſt Prudentij auctoritas, niſi in man-

Fucus | Fibræ | Fabri | Fabrilis | Fabrico | Fidennæ | Flabellum | Fieri

in manifeſtarijs.de quo quid ſententiã lege in Epog.iiij. vbi de a ante m, fit mentio. Gradiuus,in prima longa. & bre. Virg.iij.Gradiuumq; patrem Geticis qui,præſidet armis Ouid.vi.Metamorph. Et genus a magno du centem forte Gradiuo. & melius naturaliter breuiatur:quia ardiendo dicitur ſed etiam ab haſtæ vibratione (Pompeio teſte,quam græci dicunt, γραδάνειν & a apud Græcos anceps eſt. Glutinor glu,ambigue. Virg. in obi.Mecæ, vel Cornelius (vterq; claſſicus)Conglutinantur aquę:ſcopulis ſe condit hyrudo.Priſcia.in Per bi. Corporibus lapis hic ceu glutine tectus adhæret. Catul.Quę nunc tuis ab vnguibus reglutina, & remitte. eſt autem carmen Iambicum ſeptenarium bipercatalecticum, vbi reglu, Spondeus eſt vel Iambus, vltimam continentes longam. Gebennæ, apud Auſonium & lō. & bre. Ninguida Pyrrenes, & pinea gebennarum, Idem Interiusq; petunt Aquitanita rura gebennæ. Geometer,long. & bre. primam. longat, quia apud græcos per diphtongum ſcribitur,vt late diximus Epographia ſecunda: vbi de vocali ante aliam. Sidon. Non hic cum geometricas ad artes: vbi cum geo. Dactilus eſt. & non eſt: vt fiat ſyneresis: vt in illo Auſon. Vel quot iuncturas geometrica forma fauorum, & in illo Iuuena. Grammaticus rhetor, geometres pictor. alyptes quid dixerimus aſpice Epograph. ij. in præallegato loco. Getulus ambigue. Virgil.iiij. Deſtruat, aut captam ducat Gerulus Hiarbas.Mart.pri. Traducta eſt getulis,nec cepit harenacentes. Georgius Merula Domitij ancinator, in eum inuehitur:quod ignorauerit mendum eſſe in Mart. Codice,præcipiens legendum eſſe:Traducta eſt geticis. vel Traducta eſt giaris, eo quòd getulus in prima, & ſecunda longentur: ego

Getulos.

uero

vero aliqua motus ratione, nullum eſſe mendum affirmauerim ita exemplum affert Tortellius, & in Caprum Agretius: Geor. Merula poſſit ſtipulari, cur breuietur diphtongus: eo quòd ſcribatur gętulus, non mireris Merula, itidem breuiatur in mœotis, & in romphea diphton. vis vt breuietur ſequente vocali, vah, ceruicoſus es, quid tum erit cũ inuenies apud Latinos, u, & ω, breuiari? quæ vocales tam apud græcos, quã diphtongus apud latinos ſemper elongãtur: vt ſuperius diximus ſed vt validiori nitar argumẽto, duo alia exẽpla proferã. Ouid. in Her. Quid dubitas vinctam getulo me tradere biarbę. Auſo. Tarquinius, getulusq; iter ũpoſtremus et ille. ſic legitur in meo antiquo contextu. aliqui tamen legunt: Tarquinius getulus item. ſed forte propter inauditam dictionem, quæ longetur, breuieturq; in prima, & ſecunda ſyllaba. Itaque lector, ſi Quintiani iudicio audiris, doctores conſules cum & diphtongus breuietur: vt in pheneſtra prima breuiatur, cum a φαίνειν .i. Lucere veniat: vbi αι, in e, breue apud nos vertitur. Gothus. *Gothus ambigue ponitur. Auſon: Hoc poſſem victos vide referre gotos. quod longetur ſatis firmum non affero exemplum neoterici. tamen longant, quod non improbo, nam greci ſcribunt γότθων ſcilicet cum τ, & θ, poſt o, & longant. Iulianus οἱ πωθεῃκίκεσ πηβνσε τῶ ἰτεια νόι θων. & id eſt quod ſæpius dixi in aliquibus apud nos demi conſonantem vt γραββάτων grabatum, te ipſum conſulito.* Hereſis. *Hereſis apud Prudent. in prima long. & bre. Hereſim hanc præſaga patris præuiderat olim. Idem in pſych. Cognomẽto hæreſis deus eſt mihi diſcolor inquit.*

Hydra. *Hydra long. & bre. Virg. Fertò & face contudit hydram. Seneca in Tragæ: Exedit artus virus: vt fama, eſt hydræ. eſt autem carmen iambicum vbi hydræ pro*

iambo

Hydrus. *iambo, eſt ſic Hydrus ambigue ponitur. Hebrus am-*
Hebrus. *bigue. Seneca in her, Oeth. Et hydra vires poſuit, & no*
tos hebro. vbi hebro, pro iambo eſt. Ouid. Metamorph.
Hinulus. *undecimo: Membra iacent diuerſa locis caput Hebre,*
tuamq;. Hinulus hi long. & b. Horatius: Vitas hi-
nuleo me ſimilis cloe. Proper. Atque hinuli pellis totos
Hymen. *operibat amantes. Hymem ambigue. Ouidius in her.*
Affuit & ſertis tempora vinctus hymen. Catul. hy-
Hyle. *men o hymenææ hymen ades o himenæi. Hyle, ambi*
gue. Stat. Theb. vij. Qui breue litus hyles a, q, ſ. Ho-
merus elongauit, ſi Hermolao credimus Barbaro: quē
legito caſt. lib. iij. cap. vij. Homeri carmen eſt οἱ τύ-
Ilithya. λι ὤνειχο οἶδ ὔχθνα καὶ μεδίονα. *Ilithya, ambigue*
Ouid. Præpoſitam timidis parientibus Ilithiam Virgi.
in ciri, Perfer ſæua precor per numina ſacra. Ilithiæ. ſu
per de hac dictione inferius videto: vbi de ambiguis in
Itys. *medijs ſyllabis. Itys, ambigue. Ouidius ſexto Meta.*
Nec mora traxit itym veluti gangetica cerue: Idem, in
eodem: Proſilijt, ityſq; caput philomela cruentum. non
Iliſſus. *deſunt tamen qui ityos, ſeu itili legunt. Iliſſus, apud*
Statium ambiguum prima reperitur: Amfractu riparū
incuruis iliſſos. Idem: Gelauit geticos ripis iliſſus amo
Io. *res. Io, Pro filia inachi, ambigue. Ouid. pri. Metam.*
Fletibus auget aquas, namq; miſerimus io: Idē in Her.
Que tibi cauſa fugæ? quid Io freta longa pereras. Idē
in ij. Quem memor a ſacris nunc quoque pellit Io.
Italus. *Italus, primam ambiguam habet Virgil. Hinc Augu-*
ſtus agens Italos in prælia Cæſar. Ouidi. in Er. Queq;
vbi ſint neſcit itala regna ſequi. ſic erit Italia, & italus
Italia. Iuuit. *nomen proprium a quo Italia, de quo Q. Fabium picto*
rem legito. Iuuit. præteritum lon. & bre. Mart. In tota
iuuit quem nihil eſſe domo. Catul. Nō ita me Diui vera
gemunt

gemunt iuuerint. venit autem à iuui præteritum: ſed ſemper elongato. ichneumon, in prima b. & l. Mart. Delectat Marium ſi, pernicioſus ichneumon. longatur vero poſitione c, & n. Lucrinus primam b. & l. Mart. Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino. Virg. an memorem portus Lucrinoq; edita fundo. Lapathes (ſecundum aliquos) in prima ambigue inuenitur. Serenus. Sæpe Chelidoniam cum ſucco Lapathis addis Columella. Lubrica iam Lapathes, iam Thami ſponte vireſcunt quod non probo. nam apud Serenum tertiæ, eſt declinationis. apud Columel. lege Lapanthos: vt ſit ſecundæ. ſic apud Horat. Ser. xiiij. Et Lapathi breuis herba ſ, a, n, ſ, c, & ſunt diuerſa etiam in ſignificatione. Alij volunt in declinatione tantum, te ipſum conſulito. Dixi quid ſenſerim, non quòd diſceptauerim. Lucrum, ambigue. Horat. Pythias munĉto lucrata Simone talentum. Plaut. in Alc. Emundis vendundisq; me lætum lucris. eſt autem Iambicum: vbi, lucris Iambus eſt vnde merito lucellum à lucro breuiatur. Mart. xiij. Alea nec dãnum, nec facit iſta lucrum. Luceres in prima ambigue. Ouid. iij. Faſt. Quosq; vocant Ramnes, luceribusq; ſimul. Proper. tamnesq; viri, Luceres que coloni. Labrum l. & b. Iuuena. Saty. x. Palida labra cibum capiunt d, a. Val. Aeditiuus. Quid mihi quæram abs te membra labris abeunt vnde nec immerito labellum breuiatur. Lauinum: La, ambigue Virg. Cerne vrbem, & promiſſa Lauini. Sil. Lauinum, ac altrix caſti Collatia Bruti. Virg. Profugus lauinaq; venit. vt vult Seruius vel (vt alij) lauinia, venit. Lyceus apud Ouid. Et cum Gyllene gelidi pineta Lycei. Idem: ſecundo Metam. Contſiaq; arboribus lycea relinquerat arua. licet Iacobus ille Crucius Bononienſis, lircea, legendum eſſe feliciter

Ichneumõ
Lucrinus.
Lapathes
Lucrum.
Luceres.
Labrum.
Lauinum.
Liceus.

liciter velit. Ille eſt Iacobus, quem amo, ac veneror nuſquã a me viſus: ſic ſoleo virtutis gratia incognitos amplexari, eorumq; labores extollere vt multi me incognitum diligunt: meum venerantur nomen. Non ne toties venere multi noſtro tantum moti nomine: vbi viderint abiere: me ſolum vidiſſe glori antes, ſed iam ſequamur.

Labicum. *Labicum la, l. & b. a Martialis primo, Labicana leui ceſpite leuat humus. Virgilius: vij. Et Sacranæ acies, & picti ſcuta labici. Liquor ambigue Lucre. pri.*

Liquor. *Pondus vti ſatis calor ignis liquor aquarum. Ouid. pri.*

Liquidus. *Metamor. Ergo vbi illatos irrorauere liquores. Liquidus, ſimiliter Ouid. Meta. xiij. Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho. Lucreti. Craſſaq; conueniunt liquidis, & liquida craſſis Idem. pri. Liquidus humor & vberibus ſ, o, g, ſic & nos in primo Orpheos, Frigida & an liquidis concordent craſſa ſub vno Corpore, & anicraſſis ſocietur liquida rebus. cauſam aſpice Epogr.*

Lychas. *pri. vbi de q, litera fit mentio. Lychas, ambiguum eſt apud Virgilium: Inde Lycham ferit extinctum iam matre perempta, Idem. Protinus Anteum, & Lychan prima agmina Turni.*

Miletum. *Miletum, ambiguum in prima eſſe duo literati ſcribunt. Mart. Nec Miletes erat vellere digna tuo. Aratus poeta Chriſtianus, quem aliqui receptum affirmãt: Menſibus hibernis tribus in ſtatione Mileti. lector an hunc recipias, paruipendo, non ſpernendum affirmo Vatem: te ipſum conſule. quod ſentio dico, non quòd contendam, ut dicebat Romanorum doctiſſimus Varo. Muto, Mu, long. & bre. Horat.*

Mûto. *pri. ſer. Hinc ſi mutonis verbis mala tanta videnti. Mart. Dormis cum pueris non toniatis. eſt autem verſus Phal. vbi, ris mu, Trocheus eſt ſecundam breuem*

Maceror. *continens. Maceror, omnino ambigue. C. Cęſar. Vnum*

hoc

hoc maceror, & doleo te deeſſe Terenti Ouid. interdũ maceror. Ob dicent aliqui legendum eſſe, Maceror interdum, permutatis dictionibus. aliud affero exemplũ ineuitabile. Priſcia. in Per. quod opus Rhemnij Fannij eſſe ſcribunt aliqui. Frãgitur hircinio maceratus ſanguine tantum. contra meum Pium Baptiſtam. mox etiã melius videtur, ſi breuiemus: quia a macer venit. Meſana.
Meſana, ambigue. Syl. xiiij. Incumbens Meſana freto, nimiumq́; reuulſe apud Græcos breuiatur in hoc Thomæ Pindari interpretis. ἡ βυκὸσ ἰλατὸσ ἐκ τοῦ ἀνίου ἡ ἴμασηνησ. *Migro, ambigue Virgi. in Bucolico ludrico: veteres migrate coloni. Manil. ij. Naſcentum acciperent proprias, ſignisq́; migrarent.* Migro.
Manes in plurali, ambigue. Virg. vi. Si potuit manes accerſere coniugis Orpheus, Lucret. Et nigras mactant pecudes manibusq́;, deisq́;. Manes.
Melos b. & l. Lucret. ac muſea mele per chordas, organiciq́,. Perſc. Cantare credas Pegaſeium melos. eſt autem ſcazon: ubi melos Spõdeus eſt primam longam continens. licet Ang. Politianus inter literatos Phœnix Neetar, legendumq́ue aſſeueret: cui Pius Marullus, & Plautius reclamant: quia apud grę cos (teste etiam Hermolao) longũ reperitur: vt in Hymnis hoc verſu Homerus μέλοσ ἀὐ σοιϊ *apud Orpheum, & referiri Pius noſter ſcribit.* Melos.
Mœotis, in prima ambigue. Iuuena. tale quid excuſat mœotide ſæuior ira Manil. iiij. ponto mœotis & vndis. Ouid. i. triſti Longior antiquis viſa Mœotis: hyems ſed fecit propter vocalem ſequentem. Mœotis.
Neriene primam lon. & b. Ennius in primo annal. Nerienen mauortis. & hercle. Licinus Imbrex in Neæra, Nolo ego Neæram reuocent: ſed Nerienen. in quibus quo ad Ennium nunc long. quo ad alium, breuiari ait Gellius libro decimo tertio, Cap. vi- Neriene.

Natrix. *geſimo primo.legito etiam inferius apud nos. Natrix ambigue. Lucil. Si natibus natricem impreſſit craſſam, ac capitatam. Luca. Et natrix violatur aquæ.* Obex. *Obex, in prima ambigue.Sil.iiij. Et fidos certant obice accerſere ſylua. Virg. x. Ecce maris magna clauſit nos obice pontus.de verbo obijcio in. ij. legito Epogra.* Orion. *Orion in prima ambigue. Ouidius in Faſt. Obſtitit Orion Latona nitentibus aſtris. Horatius in Epo. Dum pecori lupus, & nautis infeſtos Orion.* Ohe. *Ohe, in prima l. & b. Horat. Laudarit donec ohe iam. Martial. Ohe iam ſatis eſt, ohe. Libelle. Iuuenal. Satur.eſt cum dixit Horatius ohe.* Pugilar. *Pugilar.pu, Ambigue. Auſon.Bi patens pugilar expedi. eſt autem Dimetrum Iamb.vbi pugi, Iambus eſt, primam breuem continens. Iuuena. Saty.xi. Nec pugilares defert in balnea. dicitur enim pugilar, & pugilaris. Nec mireris: quia in diuerſa videntur poſita ſignificatione:nam omnino ab vno veniũt nomine.* Progne. *Progne, in prima l. & b. Ouid. Metamorpho. vi. Et lachrymæ fecere fidem velamina Progne. Petron. Atque vrbana Prognæ quæ circum gramina fuſæ.* Pilatus. *Pilatus l, & b. Iuuenc.iiij. Pilatum nunc iſte rogat ſibi credere membra. Hic eſt ille Iuuencus poeta: chriſtianus, cui omnes eruditi fidem adhibent. Aratus quæat memorare Pilati. ſic nos, ſemper breuiamus in theoandrothanato tragœdia de paſſione Chriſti noſtra.*

Proſerpina. *Proſerpina, primam ambiguam habet. Clau. rapt. pri. Matribus, & numeri damnum proſerpina pendet. ſic Ouid.in.v. Metamorpho.longat. Senec. Trag. Her. fur. Vidiſti Siculæ regna Proſerpine:ubi regna pro, Dactylus eſt.* Phyloctetes. *Phyloctetes: in prima l. & b. Sidoni. Philocteta tibi dedit pharetram. Aliqui tamen volunt: ut in primo huius Phal. Iambus ſit: quibus aſtilaret, ſi vteretur.*

retur alias Sidoni. Virgil. Parua Philoctete ſubnixa, petilia muro. Phyſicus b.& l. Pruden. contra ſim, Nec vos o miſeri phyſicorum dogmata fallant. Sidoni Phyſica vel logico, logicum vel iungit ad æthos. Putreſco, ambigue: Horatius: Blactarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca. Ouidi. pri. Pon. Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis: ſic putris: putridus, putredo, ambigua ſunt. Propontis, in prima l.& b. Manil. iiij. Aequora, & extremum Propontidos Helleſpontum. Catul. Propontidem, truceq; ponticum ſinum. vbi Propon, Iambus eſt omnino. ſimiliter Lucanus. xi. Paruo ruatore Propontis. Phydias, ambigue in prima ponitur Mart. ix. Liſippũ lego, Phydiæ putaui: ubi Phydi Trocheus eſt, primam longam continens. Auſon. Cuius opus? Phydiæ: qui ſignum pallados? eius. Pulex, l. & bre. Columel. xi. Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat. Ouidius: Parue pulex & amara lues inimica puellis, niſi auctorẽ mentiatur opus. Martialis etiam longauit. Pupa (ſecundum quoſdam) in prima ambigue. longatur autem a Perſi. & Martia. Iſti, inter quos eſt Baptiſta Plautius, allegant vnum Auſonij, carmen: vbi breuietur, & re uera, niſi carmen contaminarent, eorum opinioni adhærerem. Eſt hoc carmen Barbara quæ Latias vincis alumna pupas. Parce mi Plauti alioqui oculiſſime: carmen Auſonij mutilas: quod eſt: Barbara ſed quæ latias vincis alumna pupas, Eſt autem carmen Choriambicum Sapphicum, tribus Choriambis conſtans, & Bacchio: vbi na pupas, Bacchius eſt primam breuem, & duas longas habens vltimas. non autem eſt Pentametrum vt cogitas, remota, Sed coniunctione. Palatium in prima longatur, & breuiatur. Sil. primo: Dum noua contentis ſurgunt

Phyſicus. Putreſco. Propontis. Phydias. Pulex. Pupa. Bap. Plauti error. Auſonius a vitio defenſus. Palatium.

pallatia flammis. Ouidius primo Metamorpho. Haud timeam magni dixiſſe pallatia cęli. hęc duo ſufficiant, exempla, cum claſſicorum ſint plurima tu legendo inuenies. & venit (ſecundum aliquos) a balatu ouium. alij volunt a pal ante.

Pachynus. Pachynus, ambigue. Ouidius quinto Metamor. Leua pachyne tibi lilybæo prura premuntur. Idem metamorph. xij. E quibus imbriferos, verſus Pachynus ad auſtros non deſunt tamen, qui ita legant: imbriferos eſt verſa pachynus ad Auſtros: priorem ego lectionem laudauerim.

Profectus. Profectus pro ambigue. Propertius. ij. Hæc tibi profecto ludebat Iaſone Varro. aliqui dicunt ibi legẽdum eſſe perfecto quod probamus: aliud addam exemplum Iuuena. Profectura domo ſicula non mitior aula. Stat. theb. xij. Huic ego te cõiux ad debita Regna profectum.

Profundo. Profundo, ambigue. Has poſtquam męſto profudit pectore voces. Sil. xi. Impia dementis vulgi & vox tota profundit.

Pugil. Pugil, bre. & long. Sidonius Sparta. Terapnea pugilem cum gymnade pinguem. Prudẽtius ſecundo, cõtra Sym Vnctis pugilibus piles pugnabat Ethruſcus. Sidonius tamen melius: quanquam a pugnis venit. & longatur: vnde etiam Iuuenalis inquit: Nec pugilares defert in balnea raucus.

Propino. Propino, longatur, & breuiatur. Martia: Cænat, propinat, poſcit, negat, innuit vna. Iuuenalis Saty. v. Hiſcere tanquam habeas tria nomina quando propinat.

Propello. Propello, pro, longatur & breuiatur Sil. v. Ocyus interea propelli ſigna videbat. Lucreti. vi. Quaſi prouehat atque propellat.

Procuro. Procuro, ſimiliter. Virg. xi. Procurare viri, & pugnam ſperare parati. Accius in Annali. Exercent epulis lęti famulosq; procurant. Pituita, pi l. & b. Catul. pri. Muccusq;, & mala pituita naſi. eſt autem carmen phal.

vbi

vbi pitu, trocheus eſt prima gaudens longa, Horati.
Saty.xij. Lenta foret pituita vides & pallidus omnis, **Pituita.**
quamuis aliquibus placeat: vt in Horat. fiat ſyneræſis:
vt pituita, ſit triſyllaba dictio tantum. Peplum, am
bigue. Virg. pri. Crinibus illiades paſſis peplumq́; fere- **Peplum.**
bant. Sidoni. poſt Chalybem pendente peplo tegit exti-
ma pepli. ſic Capella. vi. Aetheris aſtrifico lumina mul
ta peplo. Propago, ambigue. Virg. vobis Romana pro- **Propago.**
pago. Idem Georgico. ſecundo. S, t, o, melius propagi
ne vitis: ſed eſt propter differentiam, plura legito in
tertia Epogra. tamen propago verbum prima longa, &
breui inuenitur. Lucretius Nar. pri. Propagare genus,
poſſit vitamq́; tueri. Idem in eodem, Efficis vt cupide
generatim ſecla propagent. Pyrene, ambigue. Sil. xiiij.
Pyrene miſit populos, qui nomen ab anne. Tibullus pri
mo: Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella pyrene. **Pyrene.**

Pyreneus ambigue, Claudianus in ſtilla. Pyrenea **Pyreneus.**
tetigit lapidoſis frondibus ilex. Lucanus. iiij. Iamque py **Polipus.**
reneæ quas nunquam ſoluere tirant. Polipus, apud
græcos, breuiatur. Phocylides, μὴ δ' ὡσ πετροφυὲσ
πολὺ πονσ κατακωρονὰ μειβον: apud nos, longatur
duplicatione, l. Ouid. Vtq́; ſub æquoribus deprehen-
ſum pollypus hoſtem. Ei aduerte aliquando apud græ-
cos per, ευ ſcribi. & tunc pulypus longatur. Oppianus
primo. πουλύποδεσ σκόλιοι καὶ σκόρδιλοσ ἠ δαλίνοι. **Poples.**

Poples l & b Virgi. Et ſucciſo poplite gygem. Lu-
cretius. iiij. Brachia, palpebręq́; cadunt, poplitesque
cubanti. quod etiam adnotat Seruius nono cõmentario: **Policletes**

Polycletus in prima longatur, & breuiatur. Prudẽ
tius in Rom. Forceps myronis Polycleti malleus. eſt au
tem Iambicum in quo uis po, ſpondeus eſt. Iuuenal. ſat.
iiij. Hic aliqui præclarum euphranoris, ac polycleti. &

eſt propter l, in qua dictione modo ſimplex, modo duplex eſt. Polidamas, in prima l. & b. Perſianus. Ne mihi polidamas, & Troades labeonem quanquam pulydamas legunt alij. ſed omnino πολὺ apud græcos breuiatur. ſed forte, cum longa l, duplex ſit, cum breuis eſt l, ſimplici ſcribitur: vt in multis alijs videri eſt dictionibus. Quadrupes l. & b. Virg. Quadrupes, & frena iugo concordia ferre. Ennius. vij. Deniq; vi magna quadrupes equus, atque elephanti. Quotidie quo l. & b. Catul. Coniugis in culpa flagrabat quotidiana. & tunc duplici t, ſcribitur. Mart. x. Leuis Dropace tu quotidiano. Idem. xi. Cultus ſyndone tu quotidiano. vbi tu quo, in duobus exemplis trocheus eſt. ſic dixit Sido. Orpheum viſcere qui quotidiana. hanc dictionem per c, omnino ſcribendam vult Abſtemius. Reficio re, ambiguum habetur Ouid. Metamor. xiiij. Pugnantem domui victum, orantemq; refeci Lucre. Nar. pri. Reficit æterno deuictos vulnere amoris, & quando longatur, duplici f, quando breuiatur, ſimplici ſcribendum eſt. Repulit, ambigue. Ouid. in her. Quiq; feros repuli doctis medicatibus ignes. Luca. Repulit, a libycis immeſum ſyrtibus æquor. tamen quando longatur p, duplici ſcribimus. Reperit, ſimiliter. Auſon. At qui condiderat poſtquam non reperit Aurum Aptauit collo, quem reperit, laqueum. Retulit ſimiliter. Ouidi. Retulit & ferro rheſum, dolonaq; cæſos. Catul. Si reditum retuliſſet is aut in tempore primo. Reijcio apud aliquos ambigue ponitur. Et Sta. th. Tela manu reijcitq; canes. Idem in eodem prima vigil. arte lacon hos reciicit ictus. multa ſuper hoc verbo diſcuterem, ſed onus iniungo Domitio Quintio phœnici fratri meo: qui in ſuamet obaſi fideliter de hac re diſputauit. Refert in

Margin notes: polidamas · Quadrupes. · Quotidie. · Reficio. · Repulit. · Reperit. · Retulit. · Reijcio. · Refert.

in alia ſignificatione quam pro dicit, re l. & b. Iuuenalis. Quid fert quanta ſiccum iecur ardeat ira. Lucretius. Vſq; adeo magni referunt ſtudium, atq; voluptas. Similiter & in alio ſignificato l. & b. Seren. Sin etiam rutilus refertur pectore ſanguis. Virg. Et quę mane refert & quę ſurgentibus aſtris. Reduco, ambigue. Lucre. pri. Reducit venus, & reductam dædalla tellus. Horati. ſaty. xiiij. Palma negata macrum donata reducit opimum. Relatus. ſimiliter. Ouid. vlti. Metamor. Eſſe fidem digitis ad frontem ſæpe relatis. Idem Meta. ix. Thermodoontiaco relatus balteus auro. Lucret. ij. Hinc rurſum cœli relatum templa receptant. Terent. in phorm. quod ab iſto allatum eſt, at ſibi relatum putet, vbi (teſte Donato) ratione carminis l. debet geminari. Reduco. Relatus.

Retro re, l. & b. Ouid. Metamorpho. xx. Ne flectat retro ſua lumina donec auernas. Idem. Acta retronaris. Lucre. ij. ipſam ſeq; retro partem petere ora priorẽ. Retro.

Rubigo tu, l. & b. Horat. in ſer. Iuppiter vt pereat poſitum rubigine ferrum. Martia. ij. Veteris ore aliter nimiaq; rubigine captus. alij ceruicoſi dicunt, apud Martia. legi nimieq; erugine, aliud afferro. Ouid. Metamorpho. viij. ſcabriq; rubigine dentes. Prudentius in pſych. Condere vagina gladium ne tecta rubigo. an hoc Prudentij contra contumaces inſurgit? Rutilius, primam ambiguam habet Martia. Famæ rutilium ſuæ relinquas. eſt autem carmen phale. vbi poſt ſpondeum Dactilus eſt. Ouid. Faſt. vi. Hæc tibi prępoſito memorant dixiſſe rutili. Rhea in prima ambigue. Ouid. iiij. Faſ. Sępe rhea quæſta eſt. Truden. Et ſi rhea ſacram laſciui martis amore. tamen rectius breuiari affirmauerim. Rubigo. Rutilius. Rhea.

Reliquus re, ambigue, Perſc. Hæc reliqua accipito, licet illud, & vt volo tolle. Lucre. Nunquam reliquo, repara- Reliquus.

Recido. *reparari tempore poſſit. Recido ſimiliter. Lucre. Recidere inferiora magis quam tempora noſtra ſic & Proper. Reci dit inq; ſuos menſa ſupina pedes. Breuiatur: quia componitur ex, re, cado, cadis.* Rudo. *Rudo, lon. & bre. Perſi. Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. Ouidi. in Faſt. Intempeſtiuo cum rudit ille ſono. Idem: ſtridorq; rudentum.* Reſina. *Reſina. in prima ambigue. Martia. Reſinam Veneto nec reſecare luto. Iuue. Quid enim reſinata iuuentus. ſcio quid dicat Baptiſta Pius, non humani, ſed diuini particeps ingenij. & quòd apud Martia. Veterno reſinaq; pigriores, legat, remota. placent Pij verba de remota: quòd reſina ambigue minus poſſit poni, calculum non adiecerim. Non ne ſic in reſina prima, & ſecunda longantur, breuianturúe, ſicut in Temeto. Lector eruditiores conſulito, quid ſentiam dixi.* Scyros. *Scyros, ambigue. Ouidius: Ignara tetigi ſcyria membra manu. Sidon vel ſcyrias vacuaſſe colus, vel ſerica fila. ab Hermolao tamen corrigitur in hoc Sidonius: quem non dicit (vt de Cęcilio M. Tullius ad Atticum) latinitatis malum auctorem fuiſſe: ſed gręcas neſciſſe literas. Hermolaus nimis ſeuere arguit: quaſi ignoret y, apud græcos eſſe ancipitem quia apud poetas modo producatur, modo breuietur. in hac re tam Sidonio quam Hermolao adhæſerim: præſertim cum alibi, Sidonius produxerit,* Striges. *Striges, ambigue. Ouid. Faſt. vi. Sic fatus virgam, quam ſtriges pellere p. Senec. in Her. fu. Omenq; triſte reſonat immenſæ Strigis ſimiliter & Ouidi. amor. pri. Vulturis in ramis, & ſtrigis oua tulit: quem in Orpheos libris immitati ſumus.* Soſpitus. *Soſpitus, ſo ambigue videtur poni. Ouid. Meta. vij. herbis志 funereſt ſopire draconem. Idē in Hero. Purpureo iacuit ſemiſopita toro. Claud. Rap. vlt. Semper inciduos, in ſopi-*

ſopitosq; manere. Satricus,ſa,lon.& bre.Sil.ix.Satricus, eſſe manum,& Sidonia vulnera credens. Idem in eodem: Seruitium ſatricus mox inter prælia regi. Satricus

Supremus ambigue. Auguſtus: Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis. Ouid. in triſt. Nec mandata dabo, nec cum clamore ſupremo. Supremus *Strigilis ſtri, l.& b. Perſ. I Puer,& ſtrigiles Criſpini ad balnea defer, Iuuenal. Et ſonat vnctis Strigilibus: aliqui tamen (vt in.iij.epogra,diximus) aliter legunt. Sicheus, apud Virgi. ambiguam habet primam. Huic coniux ſycheus erat ditiſſimis agri. Idem: miſeri poſt fata ſychei.* Strigilis. Sicheus

Scamander ambigue ponitur: Catul. Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri. Interpres Strabonis. xiij. Fluxuus quod hic geminis ſcamander fontibus exit, & non mireris me interpretes allegare, quando non aliter, transferrent ac in auctoribus inuentum eſt, alias riſui haberentur. Scamider *Saducei,ſa, ambigue. Iuuencus.iij. Illa phariſæi,ſaducæiq; doloſi. Idem.iiij. Inde ſaducæique, tali cinxere latratu.* Saducæi. *Sicilia, ambigue. Ouid. in ſapph. Quid mihi cum Lesbo ſiculis eſſe volo. Virgi. tertio. Ore aretuſa tuo ſiculis confunditur vndis.* Sicilia. *Sicanus ſimiliter. Virgil. Sicano prętenta ſinu iacet inſula contra. Idē v. Fida reor fraterna erycis, portuſq; ſicanos.* Sicanus. *Stuprum, ſtu, long. & bre. Auſoni. Tres vno in lecto ſtuprum, duo perpetiuntur. Prudent. ij. contra ſym, Et ſtupra veſtra, Deę veneris prætexitis vmbram. ſic inuenies apud Senecam in octauia.* Stuprum. *Silenus, primam ambiguam habet. Virg. in buco. Quantum omnis mundus gaudet cantante ſileno. Ouidius Metamor.xi. At ſilenus ab eſt turbantem anniſq;, meroq;. tamen alij negant primum eſſe Maronis carmen, propter mutatam ſyllabam: ego vero poſſe eſſe cenſerem cum & multa a-* Silenus.

lia

lia ad libitum ponuntur, niſi græce ſcribiberetur σϕῖλϖ νοσ, & ει, in i, longũ vertitur itaque longato ſemper.

Sphæra. *Sphera, l. & b. Manil.i. Ingenti ſphæra totum præcingit olym. Pruden. in pſyc. Cuius ad arbitrium ſphæra mobilis, atque rotunda. in hoc Prudent. Paulum ſidei adhibeo propter deriuationem, quam ſi quis velit, aſpiciat Euſebium Pamphilium præparat. euange. ij. ſi placet, vt Prudentium admittas, habenas laxo.*

Stipẽdiũ. *Stipendium, apud catul. longatur, Indomito nec dira ferẽs ſtipendia tauro. apud Sidoni. breuiatur, Poſſit fœdere ſub ſtipendiali. eſt carmen phal. in quo ſubſti, trocheus eſt vltima gaudens breui. Non deſunt qui Sidoniũ impugnent quibus non aſtipulor. nam videtur ſeruaſſe naturam ſuæ primę poſitionis. nam ſtips ſtipis, ſti, breuiat a quo venit. Si Vlpiano credimus, lege: Agger eſt locus. digeſtis de verborum ſignificatione. Ouid. i. de põ. qui ſtipis ære negat. ſufficit lector vt ſcias quid ſentiã.*

Signum. *Signum l. & b. Ouid. Rexerit ĩs, qui ſit ſigno, non nomine dicam. Lucretius, Nil tamen eſſe ſigni mixtas potuiſſe creari. & hoc fit. quia n, litera ponitur vt liquida, ideo non mirum eſt ſi, Sigilum breuiatur, quia a ſigno quod primam naturaliter breuiat.*

Syrus. *Syrus, ambigue. Mart. Et nigri ſyra de fruti lagæna. vbi, gri, ſyra, Dactylus eſt Iunenal. ſaty ij. iampridem in tyberim ſyrus defluxit orontes.*

Simia. *Simia, apud Iuuena longatur Simia nec ſerpens vnus, nec culeus vnus, apud Sta. ſyl. vltima breuiatur. Infantem lingua ſimium ſalibusq; proteruum. Non deſunt qui nimium legunt. Contextus noſter habet ſimium quo velis lector currito tamen melius longandum videtur quia a ſimus ſima ſimum. At quando video græcos σίμον ſcribere. & quod iota apud eos dubia ſit litera, non poßum quin etiam poſſe breuiari in-*

ri indubitanter, aſſeueranterúe exiſtimem. Scrupulum ambigue. Martia. Flammiriјs ve togæ ſcrupula tota decem. Priſc. libro de ponderibus, ac menſuris, quod opus Rhemnio Fannio adſcribunt. Dramma vocant: ſcrupulum noſtri dixere priores: & nullo Pacto Priſciano adſcribendum eſt. Serus ra rum: in prima apud antiquos breuiatur. Cicero in Arato: Occidit andromedę clarum caput & ſera piſtrix, Virgilius, & recentiores longant vt: Et ſera ſub nocte rudentum. hoc & adnotat Lancilotus. Sera, pro hoſtiј claudendi inſtrumento, ab aliquibus ambigue ponitur. Ouidius: Mille domos clauſere ſeræ. Silius. xiiј. obnixi torquent obices munimina ſeræ, aliј legunt tamen, Munimina ſera. ſed in omnibus ſeræ, codicibus eſt. Smaragdus à Stat. theb. iј. breuiatur, Sudor vbi arcano florentes igne ſmaragdos. Mart. lon. Sardoniam ſmaragdum adamantas iaſpides. vno ſic enim legendum eſt non: ſmaragdos, vt habent, codices. niſi forte ſ, cum vocali antiquorum more elidatur. Tyrus, ab Ouidio Metamor. iiј. lon. A tyro hac profugos poſuiſtis ſede penates. à Virg. bre. no ante tyro deſpectus Hiarbas. ſed aduerte apud Ouidium poſſe legi: a tyro in hac profugos p, ſ, p, an audias lector nau ciſacio. Triplex ambigue. Virgi. x. Gens illi triplex populi ſub gente quaterni. Ouid. in triſt Cauſarumque triplex vaticinatur opus, Sic erit duplex. Temetum long. & bre. Horat. epiſto. iј. Pullos oua cadum temetri nempe modo iſto. Iuuena. ſaty. xv. De Corcyrrea temetum deduxerat vrna. Troia longatur latino more. Ouidius. Troia iacet certe Danais inuiſa puellis & hoc fit: quia i, litera inter duas, vocales fit duplex conſonans. more autem gręco breuiatur quia iota apud pelaſgos ſemper vocalis eſt. vnde ait Sene. in troa. Miſit eſt

Serus. Sera. Smaragd. Tyrus. Triplex. Temetum Troia.

infeſtos troiæ ruinis:in quo ſapphico, ſtos troi, dactylus eſt,latius poteris legere epo. prima. capit. xxxi. circa principium. Temulentus. *Tumulentus, ſimiliter (ſi Donato credimus) apud Terent temulenta,longatur,vt etiam diximus in tertia. Epogra.C. Rabirius breuiauit:vt ex Fulgentio nouimus: Abſtemium temulenta fugit mecœnia nomen. Inſurgunt quidam ſciolli apud Rabirium, meru rulenta,non temulenta,legendum eſſe vociferantes. taceant obſecro alíud afferam exemplum Cape. iiij.|Neque me conſpiceret ſomnificam,vel temulentam.eſt autem carmen quatuor ionicis a minore conſtans qui pes duabus primis breuibus & vltimis duabus longis gaudet.* Tynea. *Tynea ambigue.ſeren.Natura interno cum vicere tinea ſerpens. Auſon. Itineam, cariemq; pati te charta neceſſe eſt.* Thymum. *Thymum ambigue Virgil. redolentq; thymo fragrantia mella. Macr. Si deſit thymum pro thymo ponere thymbram.an claſſicus ſit auctor ma num non vorto:melius itaque elongato.* Thales. *Thales apud Iuuena.breuiatur:& Mitte Thaletis. apud Sidonium longatur. Quartus Anaxagoras, thaletica dogmata ſeruat.Idem, Thales hoc etiam numeris inquirit, & aſtris.quem approbo hoc ſolo motus: quòd ſi Hermolao diſplicuiſſet,ſuo more impugnaſſet.* Tiliæ. *Tilia, ambigue. Seren.Fraxinea in flammis quæ fundit tilia ſuccũ.Virgilius Georgicorum.ij. Nec tiliæ fragiles, nec torno raſile buxum.* Tethys. *Tethys, pro Oceani coniuge indifferẽter ponitur. Ouidius. v. Faſto. Tethyos has neptes, oceaniq; ſenis. Martialis.v.Cæſar & hinc triuiam proſpicis vnde tethym. Vrigilius in bucol. Quæ tentare Tethym.Claud.Reginam reſonant Othrys & oſſa tetym.* Tygris. *Tygris: ambigue.Senec. Violentus vnda tygris,aut rhenus ferox, eſt enim Iambicum: vbi da ty, ſpondeus eſt.*

eſt.Manil.iiij.Et tygris,& rubri radiantia litora pōti.

Tegmeſſa, in prima ambigue.Ouidius art. iij. Odimus, & mœſtas tegmeſſam diligit aiax. Horatius. ij. car.Forma captiuæ dominum tegmeſſæ. eſt carmen ſapph. vbi, num te trocheus eſt, vltima gaudens breui. Tegmeſſa

Vitrum,vi,long.& bre. Horatius ca.iij. O fons blā duſiæ ſplendidior vitro, eſt autem verſus aſclepia, vbi, or vitro.dactylus, vel creticus eſt Ouidius Metamor. xiij.Splendidior vitro, tenero laſciuior hædo. Vlulo prima ambigua inuenio.Ouid.xiij:Metamor.Tum quoque ſithonios vlulauit mœſta per agros.Bœthus.iiij.Flere,dum parat vlulat.vbi,vlulat,dactylus eſt, primam longam continens. quanquam alij anapæſtum in eo carmine admittunt, at cum cogito l, poſſe aliquando duplicem fieri, longandam aliquando dictionem autumo. Vitrum. Vlulo.

Vtroque non immerito bre.& long. quia naturaliter, vter,breuiatur Ouid.Metamor. v. Neſcit vtro ruat, & potius ruere ardet vtroque. Idem Meta.xi. Puppe ſecabatur,longeq; erat vtraque tellus,ſic erit vtrunq;, & ab vter venientia. Vatrax,ambigue apud Lucillium inuenio Saty.xxviij. Vt ſi progeniem antiquam, qua eſt maximus quintus vatrax qua vatricoſus, vatrax in quo carmine ſ,abiecta cum vocali,videbis abſq; dubio ambigue poni. Sic erit & vatricoſus. Veternū primam ambiguam habet.Virgilius in georg. Ne torpere graui ſineret ſua Regna ueterno. Martialis: Veterno, reſinaq; pigriores. vel (vt vult Pius meus)re mora. Non abſunt tamen,qui velint in eo carmine primum eſſe Iambum pedem: ita vt in veterno, etiā breuietur, vt apud Martialem ſed Iambo raro vtitur poeta: Quintianus propter hoc non fraudandus eſt, multa veſtigo, veſtigata propalo. curre lector,amoti ſunt carceres Vtroque. Vatrax. Vatricoſus Veternū

Vepres. ceres. *Vepres, longatur, & breuiatur. Lucretius quanto: Illorum ſpolijs vepres, volitantibus auctor. Horatius in ſaty. Corna vepres, & pruna ferunt.* Vomica. *Vomica, longatur, & breuiatur. Seren. Vomica qualis erit, vel eidem proxima quędam. Iuuena. ſaty. xiij. Et phtiſis & vomicæ putres, & dimidium erus.* Veſeuus. *Veſeuus, ambigue. Sil. vi. Monſtantur Veſeua iuga atque in vertice ſummo. Stat. Syl. quarto. Creſcit, & inſani ſolatur damna veſeui.* Vibro. *Vibro ambigue. Ouid. in priap. Quintia vibratas docta mouere nates. Stat. Thebai. v. Spuma virens ter lingua vibrat terna agmina adunci.* Vacillo. *Vacillo lõng. & bre. in prima. Ouidius: ſpes mea vacillat ſubtili pendula filo. Lucretius. i. Imbribus, aut tabe nimborum arbuſta vacillent. Idem. v. cum ventis vulſa vacillas. Et ſic in primis ambigua, quoad potui in vnum redacta, vt legeres curaui: nunc de medijs indifferentibus pertractabo ſyllabis.*

De ambiguis in medijs ſyllabis. Cap. 2.

ANtimachus ille thebanę hyſtoriæ, conditor, cũ quatuor & viginti volumina perſcripſiſſet: & ne quidem vnum duxiſſet thebas principem. habit us impendio loquacior eſt, velut nimis caſſa, reptiliaque ſuo operi inſeruiſſet: ſic & ipſe id expaueſcerem quòd fuſius procedam, quam ſit, aut omnium fuerit expectatio: niſi opus hoc tot aggerarem adnotamẽtis. Quapropter non ſum neſcius, mea qualiacunque ſcripta, ab aliquibus eſſe pertractanda, perlegendaq; quod ratus, vnum hoc tyrumculos admonere impingor, nè loquendo in fœdiſſimam barbariſmi concidant ſpurcitiem: cum itaque hoc tertio Capite de ambiguis in medijs agatur, ſyllabis: non te lateat, me apud claſſicos inueniſſe dictiones: quarum mediæ indifferentes, ſint carminis ita

ſuadente

ſuadente neceſſitate: quas tamē proferendas ita diſſuaderem exempli gracia: in arietibus quia in hac dictione natura omnes ſunt breues. Aliquando e, ante t, longari inuenies, nihilominus arietis, penultima longa nolim proferas. ſic aſſeueratus apud Auſonium e, ante r, breuiatur. Caueto tamen in aſſeuero, dum loquaris corripias. ſic creatura, Phaeacius in ſecunda quandoq; curtantur, non tamen creatus, phæacus ſecunda breui proferantur. Italia ab aliquibus in ſecunda longatur: non propter id italus eadē longa efferatur. Hoc ne neſcius eſſes, admonuiſſe volui, lege ergo. Abſtemius *ſte, l. & b.* Abſtemius *Ouid. vlti. Metamor. gaudetq; meris abſtemius vndis. ſic Lucil. vi. Lanificam dici ſiccam, atque abſtemiā, vbi audit C. Rabirius: vt ex Fulgentio nouimus: Abſtemiū temulenta fugit mecænia nomen, & non immerito, cum etiam temetum (vt vidimus) ſit indifferens.* Archimedes. *Archimedes, in ſecunda ambigua. Martia. Capel. Archimedea aſtrificante manu. breuiatur propter compoſitionem, & melius. nunc poetæ antiqui non occurrit exēplum, proferam noſtrum. Quicquid ſphæricus auxit Archimedes. eſt autem Phal. vbi, Archi, Trocheus, eſt, vltima conſtans, breui Argumentum. gu. long. & b. nā (vt diximus in. iiij. Epogra.) antiqui r, proferebant cū vocali ita, in hoc Magno celauerat argumento, legeretur argumento pentaſy. & eſſet Dactylus, ideo, gu, breuiatur propter regulam Priſciani: quam ibi adnotauimus. Ouid. autem v. triſt. omnino longauit: Sımque argumēti conditor ipſe tui. Hoc ſi lector bene trutineris non erit naucipenpendum.* Argumentum. *Adoris, ab ador, do b. & lon. Auſon. Moxq; ador, atque adoris de polline pultificum far. Vgannius. ij. Emicat in nubes nidoribus ardor adoris. Arietis, in penul. ambigue Virgi. ij. Labat* Adoris.

ariete crebro. Stat. ij. th. Apparet aut celſum crebris
arietibus vrbis, vbi tamẽ videri ectaſim eſſe in. ij. dixi
mus: vel eſt Lagarus verſus, ut in breui dicimus Arte,
Aegeonis *Aegæonis, in penultima long. & bre. Ouid. Metam.*
ij. Aeggona ſuis immania terge lacertis. Stat. in Ach.
Annibalis *Audierat duros laxantem Aegæona nexus. Anni-*
balis in penul. ambigue Iuuena. ſaty. vi. Tolle tuum,
præcor Annibalem, victumq; Syphacem. Longatur (vt
es Gellio nouimus lib. iiij. cap. vij.) ab Ennio hoc ver
ſu: Qui propter Annibalis copias conſiderant. eſt autẽ
tetrametrum carmẽ iambicum brachicatalecticũ: ubi
niba, iambus, eſt vltima gaudens longa. non autem ſpõ-
deus eſt: vt multi inſulſiſſime ſcribunt. & ſic Valerius
Probus hæc nomina barbara accentu tali proferebat.
Acriſius. *latius legito Aulum Gellium. Acriſius, cri, ambigue.*
Ouid. Metamorphoſ. xiij. Nam mihi Laertes pater eſt,
Acriſius illi. Idem Metamorph. iiij. Acriſius ſupereſt,
qui mœnibus arceat vrbis, ſed propter differentiam cre
diderim: vt quando eſt vlyſſis auus longetur: quãdo pa-
ter Danaes, breuietur, quanquam Aldus nititur apud
Ouidium legere lib. xiij. arceſius: eo quòd Homerus laer
te Patrem Arceſium nominat, & arceſiadem laertẽ.
Homerus vlti. Odiſ. λαέρτην γένος ἰαδην πατέρ' ἔυμε-
Allobrox. ναι αυτοῦ *. quod ſi ita eſt, ei fidem adhibuerim. Allo*
brox, in ſecunda ambigue. Iuuenal. Ruffum qui toties,
Ciceronem allobroga dixit. Horati. in Epo. Nouiſque
rebus infidelis Allobrox. eſt enim Iambicus Trimeter:
vbi, lobrox, Iambus eſt primam continens breuem.
Alterius. *Alterius, in penul. ambigue. Lucan. Harpen alterius*
monſtri iam cæde madentem. Terentianus: Secuplos vel
vna vincet alterius ſingulum. eſt autem verſus (teſte
Priſci.) Trochaicus, ſeptem conſtans pedibus cum ſyl-
laba

laba. Nam primus, ſecundus, quartus, quintus, ſeptimus, Trocheus eſt: tertius, & ſextus ſpondeus. lum. ſyllaba ſuperante. Idem: Nec alterius indigens opis veni. eſt autem carmen iambicum: in quo duo primi pedes, & omnes ſunt iambi: ideo teri, iambus eſt, vltima gaudens breui. Idem: Sub alterius conſonat vocabulo. eſt itidem Iamb. in quo, teri, iambus eſt. Amineus, in ſecunda & tertia ambigue. Auſon. Solus qui Chium miſcet & amineum, Seren. Succus aminea vitis cum pane medetur. Poſſes hic humaniſſime lector admirari: cur apud Virg. legendum eſſet: Sunt etiam Aminea vites. non autem Et aminea vites in. iij. dixerim epograp. cum ita poſſet legi. Nulla apud te ſit admiratio, quia apud Serenum contra naturam poſita eſt ſyllaba, quem breuiant Auſo. & Serenus lyricus: vt alias notauimus. Aſſeuero, in penult. lon. & b. Mart. viij. Poſt manes, tumulumq; perſeueret, eſt Pha. vbi, veret, Trocheus eſt primam longam continens, Auſon. Patribus ambiguos, & matribus aſseueratos, tamen ſemper elongato. Affatim, media ambigua. Prudẽt. Affatim plenis, quibus imbuatur. eſt Sapph. in quo primus Trocheus eſt pes, vltima conſtans breui. Arat. ij. Suppetit affatim exemplorum copia n, q, & ſeruauit originem. nam dicitur a copia fandi, ſi Pompeio credimus. Agragas, in media long. & bre. Priſcia. in perh. Hic ſalis Agragas miraculoſa poſſidet vnus. Virgi. iij. Arduus inde Agragas oſtentat mœnia longe. Aquitanus, in ſecunda lon. & bre. Auſoni: Inter aquitanas gentes, & nomen Iberum. Idem Interiusq; petunt aquitanica rura gebennæ. Aeneis, ambigue Statius theba. vlti. nec tu diuinam æneida tenta. Ouid. iij. pon. Aeneidos vati grande fuiſſet onus. & hoc fit: quia

Amineus. Aſſeuero. Affatim. Agragas. aquitanus Aeneis.

græci aliquando demunt ex diphtongo literam: quod la
Amphitrio *te alias diximus. Amphitrio, in ſecunda ambigue. Ouid. Meta. vi. Amphitryon, fuerit cum te tirynthia cepit. Plau. Pro patria amphitryo dum cernit cum hoſtibus. in quo carmine, amphi. ſpondeum eſſe inuenies.*
Axioma. *Axioma, longatur, quia græci ἀξίωμα, ſcribunt, et ω, longatur. Martianus capella breuiat lib. quarto: Aduenit & ſcol. cum præſtruit axioma: ideo non mirandum eſt, ſi aliquando apud Latinos græca mutatur ſyllaba.*
Academia *Academia, mi, ambigue: Cicero: In que Academa vmbrifera, nitidoq; lycio. Similiter Tullius laurea: vt ex Plinio habemus lib. xxx. Atq; academiæ celebratā nomine villam. Claud. In latium ſpretis, academia migrat athenis. Sido. Obruet & quanquam, totis academia: ſectis. Sulpitius (vt in. iij. retulimus) vult apud Lauream, ac Ciceronem a, ante c, longari, & a, ante d, mox e, ante m, breuiari. ideo ſi ita eſſet in duobus a, & e, ambigue reperiretur ſed decipitur. nam aca, omnino in ambobus a, breuis reperitur ſyllaba. Horat. Atque inter ſiluas academiæ dicere verum.*
Archita *Archita, chi ambiguum eſt. Horat. Menſorem cohibent, arco ita. eſt autem verſus heroicus tetrameter: vbi, chy, longatur. Sido. breuiat, dicens in fine hexametri, Euclides, archyta: zenon: totum carmen nunc non memini.*
Atalanta *Atlanta, apud Ouidium l. & b. in ſecunda. ait namque Metamorphoſe. x. Nil opus eſt atalanta tibi fuge coniugis, vſum. Idem Metamorphoſeos. viij. Venit atalante ſchœnei pulcherrima virgo.*
Barathrū. *Barathrum b, & l. Horat. in epiſto. Pernicies, & tēpeſtas, Barathrū macelli. Mart. iij. Quid cū fœmineo tibi Betice galle barathro. ſic erit balathro.*
Biſtonis. *Biſtonis, ſto l, & b, Virgil. in cir. Sæua velut gelidi ciconum biſtonis honores. Ouid. in her.*

in her. Et tuta a bello biſtonis ora fuit, ſic erit Biſtonius. Biſtonius.
Bathauus, in media l. & b. Iuuenal. ſaty. octaua: Bathauus
Hic petit euphratem iuuenis, domitiq; bathaui. Luca.
pri. Vagiones, bathauiq; truces quos ære recuruo, Be- Bebricis.
brycis mediam long. & bre. Sil. iij. poſſeſſis baccho ſæ-
ua bebrycis in aula. Vale. flac. ij. Bebrycis, & ſcitici
procul inclementia ſaxi. Butyrum, apud græcos, ty, Butyrum.
longat, quos immitatur Sidonius, dicens, infundens aci-
do comam butyro. Macer ille breuiauit: Cum butyro, mo
dicoq; oleo decocta tumorem. ego elongarem. vnus ta-
men qui vocabularium edidit cuius nomini parco, apud
Stat. reperiri carmen ſcribit: in quo breuiatur. cuius eſt
hemiſtichium: butyrumq; comedit, legi Statium, & vi-
di tale nunquam inueni carmen: niſi ille ſomniet, aut a-
lium habeat Statium, quem non habemus, niſi Serenũ
pro Statio dicere voluerit. Buſiris ſi, ambigue. Ouid. Buſiris.
Si te vidiſſet cultu buſiris in iſto. Sta. the. xij. Non: tru
cibus monſtris buſirim infandumq; dediſti. Cheli- Chelidrus
drus media ambigua. Sila. ix. Erexere omnes immania,
membra chelydri. Idem. viij. Et bellare manu, & chely
dris cantare ſoporem. Creatura, apud Sidonium lon. Creatura.
& bre. ſecundam: Quinta creaturas ſuperas ſubſtan-
tia prodar. Idem materiam cunctis creaturis aerea cre-
dens: quod factum eſſe per figuram aſſeuero: quia a crea
tum venit: in qua dictione naturaliter a, longatur. Cy- Cytherea.
therea, in ſecunda longa. & bre. Ouidius. Faſt. quarto
Mora Cytherea eſt leuiter mea tempora myrto. & non
immerito: quia cythera, vnde venit, longatur. Virgilius
x. Eſt p, i, q, n, ſunt alta cythera, Virgilius. primo. Par
ce metu cytherea, manent immota tuorum. Catylus Catylus.
ty, ambigue Virg. vij. Catylusq;, acerq; Corax Argi-
ua iuuentus. Horat. car. pri. Circa mite ſolum Tybu-

ri,& mœnia Catyli.eſt autem carmen Choriambicum vbi Catyli Dactylus eſt, vel Creticus. Cephea, media ambigua.nam breuiatur: quia omnia in eus diphton.nomina accuſatiuum reddũt in ea,& ea,breuiatur: ut Orphea,ſed aliquando longantur. Ruf.Feſt. Nec mea muſa ſenem tantum Cephea relinquet. Idem: Summa poli Cephea, reuolunt.& hoc ſit Priſcia. teſte: quia Dorici ex ει, diphton. i,adimunt vt ſæpe adnotauimus. Contudit mediam bre.& long.Virg. Proxima Lerneã ferro, & face contudit hydram.Ennius in Annal.(ſi Priſcia. credimus.)Contudit crudelis hyems. Cayphas media ambigua. Prudent.in dito, Cecidit domus alta Cayphæ.Sedulius.iiij.Continuo ad vaſtas Cayphæ deducitur ædes.quẽ in Tragœdia de Chriſto noſtra imitati ſumus. Cyane,mediam cõmunem habet.Ouidi.ij.põ. Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis. Idem Metamorpho.ix. Cognita Cyane præſtanti corpore Nympha,ſed eſt propter differentiam. & non deſunt aliqui legentes. Cognita cyanae: vt ſit quadriſyllaba dictio. Cipirus, in media ambigue,longatur autem:quia græce per diphton.κύπειρος. Macer breuiat.Cum trito vali dum cipiro ſi iungis acetum.ſuper hoc Macro. alias diximus. Chyragra, in media longatur,& breuiatur. Perſi. In venerem putris ſed tum lapidoſa chiragra. Martialis:ſed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt. Calabri, ambigue.Virgilius. Mantua me genuit Calabri rapuere, tenet nunc. Horatius epiſt.ij.Quid vici proſunt,aut horrea,quidúe Calabris. Chelidonia apud macrum illum, in ſecunda ſyllaba ambigue ponitur, in vno carmine, Indeq; nomen habet Chelidonia, nanque chelidon.nam dicitur ἀπὸ τοῦ χελιδόνος idcſt hirundine:quod inuenies apud Columellam: purpureæque chelidoniæ.

Marginalia: Cephea. Contudit. Cayphas. Cyane. Cipirus. Chiragra. Calabri. Chelidonia.

lidoniæ, non eſt vt cures: nam chaledonię legerem apud Priſcianum in perhi. inuenies, Atque chelidoniæ rupes in alia ſignificatione eſt: itaque lector aduertito: quia in uenies apud Serenum, Sæpe chelidoniam cum ſucuo l. a.

Cyaneæ, in ſecunda ambigue. Ouid. Tranſeat inſtabiles ſtrenua cyaneas. Iuuena. ſaty. xv. vel concurrentia ſaxa Cyanes, plenos & tempeſtatibus vtres. Prudentius, nam forte cyanea propter Stagna lapis. aliqui tamen legunt apud Iuuena. cyaneæ quadriſyl. cum idonea voce ad latinum venit, vt cyanea. Cybele, ambigue. Claud. in rap. Turrigeramq; petit cybelem ſinuoſa draconum. Columella. xi. Proſilit, & tali compellat voce cybelem. Connubium, ſecundam habet ambiguam. Ouid. in hero. At mea deſpecti fugiunt connubia thraces. Virgi. Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo. Cerebrum, in ſecunda ambigue. Seren. Aut miſtum rute cerebro ſtillatur acetum. Virg. v. Arduus effractoque illiſit in oſſa cerebro. Crepida, indifferenter ponitur. Horat. Chryſippus ſapiens dicat crepidas ſibi nunquam. Theocritus longauit, vt ſuperius poteſt videri in dictione crepida. Cuculus indifferenter ponitur. Martialis. Quamuis per plures cuculus cantauerit annos. Hora. ſat. vij. ceſſaſſet magna compellans voce cucullum. Chorea ambigue in penultima. Virgilius Pars pedibus ducunt choreas, & carmina dicunt: Ouid. Metamorpho. xiiij. Ad numerum motis pedibus duxere choreas. & (vt inquit Seruius) cum non longatur eſt contra naturam. Coralium, in ſecunda ambigue. Ouidius vltimo Metamor. Sic & coralium, quo primum contigit auras. Virgilius: Coralio fragili, & lacrymoſo mouit electro. Clau. Mergit ſe ſubito, velitque coralia clotho. Conopeum, in penult. ambigue

Cyaneæ. Cybele. Connubiū Cerebrum Crepida. Cuculus. Chorea. Coralium. Conopeū

Iuuena. Vt teſtudineo tibi lentule conopeo. Prop. iij. Fœdaq; carpeio conopea tendere ſaxo, ſic & Horat. in Epo. Sol. aſpicit conopeũ, vbi, peum, pyrrhichius eſt. Demo-
Democri. *critus l. & b. Sidon quicquid Pythagoras, Democritus,*
Darius. *Heraclitus. Mart. Democritos, Zenonas, inexplicitosq; platonas. Darius, media ambigua. Ouid. Vtq; necatorũ darij fraude ſecundi, quẽ imitatur Claudia. Dariũ proriꝫ manibus u, ſ, Sido. Et primũ darij tumultuantes, eſt carmen phal. in quo, num dari, Dactylus eſt. Sidonio in hoc habendam fidem aſſero: hoc motus: ſi erraſſet: ab Hermolao impugnatus eſſet & forte Sidonius ſciuit regulam: quia aliquando* ει, *in i, vertitur: vt apud Lucr.* δουρεια δούρια, δάρειος. *ſuper hac re alias diximus.*

Dauidis. *Dauidis, mediam ambiguam habet. Sedu. Cur ego dauidicis aſſuetas cantibus odas. Iuuena. Edidit hic,*
Diſciplina *Martiani Dauidis origine Ioſeph. Diſciplina ſci, lon. & bre. Virg. Hinc etiam placidis ſcola conſona diſciplinis. eſt autem verſus ſpondaicus. Bibaculus. Miratur quibus ille diſciplinis. eſt enim phal. in quo diſci trocheus eſt. Similiter Capella. Et diſciplinas adnotabunt ſobrias. eſt autem iamb. vbi, ſcipli, eſt iambus prima*
Denarius. *gaudens breui. Denarius na, long. & bre. Mart. Hãc volo quam redimit totam denarius alter. Idem, Denariꝫ tamen hanc non amo baſſe tribus. aduerte in hoc, me pęnitus nolle fidem obſtringere: quia duo. ij. in vnum poſſunt cogi & quoniam aliqui ſic poſuere ne, deficerem ſic poſuiſſe volui, tamen apud Probum indubitan-*
Doryclus. *ter breuiatur. Dilige denarium ſ, p, d, f. Doryclus, ambigue Virg. Eſt dorycli coniux diuini ſigna decoris. Idem F. t. Longeua dorycli. non mireris lector: quòd ſæpius ob mutam, & liquidam ancipites dictio-*
Dolopes. *nes, quando id ad bonam perducet frugem. Dolopes lo, longa-*

longatur & breuiatur:Vir. Myrmidonum, dolopumúe aut duri miles vlyſſi. Sil. v. Telum ingẽs perq; arma vi ri, perq; arma dolopis. ſed propter diſcretionem crediderim. Decoris, a decus neutri generis, breuiatur. Vir. ęnei. v: oblitus decoriſq; ſui ſociumq; ſalutis, ſic decorus ra, rum, & decoro ras. Stat. Terrarũ decora alta viri, decoriq; iugales. Horat. at bene nummatum decorat ſua dela, venusq;. ab eo quod eſt decus, fit hic & hæc decor & etiam breuiatur. Virgi. xi. Non tamen indecorem tua Te regina reliquit. Idem. xij. Nec genus indecores ſine m, b, h, m, f. ſic ſimplex decor breuiatur. Næuius in bello punico, Magnamq; domum decoremq; ditem duxerant. vbi co, breuis eſt & nõ credas ibi decorem, eſſe maſculini generis, ſed eſt ab hic, & hæc decor: immo etiam & hoc decor: vt ſit omnis generis, inuenies. Saluſ. armis decoribus cultus. Decoris, ab hic decor maſculini tantum, generis, longatur ſemper. Virgilius, diuini ſigna decoris ab hoc etiam decorus, & decoro verbum, breuiat co. Horatius in ſer. vt ſæpe decora. Molli fulta pede. Super hoc nec grammaticus tacuit Palæmõ modo auctorem non mentiatur opus. Eodem, in media ambigue. Lucillius. xx. Tempeſtate ſua atque eodem vno tempore, & hora. ſic & Virgilius in Buco. Vno eodemq; igni ſic noſtro daphnis amore aliqui tamẽ fieri per ſinereſim volunt. Stat. theb. ſeptimo Fata trahunt animas: & eodem pollice damnant. Eadem in ablatiuo, ambigue. Ouid. Metamor. iij. At non duritia iaculum quoque vicit eadem. Calpur. æglo. iiij. Rupe ſub hac eadem, quam proxima pinus obumbrat. aliqui tamen volunt fieri ea figura, quam in ſuperiori diximus dictione. Et aduertas, ſi in alio eſſet caſu: ſemper breuiari. Euripides: in ſecunda, & tertia ambigue.

Decoris. Decorus. Decoro. Decoris. Decorus. Decoro. Eodem. Eadem. Euripides

Sidon.Orcheſtram quatit alter Euripides. Item: Ceſiſ-ſent ſophocles: & Euripides, ſic Angel.Politianns nullius expers ſyllabæ, Lucreti. fuit hoc & Euripides .Ibi autem ſunt phal. verſus: vbi, ri. breuiatur, & pi, longatur.Terętianus? Fabula ſic euripidis inclyta mõſtrat oreſtes.ecce hic ri, longari & pi, corripi.

Erithreus. *Eritbreus, ſecundam habet communem. Clau. Qualis erythreos, intextus nebrida gemmis. Sido. Baſſaris, & maculis, erythreæ nebridos horrens.*

Euxinus. *Euxinus, ambigue. Ouid. in triſt. Frigida nec cobibent euxini littora ponti. Priſci. in perh. Poſt hos cercetij iuxta quos Euxinus altis. in aliquibus tamen codicibus eſt, axenus.*

Eryphile. *Eryphile, penul. ambigu. a Iuuena. ſaty. vi. Occurrẽt multæ tibi belides, atque eryphilæ. Tibul. ij. Eryphile phœbo grataq; quod meruit. ſed propter differentiam eſt. alij tamen legunt, herophyle, aqud Tibullum.*

Execror. *Execror, in media l. & b. Ouidi. Metamor. xiij. Dure philoctete licet exerere meumq; . Horatius in Epo. Eamus omnes execrata ciuitas. in quo verſu, ecra, iambus eſt, prima conſtans breui.*

Edonis. *Edonis do, anceps. Propert. Non minus aſſiduis edonis feſta choreis. Lucan. Edonis ogygio, decurrit plena lyeo: quem corrigit Seruius. quod ſi quęris, latius. iiij. Epogra. cap. v. in o, ante n, legito.*

Ficedula. *Ficedula, in ſecunda communis. Iuuena. Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Martia. xij. Cærea quę patulo lucet ficedula lumbo.*

Fortuitus. *Fortuitus, in penul. ambigue. Stat. theb. xij. Aequa & fortuitu ductæ quarum aggere pinnæ. Manil. i. Nam neque fortuitos ortus ſurgentibus aſtris. Horat. Nec fortuitum quęrere ceſpitẽ vbi poſt ſpondeum iambus eſt, vltimam habens longam quanquam aliqui volunt apud Sta. & Manil. fieri, vt, tui, ſit ſola ſyllaba: quibus non aſtipulor. nam (vt ait*

Serui.

Serui.vi. commentario) venit a fortuna,& eundo. Seruium aſpice ſuper eo carmine: Itur in antiquam ſylua ſtabula alta ferarum. ſic ſoleo te lector admonere, ne me fingere tibi perſuadeas. nam in quacunque re literaria auctores me adducere, qui me audiunt, experiuntur, quos velut anchoras ſemper attractem. Getulus in ſecunda Ambigue. Virgi. aut captam ducat getulus hiarbas, Ouid. vinctam Getulo me tradere hiarbæ: ſed ſuperius diximus late, vbi de ambiguis in prima ſyllaba. Gerionis, in ſecunda & tertia ambigue. Virg. Geryone, extincto tyrinthius attigit arua. Clau. in ruf. Hoc neq; geryon triplex, nec turbidus orci. Lucr. v. Quidúe tricorpora ter gemini vis geryone. Galilæa, media ancipiti. Iuuenc. ij. Inde galilæam reperit ſaluator Ieſus. Idem. iij. Talia dicta dedit, galilæaque rura reliquit. ſic poſuimus in tragœdia de paſſione Domini. Hydropicus, dro, anceps. Hora. in epiſt. vi. Si noles ſanus cures hydropicus & ni. & merito quia græci per ω, ſcribũt Macer ille breuiauit: Hydropicis ſic humores deſiccat aquos. an claſſicus, an proletarius ſit vilipendo.

Getulus. Geryonis. Galilæa. Hydropicus.

Helias, in media anceps eſt: Sidoni. Quodq; etiam Heliam terris miſſurre ſecundum. Auſoni. Helias & ſolido cum corpore præuius enoch. ſi potes lector in his nominibus barbaris i, breuiato. Heroicus, ro, ambigue. Virgi. carmina calliope libris heroica mandat. ſic Terentianus, Leges quippe datas heroica carmina poſcunt. Ouidius in faſt. Ponderis heroici res erat iſta pedis. Herous, ſimiliter. Terentianus, Partes heroi du pliciter recipit. Idem. Quis acta homerus heroum cũ ſcriberet, eſt enim Iamb. ſenarius, in quo, roum, Iambus eſt. ſic alio in loco poſuit. Ilithya in ſecunda ambigue ponitur. Virgi. in ciri: Perfer ſæua precor per numina

Helias. Heroicus. Herous. Ilithya.

mina ſacra Ilithyæ. Horatius in car. Lenis ilithya tuere matres: eſt enim carmen ſapph. Trocheo ſpondeo: Dactylo & duobus Trocheis conſtans, in quibus aduerte, ilithiam, quadriſyllabam eſſe dictionem quam apud. Ouidium quinque ſyllabarum volunt eſſe aliqui in .ix. Metamorpho. Præpoſitam timidis parietibus ilithyam in quo carmine dactylum in quinto faciunt, & tunc ibi ſecunda breuiatur: nam & græci ſcribunt ἰλίθυα. Ilio-

Ilionea. nea e, cōmunē habet: quia videtur ut retuli in dictione cephea. vltima breuiatur accuſatiui, in ea, a nominibus in eus, diphtong. longauit Virg. Ilionea petit dextra leuaq; cloantū.

Iſrael. Iſrael, aliqui volūt ra, eſſe ancipitē. Prudent. Pſych. Iſrael rabiem pōti poſt terga minacis. Sidoni. Iſrael appenſi per concaua gurgitis iret. Idem Iſrael, aut ſamuel crinitus diceret annæ. tamen lector, ſi mihi audieris, in vtroq; ſpondeum feceris vt ae, ſit tantum vna ſyllaba. ſuper hac re in quinta Epog. Cap. ix. vbi de l, in vltimis mentionem fecimus.

Integra. Integra, ambigue. Seren. Fertur, & integros illinc auertere ſenſus. Virgil. Georgi. iiij. Integrat & mæſtis late loca queſtibus implet.

Ioſeph. Ioſeph o, communem habet. Iuuen. iiij. Hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph. Arat. pri. Conſtituere duos Ioſeph cognomine iuſtum: libentiſſime enim ſoleo ſacra paginæ immiſcere nomina: nō vt pœnitus eorum opinionem approbem: ſed vt me circa ſyllabas ellaboraſſe, vel inuidus fateatur:

Italia. Italia, ſecunda ambigua. Virgilius Itali ā fato profugus lauinia venit. Manil. iiij. Gallia protenſis Italia maxima bellis.

Imbecillis Imbecillis, ſecunda communi. Horat. Saty. xvij. Imbecillis iners ſi quid vis adde propino. Prudent. in periſteph. Quem lex corporis imbecilla poſcit. eſt autē carmen phal. vbi imbe, trocheus eſt, vltimam continēs bre-

ucm

uem. Lucretius etiā longauit pri. Adde quòd imbecilla nimis primordia fingit: vnde an teneam Prudentium hallucinor: aliquando errori obnoxium & in infantiſſimis ſupra oſtendimus: tamen ſi iambos, eiuſq; carmina inſpicias, potius inter ſecundos quā inter tertios collocaueris. de iſto lege diuum Hyeronimum de viris illuſtribus: in hoc (meo iudicio fidem adhibueris. Illius, mediam long. & bre. Ouidius, Perdidit illius temporis aura fidem. Virg. Nanq; erit ille mihi ſemper deus illius aram. ſic erit in ipſius, iſtius in ſecunda epogra. legito: vbi de genitiuis in ius, fit mentio. Ludibrium di bre. & long. Sil. vi. Ludibrium necis horreſcens vis aſpera ponti. Virg. vi. Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Lugubris, gu l. & b. Sil. xvij. Lugubre increpitans late circumuolat ardor. Horat. car. pri. Tam chari capitis prȩcipe lugubres: vbi, lugubres, pro dactylo ponitur: vel ſit creticus pes. Liquefacio, in ſecunda ambigue. Ouid. Metamorpho. xiiij. Luctibus extremum tenues liquefacta medullas. Idem Metamorpho. vij. Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum, cur hoc ſit in dictione, tepefacio, inferius videbimus. Mamurius, mu, lo. & b. Ouidi. faſt. iiij. At tibi Mamuri forma cælator abenæ. Idem mamuriumq; vocat. Matricida, tri, anceps eſt. breuiatur propter cōpoſitionem: & exemplum in parricida dabimus. Auſo. longauit: Matricida nero. ſic Sidoni Matricida pius ſed ne ſpreuiſſe dolorem. Malea, media communi. Stat. thebai. vij. Deſtinat, & rauce circunſonat ira maleæ. Virg. v. Ionioq; mari maleȩq; ſequacibus vndis: quem alibi immitatur Statius. Arripit ex templo maleæ de valle reſurgens. Mathebs, in media ambigue. Sidon. Percurrit matheſim numeris, interrogat vmbras,

Illius. Iſtius. Ipſius. Ludibriū. Lugubris. Liquefacio. Mamuri⁹. Matricida. Malea. Mathebs.

bras. Prudentius. ij. contra Sym. Nec perſcripto aliquo pellit ſua vota matheſis. Idem in eodem: trahit, in
Macedo. *voluitq; matheſim. Macedo, ce l. & b. Ouidius: Metamorphoſe. xij. Qui clypeo, gladioq;, macedoniaque, ſariſſa. Luca. v. Cum tibi ſacrato macedo ſeruetur in antro. & quod maius eſt aratus in macedo omnino ce, produxit, dicens, vir quippe macedo. ex hoc vnus ait græcos, quandoque ε, in η, mutare: vnde Geminium in epigram. inducit, dicentem:* ἐργα μακηδονιον ἔγχεσικ
Multiplex κλιμέγα: *quod ita Ouidius. protulit. ſic erit multiplex*
Numicius *propter mutam, & liquidam. exempla habes in epogra. ij. cap. xxiij. vbi de i, in compoſitis fit mentio.*

Numicius mi, l. & b. Virg. vij. Tyrrhenum ad tybrim & fontis vada ſacra numici. Horatius in epiſtola Brundiſium numici melior via ducit, an api, & dicitur
Neriene. *etiam numicus. Neriene, in tertia longatur teſte Gellio Licinum inducente tamen qui breuiauit: Nolo ego negram reuocent. ſed nerien. ſimiliter apud Enniũ breuiari dixit in iſto: Nerienem mauortis & hercle. Gel-*
Nabathe. *lium latius legito. libro. xiij. cap. xxi. Nabatheus, ba, anceps eſt. Ouid. pri. Metamor. Eurus ad auroram, nabahteaq; regna receſſit. Sido. Texta nabatheum pro, remo ſulcat idaſpem. & credas aliqua ratione poſuiſſe,*
Nereides. *Sidonium, cum alibi corripiat. Nereides in ſecunda anceps. Ouid. Meta. xiij. Diſcedunt, placidiſq; natant nereides vndis. Mart. pri. Luſit nereidum placidus chorus æquore toto. Stat. Fluctibus inuiſis iam nereis imperat belle. at alij his fidem non adhibent exemplis. aliud afferam. in quo: niſi re, omnino breuietur, verſus claudicaret: Nympharũ pariter, nereidumq; domus.*
Orionis. *hoc eſt ex lib. iiij. Marti. Orionis in ſeconda, & tertia ambigue. Claud. Debilis orionis dextram miratur inermen.*

inermen. Ouid. Metamor. xiij. At helicen iubeo, nitidumq; orionis enſem. Luca. ix. Teſte tulit cœlo victi decus orionis. Orichalcum, in ſecunda ambigue. Hora. ia ar. poe. Tibia non vt nunc orichalco iuncta, tubæque. apud græcos ſic ſcribitur : ὀρείχαλκον & inuenies ſecunda longa apud Callimachum, quem imitatur Politian. dicens ſe vel orichalco magna hæc dea, vel ſimeontis. Phæacius, in ſecunda ambigue. Iuuenal. Qualia perpetuus Phęacum autumnus habebat. Propertius. iij. Nec mea Phæacias æquant pomaria ſyluas. tamen aliqui habent codices : Phæacas : boni Phęacias te ipſum lector conſule. Parrycida, ri ambigue breuiatur. ob compoſitionem. Horat. od. iij. Telegoni iuga parrycidę. eſt autem verſus pindaricus, duobus dactylis, duobusq; throcheis conſtans. Auſon. Et parricidę regna adimit didio. Peregrinus, ſecundam communem habet. Ouidius in her. Quiſquis ad hæc vertit peregrinam litora pupim. Manil. pri. Orbe peregrino cælum depingitur aſtris. Pherecius, in ſecunda l. & breui. Ouid. in her. Puppe pherecleа per freta longa via. Pindarus Auſoni. in perioch. Meriones phereclum vibrata percutit haſta. Pharaon, ſecundam lon. & b. Arat. xxi. Sumpſerit hoſte caret nec iam ſua iura pharaon. Prudent. in amart. Aſediſſe focis poſitos pharaonis iniqui. Quem nos immitati ſumus in Theonabaſi. i. in Chriſti aſcenſione. Seiunctis forti virga, & pharaone profundo. Promontorium, in tertia, ambigue. Ouid. Metamorphoſe. xv. Inde legit caprias promontoriumque Mineruæ. longum inuenies apud claſſicos : tamen, quia exemplum in promptu non eſt, meum afferam : Imponunt ſiculæ tria promontoria terræ. Podagra, in media ambigue. Ouidius Tollere nodoſam neſcit medicina

Orichalc. Phæacius. Parricyda Peregrinus. Pherecius Pharaon. Promontorium. Podagra.

na podagram. Martial. Litigat, & podagra diodorus,
Præputiū. *flacce laborat. Præputium, duo inter Syllabographos eruditi in ſecunda ambiguum ſcribunt. Iunenalis Impatienſq; moræ pauet, & præputia ducit. Illi adducunt exemplum vnius cuius nomen meis non inſeram papyris. Ille quicunque ſit ait: Nato præputium mox, aufert ſephora dictus. in hoc fidem non obſtrinxerim, meam, vis vt paucis abſoluam: nũquam breuiato alio-*
Parnaſus *qui erit error indeprecabilis. Parnaſius, na b, & l. Martianus Capel. Conſcia parnaſio cui fulgent ſidera cætu. Virg. pri. Georgi. Vt ceraſis vlmiſque etiam parnaſia laurus. & hoc fit aliquando (vt diximus) cum vnam demimus literam ſimilem: vt in cybelle cybelle, ſic in parnaſius parnaſius: quia ſecundum aliquos ſcribitur parnaſſus. alij negant duplici ſ, ſcribi. vnuſquiſque ſuam ſequetur ſententiam id reſtat: vt Parnaſius*
Patroclus *ambigue inueniri ſcias. Patroclus, apud Homerum, breuiatur, ſi Vrbano belunenſi credimus πάτροκλέμο ιδειλῶ πλεῖσον κεχαρισμένε θυμῶ longatur, apud Sta. in achil. Patroclus, tantiſq; exſtenditur æmulus armis.*
Porſena. *Proſena in ſecunda anceps. Martia. Hanc ſpectare manum porſena non potuit. Sil. viij. Cernitur effigies ardentem porſena dextrã. Claudianus. Et pænæ mulctata genus proſenna reducat. Virgilius. vi. Nec non tarquinium eiectum porſenna iubebat, & tunt duplici n,*
Phœniceus *ſcribitur. quod etiam retulit Seruius. Phœnicæus, ſecundam habere poteſt longam, cum phœnices phœnicis, in ſecunda longetur. Lucan. iiij. Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi. apud Ouidium vero breuiatur a-*
Pharſalia. *mor. iij. Saga ve phœnicea defixit nomina cera. Pharſalia, ſecundam ambiguam habet Catul. Pharſaliam coeunt, pharſalia tecta frequentant, in vno ſolo verſu.*

alij

alij volunt legendum eſſe, & pharſala tecta frequentāt taceant queſo, donec aliud exemplum afferam Ouidi. Metamorphoſe. vlt. Victa petent mutinæ, pharſalia ſentiet illum. Platea in media ambigue. Horatius epiſto ij. Plures ſunt plateę nihil vt medicantibus obſtet. Auſon. Vt mediam facias nauali ponte plateam. & naturaliter longatur, Donato teſte, ſuper illo Terentij: in hac platea dicunt habitaſſe chryſidem hoc innuit, dicēs græcos πλατιαν *ſcribere. Phariſæus, in ſecunda anceps. Sedul. iij. Poſt dominus phariſæa petens conuiuia cæna. Iuuenc. iiij. Illa phariſæi, ſaducæiq; doloſi. Phroneſis, ambigue. Iuuenalis: Cum furor, aut dubius cum ſit manifeſta phroneſis. Seren. ex vitio capitis phroneſis, furioſa mouetur, Anticlaudi. iiij. Altius inquirit Phroneſis, ſenſusq; profundo. Pachynus, chy, long. & bre. Ouidio. v. Metamorphoſe. Leua pachyne tibi lilybeo crura premuntur. Priſcia. in perih. Procurrens, pachyno longe, clauſtriq; pelori. Phalecus in media ambigue. Auſou. Iſtos compoſuit phalecus olim: vbi, lecus, trocheus eſt, prima gaudens longa, clauſtriq; pelori.*

Platea. Phariſeus Phroneſis. Pachynus Phalecus.

Phalecus in media ambigue Auſo. Iſtos compoſuit phalecus, olym: vbi, lecus, trocheus eſt prima gaudens l. Terentianus: Qui nomē quoq; phaleco dederunt. Idē: Coniungit ſibi phalecos trocheos. Pleureſis in media ambigue. Macer: Coſtarum quàm pleureſim vocat attica lingua. Pruden. in Rom. Mucrone quanto dira pulſat pleureſis. eſt carmen iamb. vbi, reſis, iambus, vel pyrrichius eſt, prima gaudentes breui. Polymnia, ly, longat Heſiodus in theogonia: τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανία τε. *i. Terpſicoreq; eratoq;, polimniaq;, vranieq; componitur autem* ἀπὸ πολυς, & μνεία: *quæ à Theodoro gaza per* ει, *ſcribitur. quanquam heſiodus*

Pleureſis. Polymnia

ſiodus ι, remouerit. Horat. vero ly, breuiat diuiſa diphtongo Euterpe, cohibet, nec polymneia. quod carmen recipit ſpondeum, dactylum cũ vna ſyllaba, mox duos dactylos: nec ibi, ly, breuiatur propter m, & n, vt male: Lexici gręci ſcribit auctor ſed quia finis pracedctis dictionis naturaliter corripitur, alij apud Horatiũ legunt polyhymnia, a cantu dicta: vt apud Ouidium. v. faſtorum. Diſſenſere deæ, quarum polyhymnia cæpit. ſic & nos ij: Orpheos: Rhetoricos experta micans polymnia, geſtus in quibus omnibus poſſes legere polymneia diph. diuiſa ſuper his hactenus.

Quotidie. *Quotidie, in ſecũda ambigue Mar. x. Leuis dropace tu quotidiano. Idem: xi. Gultus ſyndone tu quotidiana. ſunt autem pha. verſus in quibus, tidi trocheus eſt primam habens longà. Cat. Coniugis in culpa flagrabat quotidiana & (vt retuli.) per c, non per q, ſcribi admonet abſtemius:*

Rutilius. *Rutilius, ſecundam l, & b. Ouid. faſt. vi. Hæc tibi præpoſito memorant dixiſſe retulit. Mart. Famę rutilium ſuæ relinquas.*

Redimitus *Redimitus di, bre. & long. Virgi. Copa ſyriſca caput graia redimita mitella. Prudent. in Pſych. Ipſa redimitos olea frondente capillos. vnde eſt, quòd ſæpius diximus, nihil eſſe medijs incertius ſyllabis, ſi poteris tamen breuiare lector, laudauerim.*

Reſina. *Reſina: ſi l. & b. Mart. Reſina veneto nec reſecare luto. Iuuen. quid enim reſinata iuuentus. de qua dictione ſuperius legito de ambiguis in prima.*

Romphea. *Romphæa, l. & b. longatur quia per diphton. ſcribitur apud græcos, & nos, breuiauit Val. fla. argo. v. Aequaque nec ferro breuior nec romphæa ligno.*

Reliquus. *Reliquus li, ambigue. Perſ. Hęc reliqua accipito licet illud, & vt volo tolle. Lucr. Nunquam reliquo reparari tempore poſſit. Idem: Reliquas tamen eſſe vias in mente patentis. quare hoc fiat*

primam

primam epogr.legito, vbi de q, litera diximus. Sophocles,pho,long.& bre.Iuuen. Grande ſophocleo carmen bacchamur hiatu. Sidon. Ceſſiſſent ſophocles, & euripides.eſt enim verſus in quo ent ſopho,dactylus eſt. Sophocles

Spectaculum,aliqui in ſecunda ambiguũ dicunt.Virgilius Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane. Prcper.iiij.ſpectaculũ capta nec minus vrbe fuit ſed (meo indicio) figura fiet: vt legas, ſpectaculum,triſyllabum Spectaculum.

Sardinia. longa. & bre. di. Pruden. Iamque remi populos quernas ſardinia glandes. Priſc.in perich.Sardiniæ poſtquam pelago circumflua tellus. Mart. pri. Venerit in medio tybure ſardinia eſt. Saſonis, in media ambigue.Sil.vij. Hadriaci fugite in fauſtas ſaſonis harenas.Claud.Quicquid auo ſenior mauro,vel ſaſone victus: niſi ſit propter nominis diſcretionem.tamẽ adnotaſſe libuit. Sappirus,phi,l.& br.Pruden.Hinc tibi ſapphirũ ſocciauerit inde beryllum. Sido.Vernans herbula crucira ſapphiratos, nam ſapphi,trocheus eſt. Sardinia. Saſonis. Saphirus.

Syphacis.pha, anceps.Iuuena.Tolle tuũ precor Annibalem, victumq; ſyphacem.Claudi.Glic.Mart.Cõpulimus durum ſyphacem,tactumq; Metello. Syracuſæ cu,videtur ambigue poni Manil.v.Roma ſyracuſas,ſalamis nõ merget athenas.Virg. Prima ſiracuſio digna ta eſt ludere verſu alij legunt ſyragoſio, eo quòd ex ov, diphton.v trahitur:& o remanet:quod placet. nam & inuenies ννσο ννσοσ. Sicanus ca,long.& bre.Virg. v. Fida reor fraterna erycis, portusq; ſicano.Sil.xiiij. Sidera elyſeis, aderit gens ſicana votis. Socrates,& ſocraticus, cra breue & long. Iuuenal.Inter ſocraticos notiſſima foſſa cynedos. Sido. Quos atomos vocat ipſe leuis ſocratica poſt hunc. quẽ niſi merito dixiſſet,impugnaſſet Hermolaus.præterea in illis fragmẽtis,quæ falſo Syphacis. Syracuſæ. Sicanus. Socrates. Socraticus

aſſignantur Gallo, tale carmen eſt. Socratem palmam pro meruiſſe ferunt. vnde audio nonnullos, nec a re literaria excuriandos, proferentes Socratem media longa: cur & quare id faciant, ipſi viderint.

Scatinia. *Scatinia, in ſecunda. ambigue. Iuuenal. Ante omnes debet ſcatinia reſpice primum. Auſon. Scatiniam metuit, nō metuit titiam.*

Seruilius. *Seruilius, vi, anceps. Ennius annal. vij. Hunc inter pugnas compellat Seruilius ſic. Sil. punicorum. v. aderit ſeruilius armis.*

Sidonius. *Sidonius, do. long. & breue. Ouidius primo. Pon. Liquit agenorides ſidonia mœnia Cadmus. Virgilius. iiij. Sydoniam picto clamydem circundata limbo. Idem auctor etiam longauit quare id fiat legito Aldum in tabula Ouid. Metamor. qui fieri ratione græca demonſtrat.*

Serapis. *Serapis, in media ambigue. Martial. Vincebant nec, quæ turba ſerapin amat. Idem: Iſæum ſærapin, nilus veneratur Oſirim. ſic Prudentius. ij. contra ſymac. Aliaq; in ſerapin, cęli ſuper aſtra locare. Idem in eodem Iſis enim & ſerapis & grandi ſimia cauda: ſic poſuit Martianus Capella. ij. Te ſerapin nilus memphis: veneratur oſirim.*

Smaragdinus. *Smaragdinus, in penultima ambigue Prudent. in pſych. Has inter ſpecies ſmaragdina gramine verno. Valfred. in poet. Luce ſmaragdina, vel ſiueris inſtar ocelli. in hoc eruditorum ſit iudicium, quiſq; ſuam teneat ſententiam, breuiarem ſatius.*

Sambuca. *Sambuca: in media longatur. Perſius, Sambucam potius caloni aptaueris alto. Gildas vero Poeta non indoctus, remouit m, dicēs: Et dixit ſabuca tu ruis ex venere. & breuiauit bu. quòd: m, demptum ſit, Serenus aſtipulatur, nam & ipſe inquit. radix decocta ſabuci, cum ſambucus dicatur, tamen bu longauit, hæc dixiſſe volui vt m, abiectum nocere ſcias.*

Stymphalides. *Stymphalides, pha, ambigue. Ouid. Metamor-*

morph.ix. Veſtrum opus elis habet, veſtrum ſymphali des vndæ. Auſon. Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quarto. Saxonis ambigue. Luca. longisq; le ues ſaxones in armis. Claud. panegy. ij. Proſpicere dubijs venturum ſaxona ventis. Terapneus, in ſecunda ambigue. Sil. viij. Ecce inter primos terapneo a ſanguine clauſi. Ouid. faſt. v. Prima terapneo feci de ſanguine florem. Ticinus, ci, ambigue. Sil. Adde etiam ticini, ſpumantes ſanguine ripas. Sidon. Vltima iam claros, quærunt poſt damna ticini. alij tamen longant etiam primam, vt eſt Iouianus Pontanus inter poetas neotericos fere antiquos comparandus, dicens in hemiſtichio: ticini de terra. lector aſpice in quarta epograph. vbi de i, ante n, fit mentio. Totius, long. & bre. Virg. Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis. Lucre. Mutat enim mundi naturam totius ętas. Tritonia, ſecundum aliquos to, long. & bre. Ouidius. vi. Metamorpho. Prębuerat dictis tritonia talibus aures. Lucanus. Tritoniā cui fas ſoli vidiſſe mineruam. Hi qui Lucanum allegāt errare videntur: nam in meo codice. Troianam, non tritoniam, ſcriptum inuenio, & Seruius ita ſecūdo commentario allegauit: ſed illos decepit Tortellius in dictione Palladium: ideo: niſi aliud afferant exemplum, minus fidei adhibuerim. Trinacria na, anceps. Clau. totaq; decreſcit refugo trinacria viſu. Vrigili. iij. Murmure Trinacriam, & cęlum ſubtexere fumo. ſic pharetrum, meretrix, pyretum latebræ, ſalebrę, tenebræ, pharetra, & ſimilia. quæ naturaliter breuiantur, Nā (vt retuli) ſi aliqua vocalis naturaliter breuis, ſequente muta, & liquida, erit ambigua, ſi vero vocalis naturaliter longabitur nunquam corripietur. Tuarominitanus, in ſecunda, & quarta ambigue. Iuuenal Tauro-

Saxonis. Terapneus Ticinus. Totius. Tritonia. Lucanus a vitio defenſus. Tortellius male allegat. Trinacria Tauromi nitanus.

minitanæ rupes quando omne peractum eſt, ecce hic, ro, breuiari, & ni, longari. Sidonius, Vel taurominitana, quos caribdis. eſt autem carmen phalecum: vbi romini, dactylus eſt. Ecce Lector ro, longari, & ni, breuiari.

Trigonus. Trigonus, go l. & b. Manil. ij. Et quæcunque tamen dicuntur ſigna trigonna. Auſon. Per trinas ſpecies trigonorum linea currit.

Tricliniū. Triclinium, in ſecunda ambigue. Virgilius in cop. Triclinia vmbroſis frigida harundinibus. Lucil. Nempe fores autem, & triclini limina quidam: quem immitatur Manil. v. Nunc iam luxuriæ pars, & triclinia templis.

Tepefacio Tepefacio pe, l. & b. Catul. Alta tepefacient permixta flumina cæde. Horati. ſati. xiij. In matris iugulo ferrum tepefacit acutū: quia adnotauimus, tepe cale, rube, lique, compoſita ambigue reperiri: cauſa eſt (vt credo) quia verba in eo ſæcundę coniugationis terminantia, abiecta e, antiquitus tertię erant ſcilicet vt e, in imperatiuo longaretur, & breuiaretur. latius videbis. ij. Epo.

Tenthyrā Tenthyra, in media anceps. Ouid. i. triſt. Saltus ab hac terra breuis eſt tenthyra potenti. Iuuenal. Quæ vicina colunt vmbroſæ tentyra palmæ.

Troades. Troades, ambigue. Perſ. Ne mihi pulidamas. & Troades labeonem. aliqui legunt, troades quadriſylla. Ouidi. Metamorpho. xiij. Troades vt patriæ fumantia tecta relinquunt. legito primam epogr. vbi de A, tractatur.

Temetum Temetum, ſecunda ambigua Iuuena. xv. De Corcyrea temetum deduxerat vrna. Horat. in Epiſ. Pullos oua cadum temeti nempe modo iſto.

Termodō Thermodon, aliquando triſyllabum eſt, & quandoq; quadriſyllabum, vt thermodoon: quando triſyl. eſt id eſt quando poſt d, vnum ſolum o, ſequitur, longatur Ouid. Et tu fœmineæ thermodon cognite turbę. Stat. in ſyl. Thermodonciacas calere turmas. eſt

carmen

carmen phal.ſpondeũ,dactylũ,treſq; recipiens trocheos ideo ibi longatur, mo. quando eſt quadriſyl. ideſt quòd poſt d, duo oo, ſubſequãtur, breuiatur. Virg. x. Quales threiciæ cum flumina thermodoontis. in quinto namque pede dactylus eſt. hoc etiam teſtatur Seruius. Vbicũq;, in ſecunda longatur, & breuiatur. Ouidi. vij. Metamor. Seruor vbicunq; eſt vni mea gaudia ſeruo. Idẽ amor. iij. Te dea munifica gentes vbicunque loquuntur, & non immerito cum Vbi in vltima ambigue ponitur, Hoc facit: vt autumem, vbique, & vbiuis, in ſecunda ad placitum poni. nam, vbique, apud Ennium, Ouidiumq; lõgari inuenies: vbiuis apud Horatium breuiari ſat. iiij. ſic teneo in compoſitis ab ibi vt ibique, & ibidem quia in ſecunda ambiguum inuenies. Vaticanus, in ſecunda ambigue Mart. In vaticanis condita muſta cadis. Horati. i. car. Redderet laudes tibi vaticani. eſt autem ſapph. vbi, vati. Trocheus eſt vltima conſtans breui. & crediderim hoc fieri: quia teſte Aulo Gellio lib. xvi. Cap. xvij. vaticanus dicebatur a vaticinijs. & tunc breuiari. ſi vero (vt vult M. Varro) a vagitu, longatur hæc ſentio. Vrania, ra, longa. & bre. ſic & ni, Ouid. Metamorph. v. Excipit, Vraniæ fecere ſilentia cunctæ. Virgil. Vrania poli motus ſ, e, a, alij, legunt, Vranieq; poli: Venuſinus, nu, l. & bre. Iuuen. Malo Venuſinam, quàm te cornelia mater. Horatius. Nam Venuſinus arat finem ſub vtrunque colonus. Vlubræ, lu, long. & bre. Iuuenal. ſaty. decima Frangere pannoſus vacuis ædilis vlubris. Horatius? eſt ulubris animus ſit t, n, d, æ. Vietus, indifferenter ponitur. Lucretius. iiij. Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietum, Horat. in epo. Quis ſudor vietis, & quàm malus vndiq; membris. Vnius, ni, long. & bre. Ouidius:

Vbicunq; Vbique. Vbiuis. Ibique & Ibidem. vaticanus Vrania. venuſinus Vlubræ. Vietus. Vnius.

Vnius ſermone mydæ. Virgilius. Vnius ob noxam, & furias aiacis oili. & (ut adnotaui in ſecunda eprogr.) in ius facientia genitiuum, & datiuum in i, ad placitũ ponuntur. Zabulões *Zabulones bu, ambigue. Iuuencus. i. Finibus & ſtatuit zabolonum ponere ſedes: Idem: Terra zabulonum & regio, cui neptala nomen. & ſic huic parti impoſitus eſt finis.*

De ambiguis in vltimis ſyllabis. Cap. 4.

Eia. *Eia in fine ambigue: nam breuiatur, teſte Probo. & quia ſciebat hoc Maro, ſemper ſubiecit vocalem. Sido. Eia calliope nitente palma, vbi, eia, ſpondeus eſt quamquàm alij volunt trocheum eſſe quod non probo.* Fruſtra. *Fruſtra, ſimiliter Virgilius primo georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus. Ruf. feſt. in arat. Ima vehunt cœli luxit dum fruſtra frequenter.* Triginta. *Triginta, ſimiliter. Virg. Triginta magnos voluendis menſibus orbes Manil. Ter triginta quadrum partes per ſidera reddent. Iuuenc. Argenti triginta minas.* Rhea. *Rhea. Prudent. contra ſym. Et ſi rhea ſacram laſciui martis amore. Ouid. faſt. iiij. Sæpe rhea queſta eſt. ſuper hoc aſpice. in. v. Epogra. vbi de, A, in vltimis fit mentio.* Vltra. *Vltra. Iuue. Vltra ſauromatas fugere hinc libet, & glacialẽ. Seren, Curaq; nil prodeſt nec dicitur vltra cicatrix. quem immitati ſumus in theoandrat. Iudæa tellus vltra quid iniqui eſt refer. vbi a quid i, tribrachus eſt.* Hic. *Hic, pronomen, Perſ. At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt Virg. ſolus hic inflexit ſenſus, animumq; labantem. tamen Terentia. vult ibi eſſe creticum pedem. ſuperius aſpice. vbi de communibus.* Hoc. *Hoc ſimiliter (ſi Priſc. credimus) breuis eſt: ſi Martiano, & Seruio ç, pro duplici*

duplici habetur. Hora.hoc erat in votis. Ouid. Priap. Nimirum hoc ipſum quod immitamur inuitat, eſt autẽ ſcazon in qua poſt ſpondeum iambus eſt, prima gaudens breui ideo recte Priſcia. ſenſiſſe in ea regula, quam vidimus in. v. Epogra. vbi de c, tractatur aſſeueramus. Prȩterea ait Probus, hic & hoc breuiari, hæc longari. Lac ambigue: quia (Victorino teſte) breuiatur: longauit Seren. Lac aſinæ, placidæq; bouis prodeſſe loquuntur. Lac.

Fac, ſimiliter. Ouid. in tem. Durius incedit, fac ambulet. Idem in hero. Et dicet referas arma fac iſta ioui ſed in regula de c, in vltimis aliquorum retulimus opiniones. Fac.

Calpe, pe, ambigue quando longatur eſt: quia in e, græca omnia genitiuum in es facientia, ſunt longa. breuiauit Iuuena. ſaty. xiiij. Aequora tranſiliet iam lõge Calpe relicta: vbi ait Valla feciſſe ſyſtolen aut a nominatiuo, calpis: qua dictione vtitur Sido. in epiſtolis Sic Ruf. Feſt. procul in vada calpe titana Seruauit melius Luca. Heſperiam calpe, ſummoq; impleuit atlante. Calpe.

Fere, aduerbium in vlt. anceps. Iuue. vi. Nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem. Auſoni. Nam te cum fere totus ero quocunque recedam. quod ſi vidiſſet Codrus, aliquando fere vltimã conſtare breui intrepidus dixiſſet. latius vide in. v. Epogra. vbi de aduerbijs in e, fit mentio. Fere.

Tabe ſimiliter, Lucretius. Hymbribus, aut tabe nimborum arbuſta vacillent. Ouid. Metamor. ix Tale liquefactis tollens ad ſidera palmas. Tabe.

Vale ſimiliter. Ouidi. Metamor. x. Supremumq́ue vale, quod iam vix auribus ille. Idem. i triſt. Idq́, quod ignoti facient vale dicere ſaltem. ſed quando breuiatur, eſt à valo valis Vale.

Caue ſimiliter. Probus: Litem infere caue cum quo tibi gratia iuncta eſt. Propert. Tu caue ne triſti cupias pugnare puellȩ. & notato, verba ſe- Caue.

ba ſecundæ coniugationis, quando e, in imperatiuo bre uiatur, eſſe tertiæ: vt cauo cauis, valo ualis, feruo feruis.

Apprime. *Apprime. Macro. Apprime ſumptis zodoaram obſtare venenis. Virg. ij. Georg. Flos apprime tenax. quãuis Seruius legat, apprima, nomen pro aduerbio: quod & Antonius Nebriſ. facit: quare ipſi viderint.*

Mihi. *Mihi. Virg. Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo. Idem. Non mihi ſi linguæ centum ſint oraque centũ.*

Tibi. *Tibi. Ouid. Quę tibi dem, & turbæ pantheſilea tuæ. Iuuenal. Hęc ſoli commiſſa tibi celare memento.*

Sibi. *Sibi. Caluus. x. Mens mea dira ſibi prædicens omnia vecors Virg. Credimus an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*

Cui. *Cui diſſyllaba dictio ambigue in fine. Albinus .i. Ille cui terras capitolia celſa triumphis. Martialis. Sed norunt, cui ſeruiunt leones. eſt autem phal. vbi runt cui, dactylus eſt. ſed latius videto epographia prima vbi de i, vocali fit mentio.*

Vbi. *Vbi. Tibul. Laurus. ubi bona ſigna dedit. Ouid. Metamor. iiij. Ignorant vbi ſitu nigri fera regia ditis. Aliqui tamen volunt, vbi. i. quãdo, longari: vbi aduerbium loci, breuiari: quod non ſeruatum apud poetas inuenies. hinc eſt quod compoſita ab vbi, & ibi, in ſecunda ambigue poni edocuimus.*

Ibi. *Ibi Ouidius Metamor. xij. Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris. Idem: primo Metamor. Mons ibi verticibus, petit arduus aſtra duobus.*

Quaſi. *Quaſi. Ouid. Et quaſi diſcedens oſcula nulla dedi. Ruf. feſt. Auien. Puluerulenta quaſi cano procul aere pandit.*

Niſi. *Niſi. Ouid. Quam niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem. Sido. Sint tantũ, pęnituſq; niſi nihil eſſe probetur. O terminata verba, & gerundia, ad placitum ſic & nomina latina in o, Virg. Cantando tu illum. Alphius: Spaciando paulatim trahit. in quo verſu, do pau, Iambus eſt.*

Ego. *Ego. Virg. Non*

Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto. ſic in compoſito protulit Lucil. ſaty. vij. vxorem cedam potius quam caſtrem egomet me. Propert. iij. Frater ego tibi ſim, filius vnus ego. Ouid. Sed quid ego reuoco. Stat. Sed quid ego feſſos. Quando. Seren. Quando flagella ligas. virg. Si quando tybrim: quem Seruius poſuiſſe vſurpatiue ſcribit. Sero. Tibul. Heu ſero reuocatur amor. Iuue. galeatum ſero duelli. Stat. primo thebai. Sero memor thalami. Ergo. Iuuenalis Ergo quid optandum foret ignoraſſe fateris. Ouidius Metamorphoſe. iij. Non iuraſſe poteſt ergo mæſtiſſimus altum. Vero ſimiliter. Virgilius quarto: Egregiam vero laudem. & ſpolia ampla refertis. Valerius Flaccus. v. Quod pænitus ſin vero præces & dicta ſuperbus. Ambo. Virg. Ambo florentes ætatibus, archades ambo. Marti. Elyſium poſſidet ambo nemus. Diſpar. Martialis. x. Tã diſpar aquilæ columba non eſt. Marti. Capella: omnia compar habet paribus ſub legibus ordo ergo. ſic omnia a par compoſita cum ſimplici r, habebunt ancipitem. Cor. Ouidius, Inq; cor hamata percuſſit harundine ditem. Idem in ſapph. Mille meum leuibus cor eſt violabile telis, Lucr. ij. Denique cor hominum. ſed forte fit iure monoſylla. Neſcis. Ouid. in he. Neſcis an excedant etiam loca venimus illuc. quem immitatur Arat. Neſcis amare deum concordia nexa caleſcat. Martia. Neſcis, heu neſcis dominæ faſtidia romæ. alij tamen in ſuperioribus volunt ſ, abijci. Velis. Virgilius Seu dextra leuaq; velis occurrere pugnæ Auianns, Siue decus buſti, ſeu velis eſſe decus. Bis. Ouidius Quinque bis eſſe ſuo. Claud. Bis æther, bis terra dedit, confuſaq; rurſus. aliqui legunt. Aether bis, bis terra. ſed quid hoc inſulſius? aliud exemplum affero. Mani. iiij. Bis vndena

Quando. Sero. Ergo. Vero. Ambo. Diſpar. Cor. Neſcis. Velis. Bis.

Prodis. nocens & bis duodena nocentes. *Prodis à prodo tertiæ, breui. Ouidius: Me mihi prodis ait. à prodeo quartę coniugationis, long. Hora. ſerm. ij. Romanoq; habitu prodis ex iudice dama.*

Dormis. *Dormis, ambiguum in fine aliqui ſcribunt. Longatur, quia quartæ coniugationis verba ſecundam indicatiui ſingu. longant. breuiauit. Propert. Et ſoror, & cum qua dormis amica ſinu. ſed ego legerē Dormit, aut ſ, more antiquo abijcerem.*

Poſsis. *Poſſis. Horati. Poſſis & magnam morbi deponere partem. Iuuena. v. Sat. Tam ieiuna fames cum poſſis honeſtius illic. rationem lege in prima Epog. vbi de ſ, litera loquimur. aliqui tamen poſcis, legunt, quod non probo.*

Tripes. *Tripes. Horatius. ſerm pri. Omnia magna loquens modo ſit mihi menſa tripes & Auſonius. Qui bipes, & quadrupes foret & tripes omnia ſolus. quod (Priſcian. teſte) omnino breuiari Probus docuit, ideo a pede compoſita cum ſimplici ſ, ancipitem habent.*

Palus. *Palus. Ouidius Metamorpho. ij. Dijs iuranda palus oculis incognita noſtris. Horat. in arte poe. Regis opus, ſterilisq; diu palus aptaq; remis: vbi ſ, abijci dicerem. lege primam Epograph. vbi de ſ, litera loquor:*

Caput. *Caput Iuuena. Per caput alterius. Virg. Nam tibi tymbre caput Euandrius abſtulit. enſis. & non immerito quia t, eſſe ambiguum teſtatur Martianus Capel. libro. iij.*

De aliquibus in literis ſimilibus, aut pronuntiatione, quæ in ſyllaba, & ſignificatione diſcrepant: & primo in primis ſyllabis. Cap. 5.

Apis. *Apis, pro volatili breuiatur. Ouid. Non apis inde tulit collectos ſedula flores. pro Deo Aegyptio. longatur. Idem Metamor. ix. Sanctaque bubaſtis*

bubaſtis,varijſq; coloribus apis. Ara pro altari,longa tur.Vir.Crudelis aras,traiectaq; pectora ferro.pro ſtabulo, aut aue breuiatur. Ouidi.Tertius immundæ cura fidelis harę.Iuuena. Varicoſus fiet haruſpex. tamen per aſpirationem hac ſcribimus,Atys, cybelleius, longatur Perſ.Claudere ſic didicit verſum Berecyntius Atis. alias breuiatur. Ouid. Datq; animos, erat indus atys quem flumine gange. Ager pro campo breuiatur. Virg. Vſq; adeo turbatus ager,pro terræ cumulo, longatur, quāquam poſitione. Idem: tumuliq; ex aggere fatur. Acer ideſt fortis.longa.Horat. & inexorabilis acer.pro arbore,breui.Ouidi. Et platanus genialis acerq; coloribus impar. Ales, pro volucri.lō.Ouid. Non vigil ales ibi, ab alo alijs verbo, breui.Virg.Spiritus intus alit. Anus, pro podice, long. Seren. Excruciāt turpes anum ſi forte papillę.pro vetula breuia. Ouid. Pallas anum ſimulat. Aſia, pro regione, breui.Ouid.Te duce magnificas aſiæ ſ, u, pro palude, longa.Virg.Sonat amnis & aſia longe.videto tamē in. iij. Epographia. Aras, ab aro aras breuia.Ouid.Incola captiuo quæ boue victor arat. ſi vero ab ara.ideſt altari,long.Virgil.Priamumq; obtruncat ad aras. Ara. Atys. Ager. Acer. Ales. Anus. Aſia. Aras.

Calidus: ideſt tepidus, breui. Ouid. Frigida pugnabant calidis humentia ſiccis. pro aſtuto, ſed geminatione l, longatur. Idem. Callida per tenebras verſato cardine tisbe. Colus,ciuitas longa.Stat.Qui colon, denſamq; iugis pro inſtrumento fœmineo,breui.Ouid. & colus ei fuſi digitis cecidere remiſſis. Citus. ideſt velox breui. Virg. Ferte citi flammas,date tela, impellite remos.Cirus, quando diuiſum ſignificat, longatur ſi ſeruio credimus. viij. commen. Creta, inſula minois, longatur Virg. Hortantur ſocij cretam, proauosq; Calidus. Colus. Citus. Cirus. Creta.

uoſq; petamus.creta in pōto, breui.Val.flac.pontumq;
Canis. cretāq;. Canis animal,& à cano canis,breui.Iuue.Et
canis et poſtes,et marmora.ſi uero datiuus,et ablatiuus
à canus cani ſunt, longa. Perſius: miſeriſq; viatica ca-
Claros. nis. Claros, vrbs, breuia.Ouid.Et claros, & tenedos
p, q, r, ſ, ſi a clarus ra rum, long. Virgi.tibi me claro.
Cares. demiſit olympo. Cares,populi,long.Mart.cares in a-
ſtra ferāt.a careo cares,breui.Ouid.Quod caret alter-
Chelis. na requie d, n, eſt. Chelis, pro lira breui.Mart.Ca-
pel.ix.Sed nec arioniam marmora ſurca chelim, a che-
Dico. la, long.Virgi.inter chelaſq; ſequentes. Dico dicas,
breui. Virgil. propriamq; dicabo, dico dicis, longatur.
Duces. Auſo.Dicebam tibi Gallaſ, e, æ. Duces, a dux. breui
Ouid.Conſedere duces, & u, ſ, c, a, duco ducis lō. Vir.
Duco. Ducite ab vrbe domum m, c, d, d. Duco,cis,tertiæ,lō
gatur.vt habes exemplo ſuperiori duco,cas,primæ, bre
Equus. ui. Virg. Iuuenes quos educat Vfens. Equus animal
breui.Virg. Bello armantur equi.prō.iuſto ob diphton-
Edo. gum, long.Iuuen.dijs æquanda poteſtas Edo: ideſt.co
medo,breui iuuena.comedunt colyphia paucæ. Edo.id-
eſt extra do, & præbeo,long. Virg puerum nec ſangui
Fretum. nis edent. Fretum.i.mare breui.Ouid.Inque fretum
credas à fretus confuſus, long.Virg.Illa fretus agit uē
Fugit. tos.Fugit in præſenti,breui. Virg.Ad te confugio.In
prĝterito, longa.ſic fugere infinitum,breuia.hora.vir-
Fugere. tus eſt vitium fugere. a præterito,long.Iuuena. pari-
Io. terq; duæ fugere ſorores. Io,vox gaudentis, breui.O-
uid. Lauro cingetur,ioque.pro filia Inachi,long. Idem
vaccam ſpectebat ad io.tamen ambiguum eſſe ſuperius
Idem. dixi. Idem, maſculinum,long.Ouid.ſit in hoc præcor
exitus idem. ſi vero neutrum eſt, breui. Ouid. Donec
Iugis. idem paſſa eſt. Iugis.i.perpetuus, longa. Auſon. Iu-
giter

giter acciri. ſi a iugum iugi breui. Iuuenal. ſi rara iugo victoria ſedit. · *Leuo.i.pollio, lon. Auſo. Inguina quod calido leuas tibi. quando pro exonero, breui. Oui: dominæ gratare, leuata eſt. ſic erit leuis.i.politus, lõgatur. ſi vero exoneratus, breu. Liber pro codice, & cortice, breui. Ouid. ſine me liber ibis in vrbem. Idẽ Golla liber ſerpit. pro baccho, & homine libero, long. Ouid. Liber et admonitu. Iuue. Libera ſi dẽtur populo.* Leuo. Leuis. Liber.

Labor nomen, breui. Virgi. mollitur laude laborem. labor, verbum longa. Ouidi. Labitur occulte f, q, u, æ. Labor.

Lira, pro ſulco longa. Auſo. patitur lirare ſorores. pro inſtrumento, breuiatur Ouid. carmina culta lyra. tamen per y, ſcribitur, in ſecundo. Latus lateris, breui. Virg. Dat latus inſequitur. Latus ta tum long. Ouid. nubes latis inducere terris. Lego ligas primæ, longa. Ouid. Dominum legata rogabo. Lego gis tertiæ, breui. Ouid. Me legat. & lecto. ſic leges à lego legis, bre. à lego legas, aut a lex legis long. Iuuen. & legum ęnigmata, ſoluit. Legit, in præſenti, breui. legit, præteritum, longa. Lira. Latus. Lego. Leges. Legit.

Lyris, ſi a lyra inſtrumento, breui. vt ſuperius diximus ſi pro flumine, long. Mart. Cæruleus nos lyris amat. Late aduerbium, long. & a latus ta tum. Virgi. & litora feruere late. a lateo lates, breui. Virgilius. fugite, hinc, latet anguis in herba. Lino, à linum, longa. Ouid. & lina madentia ſicco. Lino linis, verbum, breui. Ouid. Obliuit & mutam Molitur, deponens long. Vir. ſua molitur laude laborem. ſic eſt Moles molis paſſiuũ. à molo, breui. Auſon. molitur per vtranque cauernam. Lyris. Late. Lino. Molitur. Moles.

Malum, pro pomo. long. Virg. Aurea mala decem. ſic erit quando pro arbore nauis ponitur, pro infirmitate, & à malus, la lum, bre. Iuuena. & acre malum ſemper ſtilantis ocelli. Manes, à maneo, breui. Virgil. Malum. Manes.

priamiq; arx alta maneret. à mano, manas. l. Virg. Ex ternum tulit haud cruor hic de ſtipite manat. ſic manes à maneo, breui. manes. i. animę infernales longa. Virgil. aut manes credas curare ſepultos. tamen ſuper hac dictione paulo ante diximus.

Horrores, ſtrepitus, claſſicam, Martem
Bellorum rabiem caſtra tumultus,
Cantemus Veneris furta iocoſę.
Non vllum peramat fœmina bellum.
Præter quod vacuis membra medullis
Iuncto baſiolo laſſa fatigat.
Miraris nimium Quintia carmen
Hoc forte improbulis ſurgere verbis?
Laſciuus lepidis verſibus ipſe
Dicar ſed placida mente pudicus.

De metro iambico Hexametro.

Metrum iambicum ſenarium recepit iambum locis omnibus, Trioracbum locis omnibus, prę ter nouiſſimum. ſpondeum, dactylum, & ana peſtum locis tãtum imparibus, impares autem loci ſunt primus tertius, quintus: vt in prologo Fultiuorum comędiæ noſtræ.

Sunt qui poetæ comicam tragędiam.
Tragicamq; ſufferant agi comœdiam,
Faciunt vt ipſa vapulent Cataſtrophe.
Aliqui ligentur, vlmeas virgas terant.

Scito tamen (vt dixi apud) tragicos omnibus ſedibus poſſe Iambũ recipere: quod Terent. videtur culpa-

re iis vſus eſt Catu. Virgilius, Aureliusq́; Augurellus & non ſæpius.

De metro iambico Dimetro.

METrum Iambicum Dimetrum recipit Iambũ locis omnibus, Spondeum, & anapæſtum locis tantum imparibus: ut hoc in noſtro.

Fulmen retorquet Iuppiter,
Phębus ſagittas aureas.
Telum mineruę eſt Pallados. .·.
Arcu ferocit Cynthia,
Claua minatur hercules.
Thyrſos lyeus concutit. .·.
Conſus tridente confremit,
Turget priapus faſcino.

Hoc metrum (vt refert Mallius Theodorus) tribrachum locis omnibus recipit, præter nouiſſimum, Dactylum, & Anapęſtum locis tantum imparibus. rara iſtorum ſunt exempla.

De metro Anacreontio.

METrum Anacreontium: quod & colophon dicitur, recipit Anapæſtum, duos Iambos, & vnam ſyllabam, vt hoc in noſtro.

Veneres ioci lepores,
Varioq́; menſa cantu,
Varięq; cantiones, .:.
Volucrum, choriq́; amorum
Maneant domo beata.
Hodie cibo fruamur:
Dubia eſt dies futura, .·.
Veniet necis libido
Rapiet cibum, merumq́;.
Hodie cibo fruamur.

De

De metro trochaico tetrametro.

METrum trochaichum tetrametrum recipit locis omnibus,trocheum:ſpondeum omnibus prę ter tertium.currit autē alternis verſibus ita, vt prior pedes habeat quatuor: poſterior pedes tres cū ſyllaba: ut hoc in noſtro.

O qui ſacrum phœbe montem
Sacro reples numine.
Muſarum concio felix,
Quæ das numen vatibus.
Iam noſtri eſt finis laboris.
Dantis parnaſo viam.
Fontem mitto gratiarum,
Quod mi fauit gratia.
Iam iam vates laureandos.
Ad vos ducet noſtrum opus,
Quos Muſæ Quintiani.
Dono vates tollite.
Iam iam finitum hocce noſtrum eſt
Muſis ſanctum præmium.
Iam iam finis ſyllabarum.
Fient vates plurimi.
Lauri frondes præparentur.
Fiant plures laureæ.
Plures vates coronandi
Poſcent Muſæ laureas.
Fontem mitto gratiarum,
Quod mi fauit gratia.

Habes igitur ſtudioſe Ioannes ex magno metrorum aceruo, quæ magis delectabilia, & vſitata viſa ſunt quibus ſi incubueris, de facili te uatem præſtiteris multijugum. Et quia Verſus Heroici quales, & quantę

quante ſint Species ſcire deſideras, hic velut corolarium offero.

Quot ſunt heroici ſpecies.

Carminis Heroici multæ reperiũtur ſpecies, quas breuiter recenſendas hoc in auctario duxi. Acephalum eſt cum a breui incipit ſyllaba: vt Fluuiorum rex eridanus c, q, p, o, non autem eſt in eo Lucreti. Liquidus humor, & vberibus f, o, g, vt male ſenſit Georg. Valla. hoc mutilum, & truncum latino dicitur idiomate. Logoides, quod prorſaico more incedit, vt Ibam ſorte via ſacra ſicut meus eſt mos. ali qui Coloſſum, ſeu Colobum nominant. Procephalum, quod in primo pede plus quatuor temporibus habet: vt Inſulæ ionio in magno q, d, c, licet æ, breuiari vocali, ſequente dixerimus. Iſochronum quod eoſdem a primo ad vltimũ tenet pedes. vt Olli reſpondit rex albai lõgai. Lagarum eſt: cum in medio ſyllaba breuis pro longa inuenitur, vt muneribus tibi pampineo grauidus autumno. hoc etiam Laxum dicimus. Apertiſmenũ, totam comprehendens ſententiam: vt O curas hominũ, o quantum eſt in rebus inane. Miuron: cum penultima breuiatur: vt Magnus Ariſtoteles docuit qui tale, docimen. his maxime (Terentiano teſte) vſus eſt Liuius. Andron. Scazonta etiam appellant grę ci, Secaudũ latini. Malacoidum: quod leui, & æquali, lubricoq; nexu ad aures venit: vt Et qui cæruleum dirimebat nerea delphin. Trachyn cum aſpere coeuntibus literis non facile pronunciamus: vt Princeps Graiorum cecrops ferrata refregit. Cacophonum. quod crebro coeuntibus vocalibus vaſtum hiatum reddit. ut Glauco, & panopeæ, & inoo melicerte. Cacoſymphonũ quod ijſdem conſonantibus plures, aut omnes incipientes di-

Acephalũ. Mutilum. Truncum. Logoides. Coloſſum. Colobum. Procephalum. Iſochronũ. Lagarum. Laxum. Apertiſmenum. Miuron. Scazon. Secaudum. Malacoidum. Trachin. Cacophonum. Cacoſymphonum.

Dolichouron. ctiones habet: vt O tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti. Dolychouron: quod longã ſupra quã conueniat caudã retinet: vt Lætus erat donis, & munere velleris aurei. alij qui idẽ volunt eſſe & Macroſcelon. Sphecium vbi in medio redundat ſyllaba, quæ patiatur ſyneresim: vt Dat ſegetes terrę, & dabit aeris gratia ſemper, ecce, æ, in vnam coire ſyllabam. Procelium: cum ſyllaba omnino ſuperat ſinæ ſyneresi: vt Argolici dixerunt fore pergama fortia bello. nam, runt, ſyllaba in medio redundat: ſic apud Virgil. ij. Eueniunt nec te comitem hinc aſportare Creuſam. ubi dicit Seruius, carere ſcanſione carmen, ideo Seruius Procælium eſſe melius dixiſſet, hoc Grauidum appellant alij. Eſt etiam procœlium cum in medio tempus ſuperat, vt apud nos in theonobaſi: Quot teſtes diuini operis protomartyr agyrtes. ecce tempus, ſuperare in protomartyr, quia, pro omnino longatur. ſimiliter apud Lucretium. Præter enim quam quod morbi eſt cum corpus ęgrotat. ecce tempus ſuperare in, ęgrotat, verbo quia ſcribitur per diphtongum. Id eſt quod dubitaui in prima epogra. vbi de l, & r, literis fit mentio. Vel antiquorum fit more: cum ait, corpus ægrotat, us, abijcitur vt in multis abijci diximus, vbi de ſ, litera fit mentio in prima Epograph. Quod etiam ibi miratus fuerim apud Manilium. Agrippam in prima breuiari non miratione dignum eſt, quia æ, in a, permutatur, quẽadmodũ in integer e, corripitur, quanquam ab ęgro deueniat, vt tradunt grammatici. ſic fit mi Ioannes, vt quotidie doctiores efficiamur. Differentiæ metrorum quidem ſunt aliæ, quas verſuum cognitiones aliqui appellitant, varijs diſtinctus nominibus: vt. Catenoplium metrum duos habens dactylos, & vnum ſpondeũ in fine & in medio: vt Improbe Romulidum ſic te tua præ-

Macroſcelon. Sphecium. Procelium. Seruij incuria. Grauidũ. Quintianus quod dubitauit, manifeſtat. Differẽtiæ metrorum. Catenoplium.

prœlia vexant. Periodicū, cum Dactylus, & ſpondeus ponuntur vſque ad finem, vt Hectoris armati iugulum traicit Achilles. Bucolicum, poſt tres pedes, pedem in partem orationis habens terminantem, vt Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Sapphicum à ſpondeo incipiens, & in ſpondeum terminans: vt Inſignem pietate virum tot adire labores. Intercalare, quod ſæpius interponitur, vt apud Virg. Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite Daphnim. inuenies, & apud Catul. & Ouidium. Interpoſitum quod ſaluo ſenſu poteſt tolli. Virg. ij. Æneid. Perfuſus ſanie vittas, atroq; veneno. Hipporrhythmum, cum ſingulus pes dictionem terminat: vt Cynthia cornu, Phœbus ſpicula, prælia mauors, & in iſto aut ſimili nullæ ſunt cæſuræ. Telium, quod & abſolutum eſt, cum omnes orationis partes continet: vt Veh tibi ſi nantem ſub flumina nunc po ſuiſſent. Pangrammatum, continens omnes literas vt Duc zephyre exurgēs Caurum cum flatibus æquor. Periodicū. Bucolicū. Sapphicū Intercalare. Interpoſitum. Hipporhythmum. Telium, Abſolutū. Pāgramatum.

Climacotum, cum procedendo auget ſyllabas, quod & Aſcendens dicitur. vt Num turmis pueros coniungitis auxiliares. Emperibolum habens unum ex decem prædicamentis, vel plura, vt Multi hominum, celeres repetent iuga tygride viſa. hic nanque ſunt, quantitas qualitas, locus & tempus. Illibatum quod non aucta, vel minuta, aut detracta ſyllaba vitiatur, ſed integra, plenaq; dictione formatur, vt Depreſſo incipiat iā tum mihi taurus aratro. Iniugum: quod nulla coniunctione copulatur ſyllaba: quod græci Aſyndetum nominant vt Tectum auguſtum ingens cētum ſublime columnis. Aequiformæ, quod non compoſita, vel ſimplici figura oſtentatur: ut vrbe fuit media. Laurentis regia pici. Aequidicum, cum ſingulis propoſitioni- Climacotum. Aſcēdens. Emperibolum. Illibatum. Iniugum. Aſyndetū. Aequi formæ. Aequidicū

 bus

bus antithetæ ſuppetuntur dictiones, vt Alba lyguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur. albis namq; lyguſtris, nigra appoſuit vacinia. & cadentibus legenda aſſignauit.

Teres. *Teres: quod volubilem, cohærentemq; dictionẽ continuat: vt Torua mimaloneis implerunt cornua bombis.*

Sonorum. *Sonorum: quod crepitat fragoſo tono vt Quadrupedante putrem ſonitu ferit ungula campum.*

Aequiuocum. *Aequiuocũ: cũ ultimæ ſunt ſimiles ſyllabæ: ut Excitet mentes, fraternas grata malis.*

Biceps. *Biceps, eſt cum duæ ultimæ, dictiones ſunt ſimiles: ut An ſic Romulidæ, & pæni conceditis itis.*

Caudatũ. *Caudatũ, cum finis duorum in conſonantes deſinit dictiones: ut Troas relinquias Danaum, atque immitis Achillis.*

Hipermetrum. *Hypermetrum: cum in fine ſuperabundat ſyllaba, & quoties fit opus eſt: ut ſequens carmen incipiat a dictione uocalem in principio habẽte, ut Iactemur doceas ignari hominumq; locorumq;, ecce ſtatim ſequi, Erramus u, h, e, ſ, a, ſed latius uide in ſecunda epographia capitu. xxix. ubi de carmine Hexametro dactylico ſit mentio.*

Vocale. *Vocale eſt cum protracta locutione ſonantes literæ totam illuſtrant dictionem: ut portus ab acceſſu uentorum immotus, & ingens Ipſe, ſed horrificis iuxta ſonat ætna cauernis.*

Hemiſtichium. *Hemiſtichiũ, quod inceptum tantum eſt & ſemiplenũ: ut apud Virgilium inuenies: Hic currus fuit.*

Tibicen. *Tibicem, cum (teſte Seruio) aliquid eſt ad ſolam metri ſuſtentationem: ut Aſpectans ſyluam immenſam, & ſic forte precatur.*

Reciprocũ Retrogradum. *Reciprocum, quod & retrogradum, cum in ſe recurrit: ut Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo: Læſo numine quo memora cauſas mihi muſa. hoc & recurrens dixit Sidonius.*

Recurrẽs. *Recurrẽs (ut Sidonij uerbis utar) eſt metro ſtante, neque literis loco motis: ut ab exordio, ad terminum, ſic a fine relegitur ad ſummum: ut Roma tibi*

tibi ſubito motibus ibit amor. & iſtud, Si bene te tua laus taxat ſua laute tenebis. & illud. Sole medere pede ede perede melos. hæc ex Sidonio. Serpentinum: cum principia ſequentem terminãt verſum vt Rumpitur inuidia quidam chariſſime iuli. Quod me Roma legit rumpitur inuidia. Macrocolon, cum longæ dictiones carmen faciunt, vt Inſatiabilibus Conſtantinopolitani oppreſſauerunt ſollicitudinibus. Correſpondens, cum dictiones per ordinem poſitæ, ac coniunctæ orationem faciunt, vt Paſtor, arator, eques, paui, colui, ſuperaui, Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu. Serpentinum. Macrocolon. Correſpõdens.

Leoninum cum media carminis pars in eundum ſonum vltimam ſecum trahit ſyllabam, vt Carmine grãdiloquo ſemper cantatur Homero. hoc vſi ſunt Barbari poetæ: quos pudet noſtris inſerere papiris. Affectatũ: cum verba tantum ſunt: vt inſtruit, inducit, docet, admonet, arguit, vrget. aut cum nomina: vt Claſſica, tela faces tormenta, tonitrua, claſſes: aut cum in Epigrãmate per quamcunque dictionem vtro, citroq; ductam ſcandi poteſt: vt apud Lydium Rhauennatem inuenies aut cum perrhythmũ concinantur: vt apud eundẽ paſſim leges. Cento, ex variis locis, ſenſibusq; diuerſis quædam carminis ſtructura ſolida in vnum verſum: vt coeant cæſi duo, aut vnus, & ſequens cum medio: nam duos iunctum locare ineptum eſt. hæc ex Auſonio: qui ſuum ex Virgilio fecit connubium. fecit & proba Falconia Gentones ex Marone de veteri, nouoq; teſtamento & facti etiam ſunt ex Homero: vnde Virgiliocentones, & Homero centones dicimus. Dicitur autem Cento quaſi κέντρον quod ἀπὸ τοῦ κεντρίζειν: quod inſerere eſt, deducitur r, literæ abiectione. Ex hoc miror Nicolaũ Sypontinum libro Cornucopiæ, a centum deduci putaſ- Leoninũ. Affectatũ. Cento. Virgiliocẽto. Homerocẽto. Cento vnde dicitur. Nicolaum Sypontinũ miror.

 ſes

ſe: quando pluſquam centum inſeruntur carmina:ut vi-
dere eſt apud Burdegolenſem poetam.

De nomine aliquorum pœnatum.

Eleg ia Epigrãma *ELegia, dicitur quando miſerabiles continentur,*
effectus: vt in amore, morte miſerijs, erũnis. Epi-
gramma eſt in amicos donaria, elego Scazonte
Phaleo compoſitum carmen, quod octo, aut decem cõ-
cluſum illuſtratur carmine: & ſi apud Poetas plura re-
cipiat. vnde Sidonius vnum laudans, ait quod ad epi-
grammata ſpectat, non copia, ſed acumine placens quæ
nec breuius diſticho, nec longius tetraſticho finiebantur
Monoſticon. *ſub epigrammate eſt. Monoſtichon, vnius carminis,*
tantum quod rarenter, ſed aliquando inuenimus. Di-
Diſtichon. *ſtichon, quãdo duo tantum ſunt carmina, vt apud Mar-*
tialem in Xenijs, & Apophoretis, & apud nos in Oui-
Tetraſticõ *dij Metamorphoſim, & Val. Maximi hiſtorias. Te-*
Hexaſtichon. *traſtichon, cum ſint verſus quatuor. Hexaſticon, ſex*
Octaſticõ *continet carmina. Octaſtichon, octo. Decaſtichon,*
Decaſticõ *decem conſtans verſibus. & ſic de reliquis. Ode di-*
Oda. *citur cantus & carmen, Sapphico, adonio, aſclepia-*
deo, anacreontio, pindarico, & alijs pluribus efforma-
tum. vt apud Horatium videmus. Odarum plura ſunt,
Dicolos. *ob carminum ſeriem nomina. Dicolos, nanq; dicitur*
Monocolos. *duplici carminum genere conſtructa ode. Monocolos,*
Tricolos. *vnum verſuum, genus habet. Tricolos, triplicis ge-*
neris eſt. ſic de ſingulis. exinde inuenies Oden Diſtro-
Diſtroſos. *phon, tetraſtrophon. Diſtrophos ode dicitur quando*
in ea poſt duos verſus ſemper ad primi ſpeciem recurri-
Tetraſtrophos *mus. Tetraſtrophos, quando poſt quatuor. Penta-*
Pentraſtrophos. *ſtrophos. poſt quinque. inſuper leges Endecaſyllaba, Sa-*
Endecaſyllabum. *phica, aut phalecia. Endecaſyllabum, quando verſus*
Scazon. *vndecim conſtat ſyllabis. Scazon, dicitur verſus Iam-*

bicus cuius penultima ſit longa, quaſi claudicãs. Et aduertas, ſi in ſexto Iambici pede Spondeum feceris, quintum debere omnino eſſe iambum & ſi inerudití aliter faciant. Eroticum, amatorium dicimus Poema. Monoſyllabum quando in fine monoſyllaba dictio eſt. Parecbaſis transgreſſio dicitur cum aliqua interponuntur quę præcedentem a ſubſequenti ſegregent ſententiam, Eroticum. Monoſyllabum. Parecbaſis.

Protrepticus, Inſtructus: Exhorcutiuusq́; nominatur. Elogium, eſt de aliquo ſiue honoris ſiue vituperij cauſa teſtificatio. Vituperij apud Quintilianum. nõ eſt iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis Elogium, quia de ſcelere conſtaret. Honoris vero apud Ciceronem, In quod elogium plurimæ conſentiunt gentes. Item Gellius de Leonida, decorauere monimentis, ſignis, ſtatuis, elogijs hiſtorijs: Elogia etiam in ſepulchris ſunt, quę qualia ſunt Suetonius in Claudij vita oſtendit, dicens, Nec contentus, Elogiũ tumulo eius verſibus a ſe compoſitis inſculpſiſſe. Etiam vitæ memoriam proſa oratione compoſuit Cicero, olonis quidam ſapientis Elogium eſt quo ſe negat velle ſuã mortem dolore amicorum, & lachrymis vacare. Soterium, carmen eſt, quo munera pro ſalute amici perſoluimus. Periocha, eſt quando breuiter vnius auctoris opus perſtringitur, & dici poteſt, breuis Compilatio, aut epitome. Propempticon, dicimus poema comitatiuum, quod ſuperiora comitetur. nam προπέμπειν comitari eſt, & abeuntes perſequi. Catalogum, militũ delectum aut heroum dicimus Genethliacum. poema, eſt quo alicuius generationem canimus. Diræ, dicuntur imprecatoria carmina. Eucariſticon, appellamus quo gratiarum actiones, vel iucunditates ſcribimus Panægyris, vel panægyricus eſt, quo Dij, & principes Protrepticus. Elogium. Soterium. Periocha. Propempticon. Catalogus Genethliacum. Diræ. Euchariſticon. Panegyris

 lau-

Panægyricus. *laudari conſueuerant vndę Panegyricæ laudationes. quas Romanis imperatoribus, per annos dicebant. ſic noſtris temporibus principum veræ laudes deſcribuntur.* Nænia. *Nenia carmen lugubre eſt. quod Elegum dici poteſt.* Epitalamium. *Epitalamium, nuptiale carmen nuncupamus.* Epicediō. *Epicedion, funebris verſus eſt, funere nondum humato.* Epitaphiū *Epitaphium, quod ſepulchri inſcribitur marmori.* Cenotaphium. *Cenotaphium (ſecundum aliquos) dicitur vacui ſepulchri inſcriptio: quando centaphium pro nouo ponatur ſepulchro.* Rhithmus *Rhythmus, eſt, cum more vulgariū Poetarum in ſimiles mixtim deſinat ſyllabas.* Metamorphoſis. *Metamorphoſis, nominatur transformatio.* Sylua. *Syluam inſcribimus, quando extemporaneo ſpiritu: ac caleſcente mētis ardore deductum eſt Poematium. Aliæ denique inſcriptiones a rebus ipſis quas canimus, appellantur: vt æneis, thebais, faſti, aut a locis: vt de Ponto Naſonis libri, aut ab effectu vt de triſtibus.* Epodon. *Epodon: carmē eſt quando præciſi uerſus integris ſubijciuntur: quod & per diminutiuum Epodium dcimus.* Epodium. Corollarium. *Corollarium, aliquod eſt Poema factum vltra promiſſa præmia, & dici poteſt additamentū, vel auctarium.* Aegloga. *Aegloga, dicitur quaſi caprarum, ſeu paſtoralium rerum locutio. Eſt & Saturnalicium: quod Saturnalibus diebus ideſt genialibus, voluptuoſis mittimus.* Saturnalicium. Laconiſmos. *Laconiſmos, eſt carmen breuiſſimum uenuſtatem, ſenſusq; grauitatem continens: qui Lacones mira uſi ſunt breuitate: ut uideri eſt apud Plutarchum, Ideo laconiſmos & ipſe utēs, Metaplaſmi figuras pertractabo.*

De Metaplaſmi figuris.

LRobus ille grāmaticus, inter cæteros coruſcantis, auctoritatis, cū ſuum opus, quod artium inſtituta nominauit, ad finem perduxiſſet, neceſſarios

ſarios metaplaſmos poetis ratus acute nõ minus, quàm breuiter de ipſis diſputauit cuius in hac parte, cum æmulator fieri contendã, iure diſtrictus videor de metapalſmi figuris aliqua velut προπεμπτικὰ *ſubtexere. & primo quid ſit metaplaſmus edocere. Metaplaſmus eſt tranſformatio quædam recti, ſolutiq́; ſermonis in alterã metri ſpeciem, aut decoris cauſa figurata, cuius hæ ſunt ſpecies.* Mataplaſmus.

Protheſis, eſt dictionis ptincipio literã, aut ſyllabam adijciens. literæ appoſitio eſt vt turno gnato patriq́; pro nato. Probus tamen ait g, ante n, aliquando poni vt ſuperior vocalis correpta elongetur, vt Rura gnate facis quem alias taxauimus, ſyllabæ appoſitio eſt vt concitum retuliq́; gradum pro tuli. aut altis ſe ferens, pro ferens. Protheſis.

Parentheſis (auctore probo) quam Epentheſim Diomedes dicit, eſt quando dictionum me dietati litera ſyllabaúe in inſeritur. litera, vt Hac caſti maneant in religionę nepotes. L, nanq; interponitur pro pter re. ſyllabam natura breuem ſyllaba, vt apud Lucretium. Indugredi ſceleris quod contra ſæpius illa. indugredi enim ponitur pro ingredi, aliquando vna litera inſerta ſyllabam facit, vt Nauita de ventis, pro nauta. hanc figuram & Pleonaſmon ab aliquibus vocari video. Parẽtheſis Epenteſis. Pleonaſmos.

Proſparalempſis, à Probo dicta, proparaleſis a Diomede, eſt cum in fine dictionis ſuperuacanea adijcitur ſyllaba, vt magicas inuitam accingier artes, pro accingi. aliqui Paragogen appellant, quę (Diomede teſte) fit: quando ſimplici dictioni adijcitur litera: vt apud Plautum, hoſtis pro hoſti. aut ſyllaba: vt poteſtur, pro poteſt, hanc (ſi Donato credimus) etiam prolepſim alij dicunt, ideſt præſumptionem. Proſparalempſis. Proparaleſis. Paragoge Prolepſis. Præſumptionem.

Aphereſis, Protheſis contraria, literam a principio adimit: vt ruit omnia late, pro eruit. ſyllabam & amouet: vt Plautus ait: à præ- Aphereſis

præneſtinis conias, pro ciconias dici, & Temnere diuos, pro contemnere. Syncope. *Syncope, Epentheſi aduerſa, ſyllabam e dictionis adimit medio: vt extincti te, meque ſoror, pro extinxiſti.* Apocope. *Apocope, proparalepſi, vel paragoge contraria, ſyllabam, aut literam aufert a fine.*

Syllabam: vt Fudo ſuam, pro domum ſuam. ex hoc intelliges in monoſyllabis Auſonij illud, Et cuius de more quod abſtruit en do ſuam do. & apud Lucretium; Nam fierent iuuenes ſubito ex infantibus paruis. & ſic poſſe ſcandi carmen Probus innuit, perſuadens in quinto eſſe ſpondeum & quod ti, ſyllaba longetur b, & p, poſitione: cuius quantus ſit error. lege in prima Epographia, cap. xlvi. aliquando hæc figura finem imminuit ut Aſpice num mage, pro magis. literam adimens. Auſ. locus

Ectaſis. *Ectaſis, eſt cum per licentiam breuis producitur, vt Exercet diana choros: vbi diana primam longat natura breuem.* Syſtole. *Syſtole, ectaſi aduerſa, longam corripit: vt urbemq́; . fidenam. cum alioqui Fidenas longet primam. de His duabus latius diximus: Epographia ſecunda ca. tertio.* Diæreſis. *Diæreſis, eſt deciſio in duas diuiſæ ſyllabæ: vt Aulai in medio, pro aulæ. hanc etiam Dizeuxim dixit Probus.* Synereſis. *Synereſis, eſt conglutinatio duarum in vnam ſyllabam, vt deiectum fulmine phæton alij hanc vocant Epiſynalephen, & diæreſim dicunt quando uocalis ſequente vocali abijcitur, ut. Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur. quam Synalephen nominamus.* Epiſynalephe. Sinalephe *Synalephe, bis modis fit. Interdum breuis in breuem cadit, vt Obſedere alij telis anguſta viarum. Quandoque breuis in longam, vt Tænarias etiam fauces alta oſtia Ditis. Interdum longa in breuem: vt Dido erat infelix, Interdum diphtongus, in ſimplicem longam: vt Dardanidæ emuris. Interdum diphtongus in diph-*

diphtong. vt Palladiæ Auſonijs, Aliquando breuis in diphtongum: vt Arua neque Auſonię. Interdum voca les inter ſe concurrentes ſynalephen fieri vetant. & ſi verſus impleri nequiuerit, nulla eliditur: vt Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Ecthlipſis, eſt: cum ſyl labæ inter ſe aſperæ concurrunt & m, litera cum voca li ſuperiore abijcitur ob ſequentis dictionis vocalem pri mam vt litora multum ille, & terris iactatus, & alto. Ecthlipſis.

Anthitheſis, literam pro litera commutat. vt Impe te vaſto, pro impetu: olli, pro illi. Metatheſis quæ & tranſlatio dicitur, literarum mutat ordinem: ut Nã tibi Tymbre caput Euãdrius abſtulit enſis, pro tymbre. Antitheſis. Metateſis.

De quibuſdam vocabulis apud triuiales, quæ latina non ſunt.

ARti noſtrę breui iam iam additurus fueram coronydem, niſi latinæ rei me ab optatis amouiſſet gratia, quando nil cudam, nil aggrediar, nihil aſſequi magis confidem, quam Triuialibus peculiares emaculare labeculas pluresq; dictiones a latino excoriare commertio, ſed quo potero? cum polypus iſte tantum inoleuerit, vt caſſa, vana, ac irrita futura ſint, quæ porrigam medicamenta, eſto, ſi pœnitus carcinomata a radicibus minus euellero, tamen plurima taxationis uredine cicatricum peſtilentem expungam marcedinem. Iccirco ne proprio opuſculum hoc fraudetur nomine, præfatum breuiter ingrediar negocium. Inſtaurare apud claſſicos inuenies, reſtaurare nunquam. Fauces faucis, in nominatiuo dicitur, faux faucis minime.

Balliſta, inſtrumentum ad iaciendos lapides idoneũ eſt: non autem ad ueruta, ſagittasúe, ſed pro eo, Scorpionem dicerem. Regiſtrum, in operum fine inſcite,

ſcribitur

ſcribitur Regeſtum venuſte. Contentor taris, neque cõtento as, nuſquam apud dictios inuenies. Bouinam carmen nunquam, at bubulam ſemper dices. Virgo fœminini ſemper generis eſt, non maſculini, aliquando: ut multi præcipiunt. Coniux ſine n, in fine, non cum n, coniunx proferas. Inuehor, in te apte, inuehe in eum barbare. Filo filas, fameo fames, uerba nondum inueni. Croſſum, groſſitudinem indocti, craſſum, & craſſitudinem ſcribent eruditi. Senatus, eleganter, parlamẽtum inſipide. Artiſta, legiſta thomiſta, ſcotiſta, humaniſta barbaris peculiares dictiones, doctis nunquam. Lecturam, non dicimus: ſed lectionem melius. Prioratum, qui dicant latine nullos inuenies. Duciſſa, comitiſſa, principiſſa ignaris domeſticæ ſunt dictiones, dux, comes princeps, eloquentiſſimis. Alleuio as, uel elementorum puer non dicat. Latro, adlatro, cum accuſatiuo poſt ſemper, cum alio caſu nunquam. Scholaris, in adiectiuo inuenitur, in ſubſtantiuo minime. Nullibi, dicunt aratores, nuſquam oratores. Reuerendiſſimum, indocti, reuerentiſſimum docti. Econtra, e conuerſo barbare: e regione, contra, e contrario latine. Ibis, nõ eſt ciconia, ſed huic ſimilis eſt auis. Capitulo tertio, quarto, quinto, prædicatores: capite tertio, quarto, peritiores. Rubeus bea beum, non vidi: ruber bra brũ apud omnes inuenitur. Concordor concordaris, pedagogi, & literarum expertes dicunt: concordo das tantum, verus utetur literator. Maliuolentiam, beniuolentiam, pueri: beneuolentiam, maleuolentiam, docti præceptores ſtudendo inueniunt. Mediolanum, Chartaginenſis, quadriſyllabæ apud omnes ſunt dictiones: apud me pentaſyllabæ Mediolanium. ſ. & Chartaginienſis. Publice, & priuatim: non autem publice, & priuate, latinum

eſt.

eſt. Ad ſacra euangelia iurant bubſequæ: per ſacra euangelia latinius alij. Conciuem, & compatriotã qui dicunt literas neſciunt. Adminus ineleganter: ſaltẽ eleganter. Tu tityrus tibi franciſco, non dicitur: tu tyre, tibi Franciſce melius. Penus, non eſt vinaria cella: ſed quid ſit eruditius notat Gellius. Dialogus, diſputatio dicitur non autem duorum ſermo. Granata, regio boetica eſt: non illa quam ignari putant. Venio amatu, venio lectu, auditu, viſu, triuiales edocent: anteſignãt hanc rem dignam auditu, amatu, & lectu, proferunt. Virtuoſum, non dici: ſed virtute præditum, diſcito. Nubo, tantum cum duobus caſibus. ſ. cum nominatiuo, & datiuo cõſtruitur: non autem approbo ſi, dicas, me vel propter me nubit Põpeio. Iulia Sororius, adiectiuũ ſemper eſt, ſubſtantiuum nũquam. Feles, non eſt quod damma ſed idem quod catus animal. Arbitrator, non ſatis latine dicitur. Dominatio tua, dominatio veſtra, neſcio. quid barbariæ habet. Obliuiſcor, cũ omnibus ad memoriã pertinẽtibus verbis poſt genitiuum, vel Accuſatiuũ expoſcit, ablatiuum renuit. Doctrinale, in latinio non eſt idiomate. Brenta fluuius non eſt idem vt timauus, ſed Meduatus eſt, Ligonizo ridicula dictio, eſt non latina. Carica, non proprie ficus paſſa eſt. Thmeſim docti: themeſim appellant indocti. Phaeton. triſyllabum, nõ autem biſyllabum ponitur. Genam, eruditi oculorum membranam appellant. Chronica, in plurali declinatur tantum, & in genere neutro. Textus ſatis latine dicitur: contextum qui dicat, mihi magis adulabitur. Boetia & boetius a bubulcis effertur, ab eruditis Bœotia, & Bœothus. De Curtijs, de pompeis, de gallis aliquẽ dicunt Barbari, curtium, pompeium, gallum qui pure eloquuntur. Campanam, a voce ductam teſtantur pædago

gi:

gi? Campanum ab ęre Campano nobili ſublimes referunt gymnaſiarchæ. Fabum, non Romanę dicitur, ſed faba. Certiorem facio, dicimus: reddo te certiorem. non inuenio. Gloſam, ab imperitis dici, gloſſam, a doctis audio. Galeaz, a literarum expertibus dicitur, Galeacius a latinis. Guielmum, Guidonem Gualterium, barbare, vielmum, vidonem, valterium latine nominabimus. Imperſonale in ur, a paſſiuis: ante, neque poſt nullum habet caſum: ſin aliter, non habebis me municipalem. Iunior, a Iuuene non venit: ſed a iune. Deterior, comparatiuum eſt ſecundum grammatiſtas, a verbo detero, ſecundum doctos, à deter deter, a deterum. Penitior, nō ab aduerbio pęnitus: ſed a pęnitus ta tum adiectiuo venit. Iraſcor Franciſco, optime, iraſcor cum Franciſco, peſſime. Runcina, non eſt ſerra: ſed inſtrumentum, quo tabulæ expoliuntur. Scobina, non eſt aſcia: ſed lima latioris laminæ, qua atterūtur leuia illa ligna foraminoſa crepidarum. Amo Antonium, Iuliumq;, apte ponitur amo Antoniumq; Iulium: vt, quod ſit in principio clauſulæ, perperam. Lego Virgilium, & Ouidium, concinne lego Virgilium, Ouidium &: vt, & ſit in fine clauſulæ, inepte dicimus, Oh admirabuntur aliqui: quod tam futilia adnotem: hei mihi quæ vidi carmina? cuius auctoris? in quibus tales falſo erant labeculæ. Doceo doces, accuſatiuum, a parte poſt regit, & a parte vltra dicunt triuiales: a parte poſteriori & a parte vlteriori dicent eruditi. Lachrimo mas, centies, inuenies, Lachrymor maris, rarenter. Cardo cardonis. apud Varinum, nō pro herba accipitur. In bundus nomina ſimilitudinem non intra ſe portant, ſed verbi proprium ſignificatum. Habere gratiam, & gratias dicimus, Agere gratias, non gratiam, Referre gratiā, non gratias, apud idoneos inuenies

uenies. & ſi aliter quandoq; ſed rarenter dici, in adnotationibus dicam. Alterutrum, ideſt aut vnum, aut alterum interpreteris, non autem modo vnum, modo alterum, ſed alternum dicas. Parapho, malæ breuitatis: cauſa ignaris peculiaris dictio eſt, paragrapho doctæ eruditionis cauſa doctis domeſtica. Aera, Aethera, nunquam in plurali inuenies. Cento, quid ſit docet Auſonius, & nos ſuperius, non autem Cento dicitur à centū vt fere omnes falſo putant. Cerdones, ſunt quicunq; lucri cauſa ſe exercent, non autem proprie, calceorum ſutores habentur: Valitudo, apud vulgares. Valetudo, apud receptos dicitur. Patronimicis, & græcis genitorē in verſu vtaris, tantum carmini inſeras, proſæ nunquā. Idolatra, vulgo inepte: idololatra, docti vs nominatur. Parrhiſius indeclinabile cum magno Barbarorum ponitur dedecore: Parrhiſius parrhiſii, ab aliquibus dicitur: ſed parrhiſii parrhiſiorum ab eruditioribus. In epiſtolis pueriliter aliqui dicunt, Domino Domino Papæ, domino domino Cardinali: cum dominus aliam habeat ſignificationem, quàm triuiales ſciant, Barbytos, non eſt inſtrumentum, quod vulgo adiutum dicunt. Lilybæū uel Lilybe, dicitur in nominatiuo: Lilybęus non inuenitur. Helleborus, maſculini generis: neutri non eſt. Sibi, niſi reciproce conſtruitur: vnde errant, dicentes: Da ſibi, de tertia perſona. Licoſtratos, legunt inerudita ſacerdotes: Lithoſtrotos docti. Eſculum pro fructu: quem vt matureſcat, in paleas mittimus, non appellamus: ſed meſpilum. Imperatiui modi plurales primas nō habent perſonas, cum potius illæ dictiones exhortatiuę ſint: vt amemus. Caules non ſolum braſicas: ſed etiā viridia quęcunque olera nominare poſſumus: Vigintiquinque quadragintaſex quidem dicitur: ſed melius quinque & viginti,

ginti, ſex & quadraginta. Vos vobis, de vno tantum dicere, eſt barbara barbaries. Legere, & non intelligere eſt negligere, vulgares proferunt: receptioris homines fidei, legere, & non intelligere eſt non legere. Poma, & nuces, Iuuenire, & reperire, non ita differrunt vt volunt grammatici. Ob obijcient Ouidianum illud: Tu non inuenta reperta es. Id ego, quando eſſet diſputatio, ſecus quàm hi faciant interpretarer: ſed latius in adnotationibus. Quid referam ethimologias vulgo diffuſiles hei riſu quatior, cum concionatores metum incutientes, referant Diabolum a dia: ideſt duo, & bolus, diei, eo quod tantum duobus bolis animas deuoret. Quid memorem dicentes, Diuum Ioannem baptiſtam locuſtas in diſertis locis comediſſe. ſed erroris cauſa (credo) eſt: quia Græci ακρίδας quandoq; locuſtas vocant, quandoq; teneriores herbarũ ſummitates: ideo interpretes deceptos eſſe crediderim. Tranſeo illud: cũ referant, Longinum nomine [illegible] militem qui haſta pectus σωτῆρος noſtri: ideſt ſaluatoris, transfodit: quãdo apud græca volumina id nuſquam reperiatur: ſed conijciunt docti itidem interpretẽ deceptum fuiſſe quoniam ſcriptum inueniret λόγχη, ideſt lancea: ille vero opinatus fuerit eſſe nomen proprium. Sunt & alia quã plurima quorum ſi enumerare ſeriẽ agreſſus fuero Ante ter occiduas Phœbus deſcendet in vndas. Præſertim ſi aliorum contentiones recenſere curauero, vide de Plinij Secundi patria, cum omnino Veronẽſis ſit. Et an Ille ego, qui quõdam gracili modulatus auena, cum tribus ſubſequentibus ſint apponẽda in armigeri operis frõtiſpicio, quando (meo iudicio) adulterina ſint carmina, & Virgilium illiterarum principem perſuadeo ſuum, diuinum opus incepiſſe Arma, virumque cano. Reliqua

que

quo cur Ouidius in exilium miſſus fuerit. Vtrum Statius primo Syluas ſua achilleida, an thebaida ſcribere orſus ſit. Quo ſub imperatore Iuuenalis ſatyras ſcripſerit. An ad Errhenium libri rhetoricorum ſint Cornifiсij, an Ciceronis. An ſeneca in tragedijs ſit laudādus. An Lucanus poeta ſit, an hiſtoriopius. Qui ſecundi apud Latinos poetarum, oratorumq́; fuerint. An poeta ſit Lucretius. An commentariorum libri ſint Cæſaris. An ſenecæ ſit laudandus ſtilus.

Vtrum in venaculo eloquio Dantes Virgilio, Petrarcha Ouidio, Boccatius Ciceroni, Polyphilus Apuleio Iure comparentur.

An Agellius, an Aulus gellius dicatur. Quis in Epigrammate Romanorum argutior. Quem in Ibim vocitet Ouidius. An elegantiarum liber ſit Laurentij Valle. An Politianus Domitio ingenioſior. Quantum in literis Hermolaum ſuperarit Merula Georgius. An Pontanus, & Marullus in claſſicorum reſpicien di ſint album. Quid referam alia his ſimilia vt? Vtrũ ſub Silueſtro pontifice Conſtantius imperator floruerit. Quem locum Ioan. Boccatius inter latinos habeat. An Vegetius merito Romana in academia ſit receptus. An Fulgentius a limine ſalutandus ſit auctor.

An Martiani Capellę dicendi genus conferat. Sub cuius auctoris titulos circumferatur illuſtrium virorũ libellus. Tranſeo de ſynchronis iudicia, quæ in dies, otioſi plures proferant, An futuris in annis Baptiſta Pius ſua dicendi permutabit fulmina. An verbo, an ſcripto laudabilior ſit Ianus Parrhaſius. Vtrum inter interpretes ſit nouos primus Antonius Volſcus. Quãtumq́ ſuperiore, noſtra ętas differat in literis, & plura ſunt haud his diſſona. quę iugi, ac enormi verborum tra

mite quotidie a pædagogis diſputantur, qui prę ſe ferũt, vt omnia intelligentes nihil intelligant: & vt mures in dicio ſuo mortẽ oppetunt, ideſt ſiquid nominis ex grammaticorum Regulis indepti ſint: ſtatim hæc frigidiuſcule iugiter tractando amittunt. Iam vale: & hæc lectoribus, tibique ſint ſatis, donec alıud noſtrum in publicum edatur volumen: in quo de metris, de carminum venuſta compoſitione, de accentu, de figuris, de ortographia, large, & acumulate diſſeremus, nec non de poetarum artificio: quæ omnia non diu penes me oblıteſcent, ſi tyronibus has, qualeſcunque nugas, placuiſſe ſenſero. non enim doctis ſcribo, quando vix omnes nobis prę ceptores, & paucos fore diſcipulos animaduertã, quorum etiam bona pars in me maleuolam diſtringent rabiem: ad quam pęnitus exaſperaſcentem noſtris apologijs dirumpendam me accingo, hic eo inficias, nos in aliquibus non potuiſſe errare, quando id mortalis, humanæq́; fragilitatis ſit, & maiores noſtri plura, immo plurima non tamẽ omnia videre. Si ut diſcam, nõ quod turbet, errores obijcient noſtros, id mihi maximæ futurum eſt voluptati, & ſi genio. Sin ſecus, incredibili erit cordolio, cum detonanti verborum fulmine, coruſcanti defenſionum tonitru obiecta diluere, & mordaci aceto compingar abſtergere. Datum Ticini poſt quintũ chriſtianum Neſtora anno vndecimo, vltimo, Iunij.

FINIS ARTIS BREVIS.

Auctor

Auctor ad lectorem.

Peracta tandem eſt ſyllabarum quantitas.
Oppreſſa quondam plurimis labeculis,
Emuncta ſancto ſplendicans libamine.
Tu qui latine miles eſſe pallados
Ardes. peractum perlegas libellulum.
Legendo ſacra ſæpius volumina.
Augebis omnem pectoris mulcedinem
Vinoſa contra barbarorum murmura.
Ruantur omnes Romulorum ſyllabæ,
Erunt perennes ſemper hoc opuſculo,
Aut hoc patebunt ſyllabæ ex Oraculo.
Tu lector ipſe, quo decore fulgeam
Vin ſcire? primis ſyllabas des literis.
Si Iambicorum videris quod quæritas.

Ad lectorem auctor.

Quæ deuoratæ barbarorum ventribus
Voraginoſis, noſtra ad vſq; tempora
Infecta late barbariſmis ſtridulis
Nuper iacebant Romulorum ſyllabæ
Tuentur, ecce ſigna linguæ perdita.
Iam iam puellæ virgines libetrides
Arces amabunt ire per Saturnias:
Nanq; hos libellos hic: vt auctor edidit,
Vireſcit omnis ſyllabarum quantitas.
Sic ſit polito ſyllabarum tramite
Sacrata Pallas ibit in poemata.
Tum quæris iſtum condidit quis tramitem?
Oſtendo, primę Iambicorum literæ
Arctim ligentur, conditorem videris.

ſe: quando pluſquam centum inſeruntur carmina: ut vi dere eſt apud Burdegolenſem poetam.

De nomine aliquorum pœnatum.

Eleg ia
Epigrãma

ELegia, dicitur quando miſerabiles continentur, effectus: vt in amore, morte miſerijs, erũuis. Epigramma eſt in amicos donaria, elego Scazonte Phaleo compoſitum carmen, quod octo, aut decem cõcluſum illuſtratur carmine: & ſi apud Poetas plura recipiat. vnde Sidonius vnum laudans, ait quod ad epigrammata ſpectat, non copia, ſed acumine placens quæ nec breuius diſticho, nec longius tetraſticho finiebantur ſub epigrammate eſt.

Monoſticon.

Monoſtichon, vnius carminis, tantum quod rarenter, ſed aliquando inuenimus.

Diſtichon.

Diſtichon, quãdo duo tantum ſunt carmina, vt apud Martialem in Xenijs, & Apophoretis, & apud nos in Ouidij Metamorphoſim, & Val. Maximi hiſtorias.

Tetraſticõ

Tetraſtichon, cum ſint verſus quatuor.

Hexaſtichon,

Hexaſticon, ſex continet carmina.

Octaſticõ

Octaſtichon, octo.

Decaſticõ

Decaſtichon, decem conſtans verſibus. & ſic de reliquis.

Oda.

Ode dicitur cantus & carmen, Sapphico, adonio, aſclepiadeo, anacreontio, pindarico, & alijs pluribus efformatum. vt apud Horatium videmus. Odarum plura ſunt, ob carminum ſeriem nomina.

Dicolos.

Dicolos, nanq; dicitur duplici carminum genere conſtructa ode.

Monocolos.

Monocolos, vnum verſuum, genus habet.

Tricolos.

Tricolos, triplicis generis eſt. ſic de ſingulis. exinde inuenies Oden Diſtrophon, tetraſtrophon.

Diſtrofos.

Diſtrophos ode dicitur quando in ea poſt duos verſus ſemper ad primi ſpeciem recurrimus.

Tetraſtrophos

Tetraſtrophos, quando poſt quatuor.

Pentraſtrophos.

Pentaſtrophos. poſt quinque. inſuper leges Endecaſyllaba, Saphica, aut phalecia.

Endecaſyllabum.

Endecaſyllabum, quando verſus vndecim conſtat ſyllabis.

Scazon.

Scazon, dicitur verſus Iambicus

bicus cuius penultima ſit longa, quaſi claudicãs. Et aduertas, ſi in ſexto Iambici pede Spondeum feceris, quintum debere omnino eſſe iambum & ſi ineruditi aliter faciant. Eroticum, amatorium dicimus Poema. Monoſyllabum quando in fine monoſyllaba dictio eſt. Parecbaſis transgreſſio dicitur cum aliqua interponuntur quę præcedentem a ſubſequenti ſegregent ſententiam, Eroticum. Monoſyllabum Parecbaſis.

Protrepticus, Inſtructus. Exhorcutiuusq́; nominatur. Elogium, eſt de aliquo ſiue honoris ſiue vituperij cauſa teſtificatio. Vituperij apud Quintilianum. nõ eſt iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis Elogium, quia de ſcelere conſtaret. Honoris vero apud Ciceronem, In quod elogium plurimæ conſentiunt gentes. Item Gellius de Leonida, decorauere monimentis, ſignis, ſtatuis, elogijs hiſtorijs: Elogia etiam in ſepulchris ſunt, quę qualia ſunt Suetonius in Claudij vita oſtendit, dicens, Nec contentus, Elogiũ tumulo eius verſibus a ſe compoſitis inſculpſiſſe. Etiam vitæ memoriam proſa oratione compoſuit Cicero, olonis quidam ſapientis Elogium eſt quo ſe negat velle ſuã mortem dolore amicorum, & lachrymis vacare. Soterium, carmen eſt, quo munera pro ſalute amici perſoluimus. Periocha, eſt quando breuiter vnius auctoris opus perſtringitur, & dici poteſt, breuis Compilatio, aut epitome. Propempticon, dicimus poema comitatiuum, quod ſuperiora comitetur. nam προπέμπειν comitari eſt, & abeuntes perſequi. Catalogum, militũ delectum aut heroum dicimus Genethliacum. poema, eſt quo alicuius generationem canimus. Diræ, dicuntur imprecatoria carmina. Eucariſticon, appellamus quo gratiarum actiones, vel iucunditates ſcribimus Panægyris, vel panægyricus eſt, quo Dij, & principes Protrepticus. Elogium. Soterium. Periocha. Propemptícon. Catalogus Genethliacum. Diræ. Eucharisticon. Panegyris

Panægyricus. *laudari conſueuerant vndę Panegyricæ laudationes. quas Romanis imperatoribus, per annos dicebant. ſic noſtris temporibus principum veræ laudes deſcribuntur.* Nænia. *Nenia carmen lugubre eſt. quod Elegum dici poteſt.* Epitalamium. *Epitalamium, nuptiale carmen nuncupamus.* Epicediō. *Epicedion, funebris verſus eſt, funere nondum humato.* Epitaphiū. *Epitaphium, quod ſepulchri inſcribitur marmori.* Cenotaphium. *Cenotaphium (ſecundum aliquos) dicitur vacui ſepulchri inſcriptio: quando centaphium pro nouo ponatur ſepulchro.* Rhithmus. *Rhythmus, eſt, cum more vulgariū Poetarum in ſimiles mixtim deſinat ſyllabas.* Metamorphoſis. *Metamorphoſis, nominatur transformatio.* Sylua. *Syluam inſcribimus, quando extemporaneo ſpiritu: ac caleſcente mẽtis ardore deductum eſt Poematium. Aliæ denique inſcriptiones a rebus ipſis quas canimus, appellantur: vt æneis, thebais, faſti, aut a locis: vt de Ponto Naſonis libri, aut ab effectu vt de triſtibus.* Epodon. *Epodon: carmẽ eſt quando præciſi uerſus integris ſubijciuntur: quod & per diminutiuum* Epodium. *Epodium dcimus.* Corollarium. *Corollarium, aliquod eſt Poema factum vltra promiſſa præmia, & dici poteſt additamentū, vel auctarium.* Aegloga. *Aegloga, dicitur quaſi caprarum, ſeu paſtoralium rerum locutio. Eſt & Saturnalicium: quod Saturnalibus diebus ideſt* Saturnalicium. *genialibus, voluptuoſis mittimus.* Laconiſmos. *Laconiſmos, eſt carmen breuiſſimum uenuſtatem, ſenſusq; grauitatem continens: qui Lacones mira uſi ſunt breuitate: ut uideri eſt apud Plutarchum, Ideo laconiſmos & ipſe utẽs, Metaplaſmi figuras pertractabo.*

De Metaplaſmi figuris.

LRobus ille grãmaticus, inter cæteros coruſcantis, auctoritatis, cũ ſuum opus, quod artium inſtituta nominauit, ad finem perduxiſſet, neceſſarios

ſarios metaplaſmos poetis ratus acute nõ minus, quàm breuiter de ipſis diſputauit cuius in hac parte, cum æmulator fieri contendã, iure diſtrictus videor de metapalſmi figuris aliqua velut προπεμπτικα ſubtexere. & primo quid ſit metaplaſmus edocere. Metaplaſmus eſt tranſformatio quædam recti, ſolutiq; ſermonis in alterã metri ſpeciem, aut decoris cauſa figurata, cuius hæ ſunt ſpecies. Prothesis, eſt dictionis ptincipio literã, aut ſyllabam adijciens. literæ appoſitio eſt vt turno gnato patriq; pro nato. Probus tamen ait g, ante n, aliquando poni vt ſuperior vocalis correpta elongetur, vt Rura gnate facis quem alias taxauimus, ſyllabæ appoſitio eſt vt concitum retuliq; gradum pro tuli. aut altis ſe ferens, pro ferens. Parenthesis (auctore probo) quam Epenthesim Diomedes dicit, eſt quando dictionum medietati litera ſyllabaúe in inſeritur. litera, vt Hac caſti maneant in religionę nepotes. L, nanq; interponitur propter re. ſyllabam natura breuem. ſyllaba, vt apud Lucretium. Indugredi ſceleris quod contra ſæpius illa. indugredi enim ponitur pro ingredi, aliquando vna litera inſerta ſyllabam facit, vt Nauita de ventis, pro nauta. hanc figuram & Pleonaſmon ab aliquibus vocari video. Proſparalempſis, à Probo dicta, proparaleſis a Diomede, eſt cum in fine dictionis ſuperuacanea adijcitur ſyllaba, vt magicas inuitam accingier artes, pro accingi. aliqui Paragogen appellant, quę (Diomede teſte) fit: quando ſimplici dictioni adijcitur litera: vt apud Plautum, hoſtis pro hoſti. aut ſyllaba: vt poteſtur, pro poteſt, hanc (ſi Donato credimus) etiam prolepſim alij dicunt, ideſt præſumptionem. Apheresis, Protheſis contraria, literam a principio adimit: vt ruit omnia late, pro eruit. ſyllabam & amouet: vt Plautus ait: à præ-

Mãtaplaſmus. Protheſis. Parẽtheſis Epenteſis. Pleonaſmos. Proſparalempſis. Proparaleſis. Paragoge Prolepſis. Præſumptionem. Aphereſis

prænestinis conias, pro ciconias dici, & Temnere diuos, pro contemnere. Syncope. *Syncope, Epenthesi aduersa, ſyllabam e dictionis adimit medio: vt extincti te, meque ſoror, pro extinxiſti.* Apocope. *Apocope, proparalepſi, vel paragoge contraria, ſyllabam, aut literam aufert a fine.*

Syllabam: vt Fudo ſuam, pro domum ſuam. ex hoc intelliges in monoſyllabis Auſonij illud, Et cuius de more quod abſtruit en do ſuam do. & apud Lucretium. Nam fierent iuuenes ſubito ex infantibus paruis. & ſic poſſe ſcandi carmen Probus innuit, perſuadens in quinto eſse ſpondeum & quod ti, ſyllaba longetur b, & p, poſitione: cuius quantus ſit error. lege in prima Epographia, cap. xlvi. aliquando hæc figura finem imminuit ut Aſpice num mage, pro magis. literam adimens. Aus. locus Ectaſis. *Ectaſis, eſt cum per licentiam breuis producitur, vt Exercet diana choros: vbi diana primam longat natura breuem.* Syſtole. *Syſtole, ectaſi aduerſa, longam corripit: vt urbemq;. fidenam. cum alioqui Fidenas longet primam. de His duabus latius diximus: Epographia ſecunda ca. tertio.* Diæreſis. *Diæreſis, eſt deciſio in duas diuiſæ ſyllabæ: vt Aulai in medio, pro aulæ. hanc etiam Dizeuxim dixit Probus.* Synereſis. *Synereſis, eſt conglutinatio duarum in vnam ſyllabam, vt deiectum fulmine phæton alij hanc vocant Epiſynalephen, & diæreſim dicunt quando uocalis ſequente vocali abijcitur, ut. Atque ea diuerſa pœnitus dum parte geruntur. quam Synalephen nominamus.* Epiſynalephen. Sinalephe. *Synalephe, bis modis fit. Interdum breuis in breuem cadit, vt Obſedere alij telis anguſta viarum. Quandoque breuis in longam, vt Tænarias etiam fauces alta oſtia Ditis. Interdum longa in breuem: vt Dido erat infelix, Interdum diphtongus, in ſimplicem longam: vt Dardanidæ emuris. Interdum diphtongus in diph-*

diphtong. vt Palladiæ Auſonijs, Aliquando breuis in diphtongum: vt Arua neque Auſonię. Interdum voca les inter ſe concurrentes ſynalephen fieri vetant. & ſi verſus impleri nequiuerit, nulla eliditur: vt Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Ecthlipſis, eſt: cum ſyl labæ inter ſe aſperæ concurrunt & m, litera cum voca li ſuperiore abijcitur ob ſequentis dictionis vocalem pri mam vt litora multum ille, & terris iactatus, & alto. Ecthlipſis.

Anthitheſis, literam pro litera commutat. vt Impe te vaſto, pro impetu: olli, pro illi. Metatheſis quæ & tranſlatio dicitur, literarum mutat ordinem: ut Nã tibi Tymbre caput Euãdrius abſtulit enſis, pro tymbre. Antitheſis Metateſis.

De quibuſdam vocabulis apud triuiales, quæ latina non ſunt.

